***cacostomaticus**, -a, -um. (*cf.* καχοστόμαχος) *ventriculo nocivus - schlecht für den Magen*: ANTIDOT. Sangall. p. 96,13 est *oleum balaninum* . . . -us.

***cacotechnia** (-tecn-), -ae *f.* (καχοτεχνία) *ars mala - böse Kunst*: ALBERT. M. *eth.* 1,3,10 p. 43^b,10 quae . . . malae artes sunt, -cnae dicuntur; bonae autem calotechniae. 7,2,4 p. 506^b,33 necromantia, furativa et huiusmodi, quas . . . καχοτεχνίας nominavimus.

***cacothoeon** (kako-) *subst.* (κακόθεος) *numen malum - böser Geist*: *v. p.* 12,22.

***cacotyches** (-thich-) *m.* (κακοτυχής) *homo infortunatus - unglücklicher Mensch*: VITA Serv. 32 p. 104,28 predictum -thiches ad praedium minime pervenit.

***caerimonium** *subst.* (*fort. corruptum ex agrimonia*) *?agrimonia - ?Odermennig (Agrimonia eupatoria L.)*: ANTIDOT. Bamb. 34 herba margelli cum verbascum -um viride tritum.

caeris *sim. v. cachry*(s).

caeculae francnehta Gloss. I 87,24 St.-S.

calculator *v. calculator*. ***caeculli** *v. caecollae*.

caecumen, -inis *n.* *form. abl. pl.* -is: *l.* 57.

1 proprie i. q. summitas, culmen, vertex - Spitze, Gipfel, Höhe, Scheitel (*cf.* GLOSS. I 33,35 St.-S. -n hnoI. 82,12 -n hnachc. 273,49 -n spiz. 581,67 -a vuassi. II 4,33 -n wiffel. 76,25 -n hohi. 417,9 -e opinentigi. III 291,17 vertex -n capitis i. sceitila. IV 133,48 -n vertix vel capud montis hobi. *al.*): *a de arboribus, plantis*: ALDH. *virg.* II 340 cuius (*arboris*) tangebant praecelsa -a nimbos. ad Acirc. 23,3 genestarum frondosa -a. DUNGAL. *car.* 9,1,5 (MGPoet. I p. 403) curvantur facili vi lenta -a virgae. UFFING. Ida 1,18 cum . . . nemorum -a rutilare coepissent. ALBERT. M. *veget.* 6,179 *palma* in supremo . . . -e habet capsam. *al.* *b de montibus*: HUGEB. Willib. 3 p. 91,25 lustratis Alpium -is. 4 p. 101,33 montis -n, ubi infernus subtus erat (Dipl. Heinr. III. 14 p. 18,35. CHART. Babenb. 8 ex transverso m. per medium -n. *al.*). WALAHFR. *Mamm.* 2,21 tunc qui plana colunt, ad summa -a tendant. *CARM.* de Tim. 59 frondosa -a collis. *al.* *alch. in nominibus ficticiis i. q. summa pars vasis destillatorii - oberster Teil eines Destillationsgefäßes*: *v. vol. I. p.* 442,36. *c de rebus variis*: CHRON. Fred. 2,58 p. 83,11 -e conti. ALDH. *virg.* I 36 p. 283,16 ut flammantis pyrae -a . . . obolisci proceritatem . . . praecellerent. ad Acirc. 82,5 *caeli* convexa -a.

WALAHFR. *hort.* 191 capitis . . . -a summi (ALBERT. M. *animal.* 1,389 *arteria* tendit ad c. -n). ANON. *geom.* I 3,3 quousque intueatur altitudinis mensurandae -n. STATUT. *Altah. b* (MGScript. XVII p. 357) -n domus, quod dicitur *virst.* CHART. Eberb. 69 p. 139,10 qui (*lapides*) erecti sunt in -a titulorum et in testimonium. *al.* *prora, puppis - Bug,*

Heck: AETHICUS ISTER 49 rostratae *naves* in altum erectae quasi -n sisteum eminentiores a puppe. 50 *lamia navis* . . . quattuor capita in uno -e, quattuor in alio narratur habere. *2 translate*: *a publ. i. q. summa dignitas - höchste Würde* (*cf.* GLOSS. II 33,62 St.-S. -a hertuom. 775,45): WALAHFR. *Wett.* 456 velut in mundo sumpsit speciale -n *Karolus M. NICOL.* I. *epist.* 53 p. 348,37 *Waldrada* . . . -n regium . . . optinet. NOTKER. *BALB.* *gest.* 2,14 p. 78,15 sub singulari -e protectionis vestre. *CARM.* *libr.* III 40,11 *Pabunpergensis* . . . -a sedis. THEOD. *AMORV. Bened.* I 3 *Italia*, quae Romano -i est contigua. *b mus. i. q. acuitas soni - höhere Lage eines Tones*: ANON. II *mus.* Gerbert p. 341^b,10 primus . . . supe-ratur a secundo in -e tono.

caecumia *v. cadmia*.

15 **caecumino**, -atum, -are. *archit. i. q. culmine ornare - an der Spitze abschließen* (*cf.* GLOSS. II 677,37 St.-S. -o firston): GALB. *Karol.* 37 p. 581,21 *ecclesia* . . . contacta fictitio opere, ollis et lateribus -ta.

1. Caecus, -i m. monstrum quoddam fabulare - ein sagenhaftes Ungeheuer: ALBERT. M. *animal.* 22,41 -um ferunt esse animal in Archadia super ripam fluminis Tyberis *eqs.*

*2. *caecus v. *cacos. caecza v. cattia.* Steinmann

***cada**, -ae (*f.*) (*orig. inc., nisi subest catanus; cf. Corominas, Dicc. etim. castell. I. p.* 570sq.) *?oxycydrus vel fructus eius - ?Spitzblättriger Wacholder oder dessen Frucht (Juniperus oxycydrus L.)*: Ps. HIPPOCR. *phleb.* 177 accipiat potionem de pigmentis . . . -as uncias IIII, cipresso uncias II.

cadabulum *v. catabulum. cadaduppa v. catadupa.*

***cadarfada** *v. cawerfedda. cadarrus v. catarrhus.*

30 **cadaver**, -eris *n. script.*: *cata*: CHRON. Fred. 2,41. -aber(a): *l.* 38.48.53. *form. nom. sg.* -um: GLOSS. I 82,34 St.-S. *cod. b. etym.*: *l.* 44.

1 strictius i. q. corpus mortuum - Leiche (*cf.* GLOSS. I 83,34 St.-S. -r hrao. 412,58 -r . . . hreh. IV 133,50 -a corpora mortuorum boteche. *al.*): *a proprie: α de hominibus*: VITA Arnulfi 12 nisi . . . more gentilium -r filii ignibus comburendum traderetur. ALDH. *virg.* I 35 p. 279,22 quorum sancta -a . . . quiescunt. LEX Baiuv. 19,2 si ipsum -r (-ber L) a fluminis alveo ad ripam proiectum fuerit. 19,6 quicumque -r lederit. HROTSV. *Sap.* 8,1 -a filiarum . . . sepelite! WILH. APUL. *gest.* 2,343 *Normannorum* velare -a mos est. OTTO FRISING. *gest.* 2,36 ex adustione -um. HIST. *peregr.* p. 171,10 urbem . . . mortuorum -bus iam fetentem. ALBERT. M. *Is.* 14,11 p. 205,94 -r . . . dicitur cadens ad vermes. *saepe. in miraculis*: ALDH. *virg.* I 23 p. 255,9 defunctorum -a . . . restituit *Iohannes*. EIGIL *Sturm.* 15 p. 372,41. *al.* *β de bestiis*: LEX Baiuv. 14,7 dominus animalis -r sibi sumat in usum. *CARM.* *var.* II 10,2,15 (*in fabula*) cum . . . tuum fuerit tabum foetumque -ber dirruptum. POETA Saxo 4,246 -bus fetebant pascua stratis. ALBERT. M. *animal.* 4,83 capiuntur barbelli per -r. *al.* *b alleg.*: HRABAN. *univ.* 7,6 p. 195^A mystice -a infidelium corpora significant. *c in imag. sensu despicibili*: EPIST. Wisig. 7 -bera te anteferre fetentia et homines divinis cultibus assidue deditos tua exprobrare sententia reproba.

55 *2 latius: a corpus moribundum - im Sterben begriffener Körper*: NOTKER. *BALB.* *gest.* 1,29 p. 40,13 *ferrum pulsatorium* . . . per -r iam iamque defunctum . . . ad terram . . . venit. BRUNO QUERF. *Adalb.* A 33 p. 221,10 cadens -r matrem terram occupat. HIST. *peregr.* p. 165,24 aliqui . . . incubabant -bus equorum in via deficiendum. *de bove morbo*: METELL. *buc.* 6,37 *caulas*, ergo iubet *vir*, quo verna -e mundet. *b corpus vivum - lebender Körper*: EGBERT. *fec. rat.* 1,1765 putidus nostra non est in carne -r. NIVARD. *Ysengr.* 7,239 ut salves animam, tormentis subde -r.

65 **cadaverinus**, -a, -um. *cadaveri similis - leichenähnlich*: RATHER. *prael.* 2,8 p. 196^c senes quoque in -is iam corporibus constituti.

cadaverosus, -a, -um. *cadaveri similis - leichenähnlich*: *1 proprie*: HROTSV. *Cal.* 7,1 *nec facies mortuae -a nec membra sunt tabida. 2 in imag. sensu despicibili*: LIUTPR. *leg.* 62 p. 210,12 ut . . . *Nicephorus* audiat vos, quorum copii non audet -us occurrere.

cadax v. catax. cadela v. candelata.

*cadigium v. *codigium.

cadivus (cati-, catti-, -ibus sim.), -a, -um.

1 adi.: a de anim. i. q. epilepticus - fallsüchtig: FORM. Marculli 2,22 vindedi servo . . . non fugitivo neque -o (sim. FORM. Sal. Bign. 3, 5). LEX Baiuv. 16,9 nisi forte vitium invenerit . . . in mancipio aut in cavallo aut in qualicumque peculio, id est aut cęcum aut herniosum aut -um (-o, cativo, caduco, cattibus, cadu(v)um sim. var. l.) eqs. **b** gutta -a sim. i. q. epilepsia - Fallsucht (cf. GLOSS. III 498,2 St.-S. -a passio vallenda): BOTAN. Sangall. 10,1 gutta -a (21,2, 48,3. RATHER. prael. 1,24 p. 168^c g., quam -am dicunt). VITA Sadalb. 19 (MGMer. V p. 61,1) -ae vesaniae morbo. **al.** **2 subst.:** a masc. i. qui epilepticus est - ein Fallsüchtiger: RECEPT. Sangall. I 85 capit. p. 7,33 ad cativo. II 8 capit. p. 37, 24 ad lunaticos et -os (BOTAN. Sangall. 10,1^{capit.}). ANTIDOT. Berolin. 1 melancolicos, -os, vanos. **b** fem. i. q. epilepsia - Fallsucht: PASS. Praeieci I 18 diaconus . . . -e (-a var. l.) . . . fatigatus insania.

cadmia, -ae f., postea *calamina, -ae f. vel *calaminum, -i n. vel *climia, -ae f. (καδμια, inde vulg. *calamina, theod. vet. galmei, kalemin, arab. iqlimiyā [cf. Siggel, Arab.-dt. Wb. d. Stoffe. p. 77]) script.: kathinia: p. 16,25. chatmea: p. 16,27. cat(h)mi(a): l. 43sq. 54.56.59sq. 72. p. 16,5.12.15.19.24.26. cathimi(a): l. 59sq. 72. p. 16,2. cathir(a): l. 47. cachimi(a), cachymi(a): l. 46.68. cachini(a): p. 16,10. cacumi(a): p. 16,6. ?ca[a]limia: l. 52. calimin-: l. 67. form.: gen. sg. -as: l. 60. acc. sg. -an: l. 64. metr. -mia: l. 65.

I proprie de metallis: A strictius i. q. tutia, pompholyx, spodium - Galmei, Zinkerz, Zinkoxyd, Ofenbruch (cf. Lippmann, Alchem. I. p. 591sq.). **1 de natura:** CONSTANT. AFRIC. grad. p. 383,18 cadmia tribus modis est: quedam enim est Indię, quę est lapis subtilis et albus . . . ; est et alia marina . . . , quae viridis, aspera et perforata est; est et alia metallica et in Africa invenitur eqs. THEOPH. sched. 3,62^{med.} invenitur etiam genus lapidis subcrocei coloris et interdum rufus, qui calamina dicitur. HILDEG. phys. 2,12 terra, quae dicitur calaminum, . . . tepida est (cf. CAUS. 3 p. 171,10sq.). **fort. add.:** ALBERT. M. miner. 5,1,8 illud, quod in tali sublimatione residet in fundo, est climia, quae vocatur a quibusdam succudus. **2 de usu:** a techn.: COMPOS. Luc. T 8 lapis adama nascitur ex cathmia et auri coctione. MAPPAE CLAVIC. 9 cathmiam aut trachiam . . . vel calactines permisce. 28 cathmie Samie. 74 super aspergis cathmiam albam (Ps. PLATO quart. 3 p. 135,12 cachimiae albae). COMPOS. Matr. 12 glutinis taurini partes IIII, cathirae etiam confia. THEOPH. sched. 3,65 tolle calaminam . . . cum carbonibus minutissime tritam. ALBERT. M. miner. 4,1,6 p. 90^b,42 Parisiis . . . et Coloniae . . . convertunt cuprum in aurichalcum per pulverem lapidis, qui calamina vocatur. **al. fort. add.:** COMPOS. Luc. ζ 8 lapis trachias . . . mittitur in ca[a]limia in mundatione argenti (cf. J. Svennung, Compos. Luc. 1941. p. 99). COMPOS. Matr. 15,2 cathmie canopodos partem unam. **de -a artificialiter composita:** COMPOS. Luc. A 2 compositio cathmie: nitrum partem unam, sulphur partem unam (cf. A 3^{capit.} β 1). **b pharm.:** PAUL. AEGIN. cur. 19 unguenta . . . cimolia terra . . . aut pomfolix aut spodium aut litargiros aut catmia (cathimia B; 3,3,4 καδμια). 93 stimeos, catmias (cathimias B), calcitidos . . . equalia . . . assa. 225 cathmie (cathmie B) combuste (BRUNUS LONG. chirurg. 1,10 p. 110^D de secretis medicinis consolidativis est . . . climia proprie combusta). ANTIDOT. Bamb. app. p. 37,3 corallu i, cadmian l. Ps. ODO MAGD. herb. 419 quod (cornu cervi) simul est ustum veluti quoque cadmia lotum. TRACT. de aegr. cur. p. 300,17 de lapide calaminorum 9 i. HILDEG. caus. 3 p. 171,6 calaminum accipiat. THEOD. CERV. chirurg. 3,2 p. 159^F climiae ablutae. 4,4 p. 181^B cachymiae ablutae. **al. c iur. de teloneo:** CHART. Hans. 466 p. 168,1 (a. 1254) de pondere calamini . . . <denarium>. 807 p. 278,15. **B latius:** 1 spuma auri vel argenti, lithargyros - Gold-, Silber-, Bleiglätte: GLOSS. III 554,1 St.-S. cathmia (cathimia B)

silberchum. IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 2b^r in decoctione quod superfluum ab auro separatur, cathmia dicitur seu spuma auri (p. 23a^v. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 380^F. GEBER. clar. 2,70 [v. notam ed.]). BERNH. PROV. comm. 9,1 p. 311,6 cathmia argenti, id est litargirum. WILH. SALIC. chirurg. 5,7 p. 359^A cacumiae argenti tritae. 5,10 p. 360^H climia auri vel argenti vel plumbi . . . est . . . superfluitas, quę reperitur in loco, ubi coquitur aurum vel argentum. **al. adde:** Ps. ARIST. lap. I p. 188,20 ex istis lapidibus nascitur quidam lapis, quem populus vocat caciniam auri. **2 ?lapis orobus - ?Kupfergrün:** COMPOS. Luc. X 21 lapis erebus (orebus cod.), quem vocant Alexandrini cathmia eqs. (cf. J. Svennung, Compos. Luc. 1941. p. 82sq.). **3 lapis fissus - Spaltstein:** COMPOS. Luc. ε 32 lapis fissus nascitur in . . . Italia . . . ; quem Alexandrini vocant cathmia . . . ; est enim . . . lapis crepidinosus. **4 sucinum - Bernstein (cf. Ahd. Wb. I. p. 61):** GLOSS. III 522,24 St.-S. calamin ochstein. **5 scoria, squama (ferri) - (Eisen-)Schlacke, Hammerschlag:** GLOSS. III 554,3 St.-S. cathmia ferri synther.

II meton. i. q. fodina (tutiae) - (Galmei-)Bergwerk, (Zink-)Erzvorkommen: CHART. Austr. sup. II 101 p. 151,29 (a. 1117) in cadmiis, in locis salinariis. ACTA imp. Stumpf 364 p. 520,6 quarum (fodinarum) in bonis ipsorum prima est cathmia Propath nuncupata (sim. ACTA imp. Böhmer 144 p. 136,22 kathinia). CHART. Carinth. I 213 p. 169,45 si forte in feudo . . . catmia exurgeret. CHART. Stir. IV 144 p. 89,20 si qua chatmea in possessionibus . . . fuerit inventa. **ibid. al.**

*cadmiarius, -a, -um. **script.:** cha-: l. 38. cat(h)m-: l. 33.37sq.41. catam-: l. 38. -mea-: l. 33.41.

1 adi.: ad fodinam (tutiae) pertinens - das (Galmei-)Bergwerk betreffend: CHART. Salisb. II 509 p. 688,5 (a. 1193) orta . . . lite pro habendo iure cathmeario (p. 688,24. CHART. Stir. II 26 p. 55,22. CHART. Salisb. III 596 p. 80,38).

2 subst.: a masc.: metallicus (fodinae tutiae) - Bergmann (im Galmeibergwerk): CHART. Stir. I 486 (c. 1165) testes facti sunt . . . Oudalricus monetarius, Regibertus catmiarius (497. 500 cathmiarius. 528 catamiarius. 659 chathmiarius). **b neutr.:** fodina (tutiae) - (Galmei-)Bergwerk: CHART. Salisb. II 509 p. 688,16 (a. 1193) quod vulgo dicitur spitze recht et garrenrecht et hutschicht, cum omnibus cathmeariorum pertinentiis . . . accipiat ecclesia.

cado, cecidi, casurum, -ere. **script. ka-:** p. 17,49. **form.:** inf. praes. cecidere: p. 18,49. indic. praes. -e(n)t: p. 17,11. fut. -ebis: LIBER hist. Franc. 32 p. 296,3. inf. perf. cadisse: p. 18,14. con. plusq. cadisset: p. 18,13. adde FORM. Sal. Merk. 42. metr. et rhythm.: inf. praes. cadere: p. 17,20. indic. perf. cecidit: p. 17,49.18,3. partic. fut. cāsurus: ALDH. virg. II 1561.

I proprie i. q. deorsum labi vel ruere - fallen: A strictius i. q. decidere, incidere - herab-, hineinfallen, stürzen. **1 de anim. et partibus corporis:** a de actione fortuita: α gener.: PACTUS Alam. III 16 canes . . . pendatur et, dum . . . ibi putridus -et eqs. WETT. Gall. 35 p. 277,24 Erchanoldus . . . caput inlisit in superliminare, unde amens cecidit. WALTHARIUS 748 quadrupes . . . effundens . . . equitem cecidit super illum. FROUM. carm. 30,10 si -it in fontem pecus. THIETM. chron. 3,9 p. 108,2 Waldo . . . post tergum mortuus cecidit. 4,16 ab equo -ens. HEINR. LETT. chron. 15,3 p. 89,24 caro percussa -ens in partem sinistram . . . omen indicat sinistrum. FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 126,14 de facili -ens in terram airo. saepe. remissius: WIDUK. gest. 3,72 Graeci . . . -erunt in manus eorum. in imag.: ALDH. virg. I 11 p. 239,15 prius . . . quam protoplastus . . . in gastrimargiae voraginem crudeliter -isset. HRABAN. carm. 13,35 ille tumens cecidit celsa de sede superbus. **al. proverb.:** WIPO prov. 21 qui per ardua vadit, saepissime -it. **β medic.:** TRACT. de chirurg. 1209 cum caro putrida ac combusta a loco -et. proferru - heraustreren: Ps. HIPPOCR. progn. A 16 cui intestinum -ens doluerit, quem medici ramicem dicunt. **b de actione voluntaria:** α humi se prosternere - sich zu Boden werfen, niederfallen: THEGAN. Ludow. 55 Hlutharius cecidit ad pedes

[Dauser]

patris (CONSUET. Marb. 191 [Spicil. Friburg. X. 1965] absolutus *frater excommunicatus* -at ad p. eius [*praelati*]. al.). WALTHARIUS 544 in terram . . . -ens. WALTH. SPIR. Christoph. I 14 puellę . . . in faciem -erunt. al. *β se praecipitare - sich hineinstürzen*: GERH. AUGUST. (?) Udalt. II 26 p. 423^b, 50 mater cum . . . in amnem . . . -ere voluisset. *γ irruere - herfallen*: THIETM. chron. 8,34 milite in predam -ente. *δ ad-moveri - bewegt werden*: HIER. MOR. mus. 28 p. 289,14 sicut naturaliter -it super eandem chordam *digitus*. p. 289,22.24. *2 de rebus: a de liquidis, humidis: α in univ.:* CHRON. Fred. 2,56 p. 77,4 pluviae de caelo mixtae -ent. WALAHFR. Mamm. 22,28 grandio -it. HROTSV. Gong. 247 cecidit nubecula parva. VITA Heinr. IV. 1 p. 9,10 -unt lacrimae. al. *β de cursibus aquarum: influere - hineinfließen, münden*: TRAD. Frising. 333^a (a. 815) ubi Nandoluespach -it in Phe-tarach. THIETM. chron. 6,49. al. cf. l. 36sq. *transfluere - hin-überfließen*: DIPL. Conr. II. 135 p. 182,14 ubi aqua Leipflusa -it super viam. *occurrere - stoßen auf*: TRAD. Frising. 1007 (post 895) ubi Nuzpah in eam plateam -it. *b de solidis*: RHYTHM. 23,5,5 sidera tota -ere, finem seculi venire. ALDH. virg. I 9 p. 237,25 folia . . . adventante autumnus fervore . . . -ere. LEX Saxon. 55 si arbor accensa -erit. HRABAN. carm. 4,3,18 flacidia . . . gramina . . . -unt. BERTH. (?) annal. a. 1057 lapides . . . de coelo -erunt. al. *astron. i. q. occidere - untergehen*: HROTSV. Abr. 2,2 sidera numquam casura. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,209. *c de umbra, calore*: POETA Saxo 4,361 -it . . . longior umbra diei. ANON. geom. I 3,9 umbram exinde -entem. WIDUK. gest. 1,36 p. 53,7 sole -ente in humida vestimenta barbarorum fumum ascendere fecit. al. *d de rebus fabrefactis*: AGIUS vita Hath. 10 signum ecclesiae maximum -isse. HROTSV. Bas. 254 de summo cecidit scriptura dolosa ante pedes sancti. WALTH. SPIR. Christoph. II 6,91 si . . . idola . . . -rent excisa columnis. THIETM. chron. 7,66 catena de pedibus . . . -ente. al. *in imag.:* WALTHARIUS 376 imperii vestri -isse columna (THIETM. chron. 6,65 c. ecclesiae). *techn.:* WILH. HIRS. const. 2,29 p. 1079^d postquam horologium -erit (CAES. HEIST. mirac. I 11,3 p. 270,4). THEOPH. sched. 3,90^{med.} ut . . . illud lignum semper -at ab uno gradu rotae in alterum. *e de linea*: ANON. geom. I 4,2 perpendicularis -it. 4,28 -ent cathetus. al. *obvenire - aufreffen*: ANON. I mus. 2 Gerbert I p. 332^a, 34 ubi tertia -erit linea, g. in-scribitur. *ibid.* al. *f de voce: α deorsum sonare - von oben ertönen*: WALAHFR. Mamm. 3,4 vox . . . simul cecidit: 'egs.' *β descendere - absteigen, tiefer werden*: IOH. AFLIG. mus. 19,10 quarti . . . cantus per diapente competentius quam per diatessaron -it et resurgit. *B latius: I de anim.:* *a mori, perire - sterben, zugrundegehen (plerumque de morte pugnantium; aliter: l. 49,55)*: PAULIN. AQUIL. carm. 2,10,1 ubi cecidit vir fortis in proelio. RHYTHM. 38,10,1 kadebant passim vel certatim seniores populi. WALTHARIUS 685 equus et dominus hora cecidere sub una. HROTSV. Pel. 332 Christi pro lege -bat. GERH. AUGUST. Udalt. I 12 p. 402,12 cum mutua caede utrobique -issent. WIPO gest. 7 p. 30,18 si rex periit, regnum remansit, sicut navis remanet, cuius gubernator -it. *saepe. b corrumpti - zerfallen*: CARM. Salisb. 6,11 corpus inane -it, melior pars inde resurgit. *c torpescere - betäubt werden*: ALBERT. M. animal. 4,79 -unt . . . sicut patiantur scotomyam *delfini*. *2 de rebus: a corruere - zusammenstürzen*: LEX Baiuv. 1,6 omne culmen, quod . . . cecidit. DIPL. Otton. I. 349 p. 477,10 ut . . . ecclesie tecta -rent. THIETM. chron. 2,35 aeclesia Halverstidensis cecidit. ANNAL. Mich. Bamb. a. 1117 (MGScript. V p. 10,6) urbes . . . tremotibus -erunt. CHART. ord. Teut. 49 vouta, cuius medietas cecidit. al. *in imag.:* ALDH. virg. II 1368 cassata potestas *divorum* ad fundum cecidit. *b capi - eingenommen werden*: GESTA Camer. cont. II F 281,2 priusquam castrum -at. *c mergi - sinken*: OTTO FRISING. gest. 1 prol. p. 10,31 erexit te sponsus arthemionem, barcha cuius pene cecidit. *d minui - vermindert werden*: FRUTOLF. (?) rhythmic. 1,17 p. 184,16 -ente . . . piramide -unt simul omnes numeri. THEOPH. sched. 3,18 sufflabis per omnia sic, ut temperamen-tum non -at.

II translate: *A delinquendo labi, peccare - zu Fall kommen, sündigen*: RHYTHM. 52,8,4 *chirographum peccati* infelix homo tulit a serpente, cum cecidit. ANNAL. Xant. a. 866 p. 23,16 duo archiepiscopi graviter -erunt. HROTSV. Abr. 6,3 vae mihi infelici! unde cecidit! THIETM. chron. 8,13 p. 508,23 turpi casu . . . -it infra se. al. *B destitui - verlustig gehen, verlieren:* *1 gener.:* LEG. Wisig. 9,2,9 p. 375,26 quod si . . . rei dominus . . . a statu dignitatis pristinae -at. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 283,2 a suis dignitatibus -ere. STATUT. ord. Teut. p. 48,25 significacio . . . -ens ab effectu. *memoria dilabi - entfallen*: WALAHFR. carm. 16,11 nec de mente -at, fueris quis. *2 iur.:* FORM. Sal. Bign. 13 qui ad ipso iudicio vel ad ipsa cruce cadisset (cf. FORM. Sal. Merk. 42 ipse ille ad ipsum iudicium visus fuit cadisse). EPIST. Hann. 78^a p. 127,28 sine controversia cecidit *Heylica*. LAMB. HERSF. annal. a. 1077 p. 286,21 ut et causa in perpetuum -isset *Heinricus* (CHART. Port. 65 p. 89,27 sine recuperatione -at a c. CHART. Mar. Magd. 125 p. 115,45. CHART. Salem. 418 p. 468,15 ut pars, quae non staret arbitrio, -ret a c. al.). CHART. Sangall. B 244^{II} p. 203,1 heres cecidit a suo iure (TRAD. Patav. 1007 p. 340,13 a i. concesso non -ant. CHART. Brixin. 77 p. 85,30. CHART. scriin. Col. B 254. *saepe*). CHART. Brixin. 65 p. 70,31 frater . . . a suo -at stipendio et canonica. CHART. episc. Halb. 753 p. 66,20 in causa principali penitus -isse. CHART. episc. Misn. 247 p. 190,38 nulla admonitione praemissa -at a celeraria ipso facto *cellerarius*. al. *adde:* URBAN. IV. registr. 550 p. 532,3 quod . . . partes super hoc nostro iudicio stent et -ant. *C finiri, deficere - aufhören, wegfallen:* *1 gener.:* ERMOLD. Ludow. 1,410 haut unquam proelia coepta -ent. WALTH. SPIR. Christoph. II 4,58 nondum cecidit cultura deorum. ALBERT. M. metaph. 5,6,15 p. 298,52 (ed. B. Geyer. 1960) quod . . . secundum accidens inest, dicit esse -ens a necessitate. *affligi - entmutigt werden*: POETA Saxo 3,236 hoc animi cecidere metu. *2 medic.:* TRACT. de chirurg. 539 quamdiu ignis a loco -at. IORDAN. RUFF. equ. 6,47 p. 89,16 donec -at cancer vel mortificetur in vulnere. *3 iur.:* *arrimtum fieri - hinfällig werden*: LEX Sal. Pipp. 99 (rec. E) cecidit multarum potestas. LEX Raet. Cur. 22,10 (ed. E. Meyer-Marthaler. 1959) pro ipsas filias testamentus -ere non potest. al. HEINR. WIRZ. cur. 562 confusus . . . abiit lite -ente comes. CHART. Lux. IV 80,2 p. 123,11 dicimus, quod homagium . . . omnino -at. *b de monetis: α deesse - fehlen*: FUND. Mur. 20 p. 62,18 si . . . a pretio porcorum unus nummus -it. *β demi - abgezogen werden*: CHART. Port. 84 p. 110,39 (a. 1219) de censu . . . -ent due marce. CHART. Rhen. med. III 174 a puritate marce non nisi XI -ent denarii. *D illabi - hineingeraten*: BEDA hist. eccl. 2,15 p. 116,30 nec vota . . . in cassum cecidere. FORM. Sal. Merk. 61 nos . . . non dimittere in lapsum cecidere. LEX Franc. Cham. 10 in servitium -at. FROUM. carm. 20,55 cur -it in facinus grex simul innumerus? CHART. ord. Teut. (Hass.) 182 p. 139,18 -ent in perperam *transgressores*. al. *de intelligentia i. q. apparere - einleuchten*: HERIG. reg. 2,7 nihil facilius -it in scientiam decupulari divisione. *E contingere, attribui - (zu)fallen, zuteil werden:* *1 gener.:* ANNAL. Xant. a. 845 p. 15,1 sortes salubriter non -erunt (VITA Willeh. 3. WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 29. al.). CARM. de Cunone 76 hec cui forma (*sc. constellationis*) -it. *2 iur. et publ.:* LEG. Lang. p. 396,10 si mundium . . . ad curtem regis -erit. TRAD. Frising. 42 p. 70,12 quae (*vineae*) mihi in partem contra fratrem meum -erunt. DIPL. Karoli M. 81 p. 117,1 sicut . . . intro fisco nostro -erit *insula*. DIPL. Otton. I. 334 p. 449,4 si *vassi* . . . ad rei publicae vel nostrae imperialis partem -erint. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 296,13 in se vindictam -isse confessus. ACTA imp. Winkelm. I 486 marchia Ystrie cecidit imperio. CHART. scriin. Col. B 1280 p. 327,12 Elyzabeth . . . proposuit partem . . . hereditatis . . . super se -isse et -ere debere. *saepe. de censibus i. q. redire - anfallen*: REGISTR. Mog. p. 9,3 (a. 1233/42) Nycholaus recipit . . . de censibus, qui deberent -ere de bonis suis, libras II. *F pertinere, convenire - (unter etwas) fallen, zutreffen*: ALDH. ad Acirc. 10 p. 82,24 compositio nonnisi in dactilicum metrum -it. HROTSV. Sap. 3,10 sub

huius diffinitionis specie non unus -it numerus, sed plures. WALTH. SPIR. Christoph. II 3,84 si nostrum -it in contraria velle. EPIST. Meginh. 10 p. 204,7 illud comicum in me verissime -it. FRUTOLF. (?) rhythmimach. 1,15 p. 181,19 LVI per octonarium -unt in septimo campo. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 296,27 in reges . . . nec ipsius papae nec alicuius magistratum iudicium et sententiam -ere non debere. ALBERT. M. metaph. 4,2,4 p. 179,71 (ed. B. Geyer. 1960) quod in ratione accidentis -it. veget. 1,151 fere . . . omnis planta sub his -it nominibus. *al.* **G** *afficere - befallen*: REGINO chron. a. 894 p. 142,6 tantus timor super reliquas civitates cecidit, ut *eqs.* CHART. Osn. III 382 p. 264,35 propter . . . metum, qui potest -ere in constantem. *al.*

adi. **I.** *cadens*, -entis. stella -s *i. q. sidus deciduum - Sternschnuppe*: ALBERT. M. summ. theol. II 1,4,2,5,1 p. 94^a, 37 asup . . . ignis ascendens est, qui a vulgo vocatur stella -s.

2. *casurus*, -a, -um. *periturus - vergehend*: WALAHFR. carm. 5,46 ut . . . -is haerere bonis non deinde velitis.

subst. cadens, -entis *m.* **1** *qui mortuus profligatus est - ein Hingemordeter*: WALAHFR. Mamm. 22,17 -tum milia. **2** *qui delinquendo labitur - ein Strauchelnder*: CAND. FULD. Egil. I 11 p. 229,17 cedentium sustentator, -ium restaurator (*sc. abbas*).

caduceator, -oris *m.* *mediator, arbiter - Vermittler, Schiedsrichter* (*cf.* GLOSS. II 339,8 St.-S. -es dicuntur legati pacis, quod sunt grizuarton [*spectat ad Isid. orig. 8,11,48*]. III 143,8 -r sūnari. 685,3 -r erendebodo. *al.*): COD. Lauresh. 155^c p. 438,26 (a. 1170/75) ita se -em et sequestum interposuit *Heinricus abbas*, ut *eqs.*

**caduceuma subst.* (*cf.* *caduceum*, κηρόκευμα *sim.*) *virga divina - Wünschelrute* (*cf.* H. Bächtold-Stäubli, *Handwörterbuch des deutschen Aberglaubens*. IX. 1938/41. p. 823 sqq.): GLOSS. II 339,7 St.-S. -a dicitur uunschilgart.

caducifer, -eri *m.* *de cognomine Mercurii i. qui caduceum fert - (Herolds-) Stabträger*: GESTA Trev. 3 p. 132,13 (vs.) ferreus in vacuis pendet -r auris.

caducus, -a, -um. *form. gen. sg. -is: l. 59.*

I adi.: **A** *proprie* (*cf.* GLOSS. IV 41,49 St.-S. -us risiger. 133,54). **1** *qui corruit - umgefallen*: VITAE patr. Iur. 1,1^{ex}. arborum -arum. **2** *casum efficiens - Fall bewirkend*: MATTH. PLATEAR. gloss. p. 396^c scotomiam vel -as vertigines. **3** *medic.*: **a** *de hominibus i. q. epilepticus - fallsüchtig*: ODO MAGD. herb. 1617 radix pueris suspensa -is . . . prodest (1619. 2095). *ibid. al.* **b** *morbus -us sim. i. q. epilepsia - Fallsucht* (*cf.* GLOSS. III 498,1 St.-S. -us morbus uallende suht): VITA Greg. Porc. I 8 -ae passionis. ODO MAGD. herb. 1418 morbum curare solet . . . -um *aristolochia* (TRANSL. Godeh. 1 p. 641,5 epileptico morbo, quem vulgari nomine -um appellant. HILDEG. phys. 1,127 homo -o morbo cadit, id est wallendsucht. *al.*). VITA Karoli M. 2,22 p. 63,27 -a gutta.

B translate: **1** *fragilis, transitorius, inanis, terrenus - hinfällig, vergänglich, nichtig, irdisch* (*cf.* GLOSS. II 2,63 St.-S. -a zurganhero): DIPL. Merov. I 81 p. 72,15 quatenus de -es rebus . . . aeterna conquiretur (TRAD. Lunaelac. 71 cum -is et transitoriis r. OTTO FRISING. chron. 1 prol. p. 7,12 terrenis -isque r. *al.*). TRAD. Frising. 511 de parvo et -o alode. HRABAN. carm. 18,39 opibus gazisque -is. TRAD. Ratisb. 32 -a et fragilis hominum generatio. VITA Chlodov. 1 (MGMer. II p. 350,41) propter incertos casus -is vitae. DIPL. Otton. III. 56 p. 461,35 -i honoris cupiens. CHART. Heinr. Leon. 105 p. 160,1 -e sunt temporum actiones. *saepe. cum sensu peccati*: ΕΚΚΕΗ. IV. bened. I 17,15 mundi medicina -i. **2** (*e memoria*) *elapsus - (dem Gedächtnis) entfallen*: CHART. Basil. A I 32 p. 61,10 (c. 708) cum ea, que liquido sepius aguntur, aput homines a memoria tamen . . . sint -a, nisi *eqs.*

II subst.: **A masc.**: **1** *homo epilepticus - ein Fallsüchtiger*: ANTIDOT. Glasg. p. 100,38 dabis *antidotum* . . . cum ydromelli -is. ODO MAGD. herb. 2093 prodest sumptum cum melle -is. *ibid. al.* **2** *homo labens peccato - ein Strauchelnder*: ΕΚΚΕΗ. IV. bened. I 17,7 erit ara crucis . . . parma -is (gloss.: lapsis). **3** *homo mortalis - ein Sterblicher*: METELL. Quir. 4^a,18 fugit -is et petit perennes *virtus*.

B neutr. (? *fem.*: l. 5): **1** *flos delapsus - abgefallene Blüte*: ANTIDOT. Lond. p. 19,26 -o mali granati, quod est flore. TRACT. de caus. mul. 19 p. 22,13 -i granate (p. 22,19). **2** *quod fragile, terrenum est - Hinfalliges, Irdisches*: FORM.

5 Marculfi add. 1^d ut homo de -am quispiam seculi peccata sua redemendum valeat auferre (*cf.* A. Uddholm, *Formulae Marculfi*. 1953. p. 65sq.). LIUTG. Greg. 12^m. o virum . . . de -is ac terrenis minus curantem! TRAD. Frising. 321 qui sibi de -a ista conparat praemia sempiterna. CHART. Babenb. 174 p. 232,34 cogitans . . . pro -is eterna. *al.* **3 iur.**: **a** *bona hereditate accepta - ererbtes Gut*: CHART. select. Keutgen 139,27 (s. XII.¹) potest clericus aut mulier quelibet mobilia vel bona vel donationes vel -a, que ratha dicuntur, in iudicio petere sine procuratore. **b tributum post mortem debitum, mortuarium - Abgabe bei Todesfall (*cf.* Dt. Rechtswb. III. p. 397): DIPL. Frid. I. 13 (ed. A. Castan, Origines de la commune de Besançon. 1858. p. 162) discordiam super quorumdam proventuum genere, quos leges appellant -um, eo quod casu morientium provenire solent, quos . . . archiepiscopus a civibus suis morientibus exigere conserverat. *ibid.* p. 163 casibus seu -is. CHART. Turic. 1101 p. 199,21 mortuarium vel -um, quod vulgo dicitur val. p. 199,24 de hiis servis ecclesie . . . nichil etiam nomine -i vel successionis debet habere.**

25 *cadus*, -i *m.* (*n.* -um: l. 30sq.) (κάδος) *script.* cathus: l. 29. *form. nom. sg. -os: l. 37.*

vas, amphora, situla - Gefäß, Krug, Eimer: **1 gener.** (*cf.* GLOSS. I 83,16 St.-S. -us peorfaz. 94,32 -us . . . kalihida. III 689,57 cathus einbar. 718,16 situla -us urna ember. IV 41,50 -um . . . enea orca erinchruch. 41,54 -us grece mutti. *al.*): VITA Elig. 2,18 p. 709,15 -um, quod . . . paene fuerat exhaustum, . . . vino . . . est repletum. WALAHFR. hort. 58 flumina pura -is inferre capacibus. NIVARD. Ysengr. 7,348 excutiat plenum dum pede vacca -um. TRACT. de aegr. cur. p. 308,38 faciunt . . . vasa vinaria ut ciphum vel -um de tamarisco. **2 spec. de mensura** (*cf.* CATAL. mensur. [cod. Monac. 14747 f. 88^r] -os modii III. GLOSS. p. 209,10 Th. amphora -us . . . habet urnas III, lagella [*cf.* *Isid. orig. 16,26,14*]. *al.*): CHART. episc. Hild. I 185 (a. 1126) cum . . . -o sagiminis et IV -is mellis. CHART. Rhen. med. II 40 p. 26,7 si . . . negligenter parata fuerint *dolia* et vinum ad -um vel duos stillaverit, medietatem domino de suo restituent. ALBERT. M. metaph. 10,1,3 p. 435,64 (ed. B. Geyer. 1964) in umidissimum ponunt -um. eth. 5,2,10 p. 358^b,6 -us *ponitur esse mensura olei*. **45** MENKO chron. p. 554,21 ut singuli peregrini . . . haberent . . . sex -os butiri.

**caduta*, -ae *f.* (*ital.* *caduta*) *casus - Fall*: MOSES PANORM. infirm. 19 p. 118,25 si aliqua inflatio apparuerit in corpore equi occaxione ferute vel -e vel mali vermis vel alie magagne, scinde locum inflatum.

**caecatio* (ce-), -onis *f.* *caecitas - Blindheit*: GISLEB. ELN. inc. 3,33 perstat ce-o prolis.

caecator (ce-), -oris *m.* *qui caecat - einer der blendet*: ΕΚΚΕΗ. IV. cas. 86^m. estne mortuus, ait, monachorum suorum ille ce-r?

caecias (calc-, kieck-), *acc.* -an (*m.*) (κακία) *ventus inter septentrionem et orientem existens - Nordostwind* (*cf.* GLOSS. III 608,28 St.-S. vulturinus calcias ostannord): HONOR. AUGUST. imag. 1,55 secundus cardinalis *ventus* subsolanus . . . ; cuius dexter vulturinus, qui et calcias, cuncta desiccans (*cf.* *Isid. nat. 37,2*). ALBERT. M. meteor. 3,1,22 p. 608^b,1 quod Graeci . . . kieckian vocant (*cf.* *Sen. nat. 5, 16, 4*).

**caecicula* (ce-), -ae *f.* *caecilia - Blindschleiche: v. p. 22,15.*

caecifico* (ce-), -are. **1 *caecare - blenden*: ARNULF. delic. 409 corvus ce-et, que patrem pupila ridet. **2** *obscurare - verdunkeln*: CARM. cod. Vat. (5330) 3,3 sol decutiens tenebras lucem tenebrescere fecit, lucida -ans reserans et lumina caecis.

70 *caecigenus*, -a, -um. *qui caecus fit - erblindend*: WOLFHARD. Waldb. 1,21 -a foeditate urgente.

caecitas (ce-), -atis *f.*

1 orbitas (oculorum) - Blindheit. *a proprie:* WILLIB. Bonif. 8 p. 55,1 luminibus -e pressis. MIRAC. Genes. Hier. 13 caligo ce-is illius abstersa est. TRAD. Frising. 632 qui . . . pro ce-e seu pro senectute . . . servire non possunt. HELM. chron. 79 p. 148,24 ce-s inveterata perdurat. *al. meton. de hominibus caecis:* PASS. Quir. Teg. 4 recipit ce-s visum. VITA Hildulfi 13 omnis ce-s clarificata . . . obstupuit. *excaecatio - Blendung:* ANNAL. Fuld. II a. 786 auctores conspirationis . . . partim morte, partim -e et exilio damnantur. **b in imag.:** GODESC. SAXO theol. 8 p. 186,20 nostrae naturae . . . corruptae foeditatem . . . egestatem, -em . . . inflare. ADALB. SAMAR. praec. dict. 1 p. 28,8 (ed. F.-J. Schmale. 1961) si . . . ex inscitie ce-e depulsa eo claritatis provenirent *egs.* CHART. Rhen. med. III 198 p. 168,14 ne quid ignorantie ce-e contingat in iuris prejudicium attemptari. *al. ecl. de infidelitate sim.:* BONIF. (?) serm. 10,1 (PL 89,862^B) primus humani generis parens . . . in huius exilii atque -is, quam patimur, aerumnam venit. WILLIB. Bonif. 6 p. 32,6 eos . . . relicta ignorantiae -e ad . . . christianitatis religionem . . . provocavit. WALTH. SPIR. Christoph. I 6 illuminatur ecclesia gentili -e confusa. HERM. Iud. conv. 16 p. 113,13 (ed. G. Niemeyer. 1963) *os* in celum ponere ceca superbia et superba ce-e. CHART. Carniol. II 59 populum . . . errore ce-is involutum. *al. c translate:* **α occaecatio (mentis) - Verblendung:** ALBERT. M. summ. theol. II 18,122,2 p. 401^A,26 quaeritur de filiabus luxuriae, quae . . . octo sunt, hae scilicet, -s mentis *egs.* (p. 401^A,40 si ergo impedimentum est rationis luxuria, tunc est -s m.). **β inscientia - Unkenntnis:** EKKEH. IV. (?) prol. Gall. p. 1096,17 quod . . . imperitorum minus patet -i.

2 a tenebrae, caligo - Finsternis, Dunkelheit: ALDH. ad Acirc. 3 p. 73,13 furva nocturnae -is latibula. BEDA hist. eccl. 5,12 p. 306,29 -e tenebrarum conclusus. OTTO FRISING. chron. 2,47 p. 124,12 silentium ac ce-s noctis. *in imag.:* CHART. Siegburg. 104 (ed. E. Wisplinghoff. 1964; a. 1227/37) quoniam ea, que geruntur in tempore, oblivionis incidunt ce-m (CHART. Port. 113 o. ce-e . . . obfusari). *per compar.:* WILLIB. Bonif. 2 p. 8,15 ceu nebulosae quadam -is caligine obtegere. **b ambiguitas - Ungewißheit, Unbeständigkeit:** CHART. Heinr. Leon. 133 (spur.) hoc fortune non varietur ce-e. CARM. Bur. B 122,3^A,1 o mors ceca, ce-is nos premens articulo.

caeco (ce-), -avi, -atum, -are. *script. coe-: l. 46.*

1 caecum reddere - blenden. *a proprie:* **α de hominibus:** CAPIT. reg. Franc. 28,18 nequaquam permittimus abbates coecare. NOTKER. BALB. gest. 1,26 p. 35,7 eum (Leonem papam) -are. WALTH. SPIR. Christoph. I 26 una sagittarum . . . alterum ipsius oculum . . . -vit. VITA Meinw. 7 p. 12,32 imperator . . . Iohannem invasorem cecatam et nasu truncatum deposuit. CHRON. reg. a. 1153 p. 90,26 (rec. II) episcopus, dum propter clericum quandam, qui . . . cecatus fuerat, expurgare se non posset. *al. β de bestiis:* ALBERT. M. animal. 2,101 serpentum oculis accidit . . . , quod videlicet -ti (p. 508^b,6 ἐκκεντήση) per perforationem parvam revertatur visus in eis. *pass. i. q. caecum fieri - erblinden:* ALBERT. M. animal. 23,26 p. 1443,31 *alauda* in nono anno altero oculo -atur. 23,143 in senectute -atur *upupa*. **b translate i. q. occaecare (mente) - verblenden:** ALDH. virg. II 2236 -atur corde malignus. HERM. Iud. conv. 17 p. 115,9 (ed. G. Niemeyer. 1963) cassata, que me cecaverat, diabolica illusionem.

2 obscurare - verdunkeln: CARM. Aldh. 1,69 Lucifer . . . -tus caligine. EKKEH. IV. bened. I 7,39 pallent sol, luna, facula -antur ab una.

adi. caecatus, -a, -um. **1 (caecitate) privatus - (durch Blindheit) beraubt:** ARBEO Emm. 16 (*in imag.*) veri luminis -us mente. **2 occaecatus (mente) - verblendet:** ALDH. virg. II 1198 -a mente. 2594 argenti -us munere. NOTKER. BALB. gest. 1,26 p. 35,5 invidia -i. HROTSV. Theoph. 82 -o corde. CARM. de Frid. I. imp. 1059 turba . . . cecata cupidine prede. **3 obscurus - finster:** FORM. Andec. 32 p. 14,30 per cecata nocte. **4 ambiguus - ungewiß:** WALTH. SPIR. Christoph. II 6,162 alea . . . arbitrio -a suo.

subst. caecatus, -i m. *qui lumine oculorum privatus est - ein Geblendeter:* TRAD. Ratisb. 581 (c. 1060/68) quidam nobilis et cecatus nomine Suitkerus.

Caecubum (Ce-), -i *n.* *vinum (in Caecubo agro cultum) - (Cäcuber-) Wein:* ARNULF. delic. 625 quomodo quis lenissimum . . . petissans Cecubum epotare non desinat. THIOFR. Willibr. I A 17 p. 470^b infusum est pavementum inundante -o. **caeculus** (ce-), -a, -um. **1 adi.:** *caecutiens - (ziemlich) blind:* NOTKER. BALB. Gall. 1^t p. 1101,4 partim morbo, partim senio iam edentulus, -us et tremulus. **2 subst.:** **a masc.:** *qui caecutiit - ein (ziemlich) Blinder:* EKKEH. IV. cas. 31^{ex} cum pauperulum quandam ceculum mendicare audisset. **b masc. et fem.:** *caecilia - Blindschleiche (Anguis fragilis); cf. GLOSS. III 82,35 St.-S. cecula blintsliche. 313,7 ceculus cecus anguis blindeslich. 453,45 cecicula ceculus plintslich. saepe:* AMARC. serm. 4,429 cecus es, ut non plus videas quam cecula lucem. ALBERT. M. animal. 25,22 -a, ut dicit Plinius (*cf. Isid. orig. 12,4,33*), est serpens . . . parvus et dicitur esse caecus. *c fem.:* *sorex - Spitzmaus:* GLOSS. III 81,50 St.-S. cecula spizmus (366,8).

caecuma *v. cicumma.*

***caecumen, -inis n.** *in imag. i. q. caligo - Dunkelheit:* RATHER. prael. 6,25 p. 340^c hoc diuturno . . . fatigatus -e. Metr. 13 p. 469^A -e . . . criminum . . . obtenebratus.

caecus (ce-), -a, -um. *script. coe-: p. 23,55sq.*

I adi.: *A usu act. i. q. lumine oculorum orbis - blind:*

1 proprie: **a strictius de anim.:** **α de hominibus:** LEX Baiuv. 2,9 dum *dux* . . . non est surdus nec cecus. CAPIT. reg. Franc. 252,2 presbyter . . . criminis, propter quod -us fuerat effectus, liberrimus. IOH. CANAP. Adalb. 9 cecum natum.

RANGER. Anselm. 7045 Brixanus lumine ceco ob morbum . . . venit. ALBERT. M. animal. 18,98 quae (*mulieres*) . . . corruptas in se habent superfluitates, parient eos, qui fiunt claudi, -i *egs. al. in cognomine:* NECROL. Fuld. (MGScript. XIII

35 p. 206,24; cod. 1) obiit Ruommtum cecus. TRAD. Frising. 1558^c filius ceci Wolfoldi. 1686 Macili -us de Diengen. *al. cf. p. 23,41. in imag.:* ALDH. ad Acirc. 2 p. 66,4 -is pupillarum orbibus . . . contemplabitur arcana legum. WALAHFR. Karol. prol. med. regni . . . paene -am latitudinem totius scientiae nova irradiatione . . . reddidit . . . videntem. EPIST. Wibald.

40 404 p. 539,27 a cecis, id est a Iulianistis, hereticis. *al. β de bestiis:* LEX Baiuv. 16,9 nisi forte vitium invenerit . . . in qualicumque peculio, id est aut -um aut herniosum *egs.* HILDEG. epist. I 117 p. 341^B in desertis habitaculis magni et parvi et -i mures sunt. ALBERT. M. animal. 4,65 apis citrina magna, quae a quibusdam vocatur -a, eo quod oculi eius non apparent in capite suo (8,142 a. -a . . . faciens tria genera *egs.* spirit. 2,1,3 p. 245^A,2). 6,111 p. 488,32 filii eius (*feminae canis*) non aperiuunt oculos, sed quasi -i (p. 574^A,23 τρωλά)

stant XII diebus. **b latius de rebus i. q. clausus - geschlossen:** **α anat.:** PS. GALEN. anat. 14 p. 191^A quorum (*intestinorum*) . . . est . . . quartum -um sive orbum aut monoculum. GLOSS. Roger. I A 3,20 p. 693,11 item quedam *haemorrhoides* sunt fluentes, quedam non, que dicuntur cece, surde, a quibus nihil effluit. ALBERT. M. summ. creat. II 23,1 p. 229^b,14 foramen -um. animal. 4,78 in quibusdam *modis piscium* sunt *viae odoratas* -ae, extra tantum apparentes. *fort. add.:* ALBERT. M. animal. 1,364 nervus . . . , qui vocatur monoculus et -us, eo quod multum torquetur. **β alch.:** ANON. secret. p. 83 (cod. R) vasa distillationis: . . . -um alembic. PS. ARIST. magist. p. 643^A,12 claude *aquam* in cucurbita magna -a, id est clausa. *al. 2 translate:* **a occaecatus (mente) - verblendet:** **α de hominibus eorumque mente, affectu:** ALDH. virg. II 2226 -o . . . correptus amore. WALAHFR. Blaihtm. 48

o talis, quam -a voluntas! POETA Saxo 3,434 horricos nimium -i labuntur in actus. HROTSV. Pafn. 1,25 -o corde. WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 17 temerantia. THIETM. chron. 6,99 ambicio. *al. de furore bellico:* WIDUK. gest. 1,6 p. 7,9 ira . . . accensi -o marte sine ordine et sine consilio irruunt. ALBERT. AQUENS. hist. 8,16 p. 569^B multitudo ibidem -is Turcorum armis exstincta. **β de bestiis:** WANDALB. mens. 321 -i nec lato metuunt *apri* venabula ferro. HILDEG. phys. 7,9 p. 1320^B

asinus . . . est . . . stultus et fere -us. **b incultus** - *ungebildet*: NADDA Cyriac. I 22,3 studio. HERM. AUGIENS. mus. p. 15,5 modulandi, immo ululandi studio -um cantorum vulgus occupatur. **c stultus** - *unverständlich*: FROUM. carm. 35,4 pectore tu -o stultior es cuculo. RAHEW. apol. 7 curia ceca, probis preponens posteriores.

B usu pass.: **1 a proprie i. q. tenebrosus** - *finster*: WALAHFR. Mamm. 14,17 tenebris -a et caligine pressus. WETT. 829 -a (gloss. R: tenebrosa) silentia noctis. carm. 18,29 sol radios nec luna suos -o invidet orbi. CAND. FULD. Eigil. II 2,26 tiliam . . . mellifluam satagit **apis** -o sub condere tecto. ALBERT. AQUENS. hist. 11,14 p. 669^d ad os -i et subterranei habitaculi. **al. b translate i. q. obscurus** - *unverständlich*: NOTA cod. Luc. (ed. B. Bischoff, Mittelalterl. Stud. I. 1966. p. 75¹⁹) <h>ic liber -us est et nullus potest in eo leg(ere) bene, nisi sit sapiens litteris. **2 absconditus** - *verborgen*: WALAHFR. hort. 28 radices acuminata, -o (gloss. L: in occulto) tecta diu gremio. REGINO chron. a. 887 p. 126,12 in -is foveis equus . . . inepigit. WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 36 -o de tramite. TRANSL. Dion. Ratisb. 25 p. 365^b,33 -is foraminibus crypta adiri poterit. **al. 3 incertus, dubius** - *unsicher, zweifelhaft*: HRABAN. carm. 15,24 luminis experti devia ceca petunt. CAND. FULD. Eigil. I 9 p. 227,1 accusationes -ae. ECBASIS capt. 1058 cur cecos queris honores? **4 privatus (caecitate)** - *(durch Blindheit) beraubt*: ALCUIN. carm. 62,45 nil oculi prosunt, quibus est mens -a videndi. ERMENR. Sval. praef. p. 156,40 ut stolidam mente et penitus a lumine fidei -a eos in deos transtulissent. NADDA Cyriac. I prol. 9,45 ab omni luce veritatis tam cecus.

II subst.: **A masc.**: *qui orbus lumine oculorum est - ein Blinder*: **1 proprie**: ARBEO Emm. 30 ecclesia, ubi innumeri -i recipiunt visum. CAPIT. reg. Franc. 112,14 ut . . . orfanis, -is et claudis tuitiorem . . . inperitiamus. ALTRF. Liutg. 1,25 p. 30,9 oblatum est ei -us vocabulo Bernlef, qui . . . valde diligebatur, eo quod . . . antiquorum actus regumque certamina bene noverat psallendo promere. VITA Heinr. IV. 1 p. 10,22 in cubiculo eius -i, claudi et diversis morbis confecti iacebant. Gloss. Roger. II 632 de ceco . . . qui pro anguilla . . . visum recuperavit. **saepe. de diabolo**: WALAHFR. WETT. 214 o mens orba hominum, quo te deducere -um (gloss. R: diabolium, qui est tenebrosus et cecus) expetis. *in cognomine*: TRAD. Teg. 344^c (c. 1189/1206) Gottfridus Cecus. *al. cf. p. 22, 35. 2 a in imag.*: WANDALB. martyr. invoc. 20 -um de tenebris iam revocet manus. WALTH. SPIR. Christoph. I 9 qui lucem, quam ipse iam remota caecitate videbat, -orum mentibus mutuo inspirare fervebat. **al. b alleg.**: HRABAN. univ. 4,1 p. 75^b -i significant eos, qui non intellexerunt fidem, quam crediderunt. p. 82^A -us sedens secus viam populum demonstrat gentilem. p. 83^A -us a nativitate . . . significat genus humanum . . . tenebris vitiatum. *ibid. al. c per compar.*: FORM. Senon. II add. 4 p. 224,34 errando vadit quasi -us. **d proverb.** (cf. H. Walther, *Lateinische Sprichwörter und Sentenzen des Mittelalters*. I. 1963. p. 253sq.): OTLOH. prov. I 59 (ed. W. C. Korfmacher. 1936) in vanum laborat, qui -um honorat. **al. SALUTARIS POETA** 91sq. (ed. P. Leyser, Hist. poet. et poem. 1721. p. 2061) coeco ductore coecus seducitur: ergo coecos et claudos non imitare duces. **3 translate**: *qui (mente) occaecatus est - ein Verblendeter*: BERTH. RATISB. serm. (SBWien 147/V. p. 5,13) cece, non potest pater filium . . . liberare? **B fem.**: *quae orba lumine oculorum est - eine Blinde*: BEDA hist. eccl. 4,10^{capit.} ut . . . -a lucem receperit. RANGER. Anselm. 7022 quaedam ceca . . . devota tapeto sarcophagi faciem tersit. **C neutr.**: de -o *i. q. secreto - heimlich*: GESTA Frid. imp. A p. 53,11 Obertus . . . de ceco . . . cum . . . quibusdam recesserant.

adv. caece. *occaecata mente - verblindet*: COD. Udalr. 56 p. 122,2 qui hanc in ecclesia Dei heresim sicut ceci duces cece machinantur.

caecutio (ce-, -cio), -ire. *male videre, quasi caecum esse - schlecht sehen, wie blind sein*: **1 proprie**: GODESC. SAXO theol. 21 p. 285,2 quasi . . . , ubi -ciunt aquilae, ibi absque theologo cavanni cernant. **2 in imag.**: GODESC. SAXO gramm. 2 p. 494,4 acies oculorum . . . ut, nedum -at, nihil omnino

cunctetur. HIST. Hirs. 13 p. 261,21 maculis quibusdam tepitudinis . . . cecutire videbatur *abbas*.

adi. caecutiens, -entis. *male videns, quasi caecus - schlecht sehend, wie blind*: **1 proprie**: GEBEH. AUGUST. Udalr. p. 594,27 primo lippientibus, dehinc -bus oculis iam sibi penitus disparuit visus. VISIO Godesc. 63 (Quellens-SchleswHolstGesch. IV. 1875. p. 124) anus cecuciens. **2 in imag.**: WALTH. SPIR. Christoph. II epist. p. 10,18 non -ium oculorum silicernio . . . opus esse videtur. EKKEH. IV. bened. I 30,33 palpebre menti reserantur -i. 57,32 -s titubasti. WOLFHER. Godeh. I praef. p. 168,16 haec . . . interius quamvis ce-s perscrutando. **al.**

caedes(ce-), -is *f. form. abl. sg. -a: l. 35. metr. -dēs: l. 38. I de actione secandi i. q. amputatio - das Abschneiden*: HROTSV. Pel. 343 quos (*viros*) capitis -es monstraverat esse fideles.

II de actione ferendi: **A de actione verberandi**: **1 flagellatio** - *Züchtigung (durch Schläge)*: LEG. Wisig. 6,4,9 ut cedem evadat *eqs*. ALDH. virg. II 1312 flagraque cum crepitu persultant -e cruenta. **al. 2 ictus, vulnus** - *Schlag, Verletzung*: LEG. Burgund. const. I 50,5 si quisquam . . . actorem cede aut vulneribus vexatus occiderit *eqs*. LEG. Wisig. 6,4,1^{capit.} de cedibus ingenui adque servi. 8,1,12 si alius aliquid cedis vel damni fecerit, legaliter satisfaciatur. **al. 3 rixa** - *Schlagerei*: LEG. Wisig. 2,4,10 multotiens inter ingenuos reperitur exorta cedes. *ibid.*: nisi . . . cedem exoriri contigerit. 6,5,4 querendum est, a quo cedes exordium habuerit *eqs*. 6,5,5^{capit.} si homo exorta cede moriatur. *ibid. al.* **B de actione necandi**: **1 proprie**: **a strages, pugna cruenta** - *Blutbad, (blutiger) Kampf, Gemetzel* (cf. GLOSS. IV 135,18 St.-S. cedes slachta. *al.*): **α de re bellica**: ALDH. virg. II 2629 ex hac (*ira*) nascuntur -es cum strage nefanda. WALAHFR. carm. 21,6,1 nullas sontibus intulere -es. EINH. Karol. 7 p. 9, 24 in quibus (*locis*) -es et rapinae et incendia vicissim fieri non cessabant. CHRON. Cas. 14 p. 475,33 tanta in illis -a bachati sunt, ut *eqs*. THIETM. chron. 6,83 in immensa cede Bawariorum. VITA Heinr. IV. 4 p. 19,1 indiscreta cedes fugientis vulgi. METELL. Quir. 51,8 mutua -es. CHART. Carniol. II 205 p. 164,7 dampnorum, que per cedem . . . episcopum . . . recognoscimus recepisse. **saepe. β de martyrio**: WILLIB. Bonif. 8 p. 50,19 felici sanctorum cede corpora cruentavit. WALAHFR. Mamm. 22,26 ab oris -is . . . plenis. **al. b supplicium** - *blutiges Strafgericht*: NOTKER. BALB. gest. 2,11 p. 68, 12 post quam . . . cedem nullo unquam modo compelli potuit, ut quempiam condemnaret ad mortem. **c homicidium** - *Mord*: LEG. Wisig. 8,1,3^{capit.} si ad faciendam cedem turba coadunetur. ALDH. virg. II 1046 maculatum -e cruenta. CONC. Karol. app. 2 p. 818,32 quod hominis -e pollutus sit, sacerdotio fungi non potest. HRABAN. carm. 37,48 victima quod prima fuerat iustissimus Abel fraterna -e. WIDUK. gest. 1,13 p. 22,12 -is illius quasi alienus. **al. 2 meton.**: **a corpus caesi** - *Leiche*: BEDA hist. eccl. 1,7 p. 21,22 honorem referre . . . -i sanctorum. **b cruor** - *Blut*: WALTHARIUS 1278 deque tuis manibus -em perquiro nepotis. SALOM. III. carm. 1,84 alter in alterius moribundi -e volutant. HROTSV. Sap. 1,4 orbis Romanus, qui undique secus christianae -is sorde est infectus.

1. caedo (ce-), cecidi, caesum, -ere. *script. ze-: p. 26,28. form.: perf. act.: c(a)ed(i): p. 25,2.32.48. adde RHYTHM. 15,10,4. al. cess(i): p. 25,69. partic. perf. pass. cess(us):* ALDH. virg. I 2 p. 230,18 *codd.* HRABAN. epist. 15,12 p. 415,27 *cod. v. et p. 26,1.22. depon.: p. 25,43.*

I scicare - *schneiden*: **A proprie**: **1 strictius i. q. truncare, amputare** - *abschneiden, abhauen* (cf. GLOSS. III 410,19 St.-S. cedo ich snide): **a obi. partes corporis**: MIRAC. Genes. Hier. 2 p. 170,42 membratim cesa . . . ossa. WALTHARIUS 939 hunc etiam truncum -sa cervice reliquit. CARM. Cantabr. 15,3^a,8 caput *lepusculi* avulsum cum cute cedo. **al. truncando privare** - *durch Abschlagen berauben*: WIDUK. gest. 3,55 capite -sus est. *ibid. iterum.* **b obi. ligna sim.**: **α gener.**: HUGEB. Wynneb. 7 p. 111,28 Dei famulus . . . arbores cedebat. EIGIL Sturm. 7 sepe -endo ligno in gyro

composuit. WANDALB. mens. 26 fissile lignum -ere. CHRON. Salern. 118 p. 132,1 omnes ramos de arboribus cederunt. *al. cum sensu vindemiandi*: WANDALB. mens. 279 hi ferro mites -unt de palmitis fructus. β *iur.*: TRAD. Frising. 166^a p. 163,3 (a. 793) ut ibidem habeant rectores ecclesiae ipsius potestatem ad cedendum materiam. CAPIT. reg. Franc. 32,3 volumus . . . , ut . . . iudices nostram familiam . . . non materia cedere . . . cogant. DIPL. Ludow. Germ. 103 p. 149,39 ut . . . potestatem habeant materia et ligna cedendi et pasturam animalibus. DIPL. Heinr. III. 317 p. 434,27 secundum abbatisse libitum . . . cedere ligna. *al. adde*: CAPIT. reg. Franc. 22,81 nec in silvis stirpare vel arbores -ere *diebus dominicis*. **2 latius**: **a** *frangere, disseccare - zerschneiden, zerstückeln*: ANTIDOT. Cantabr. p. 164,54 alii membra cesa. DIPL. Otton. I. 402 p. 548,10 ut . . . illi iudicium . . . statim sint dirapti, cesa, divisi atque confracti. **b** *secundo aptare - zuschneiden*: CARM. libr. II A 4,15qq. in primis pennam, quam cedimus arte, probamus, nam scriptura viget, si bene cesa manet; cesa probare meam volui per culmina pennam *egs*. **B translate**: **1 demere - wegnehmen**: WANDALB. hor. 15 -endi hunc morem numeri servabis ubique. **2 metr. et mus. i. q. dividere - ein-, abteilen**: ALDH. ad Acirc. 10 p. 82,17 exameret . . . quot pedibus -itur? BONIF. metr. p. 577,30 -untur . . . pedum membra vel per aequalitatem vel per duplum *egs*. RUD. TRUD. (?) mus. 2,26 p. 94,6 (vs.) quisque modus duplici modulamine -sus.

II ferire - hauen: **A verberare, flagellare - schlagen, geißeln**: **1 obi. anim.**: **a homines**: **α de poena vel cruciati**: LEG. Wisig. 7,5,9 ducentis flagellorum verberibus cesus. 8,1,8 iuxta qualitatem culpe cedantur *servi*. ALDH. virg. I 47 p. 301,14 sudibus crudeliter tenerrima membra -entibus. LEX Baiuv. 6,5 si eum (*servum alienum*) tantum cederit et turnaverit, usque dum eum semivivum relinquit *egs*. BONIF. epist. 73 p. 150,16 flagellatam eam (*adulteram*) mulieres per pagos circumquaque ducunt virgis cedentes. WALAHFR. Wett. 325 dicuntur -i genitalibus artubus *rei*. NOTKER. BALB. gest. 2,12 p. 72,25 Pippinus immanissimus cesus et detonsus. HROTSV. Sap. 5,19 hanc rebellem usque ad interniciem crudis nervis -ite. LAMB. HERSF. annal. a. 1063 p. 87,32 abbas . . . duos ex eis . . . iussit publice virgis cesos et attonos expelli. *saepe*. **c. dat.**: FORM. imp. 31 p. 310,36 nemo . . . Hebreis flagellis cedere praesumat. β *usu vario*: ARBEO Corb. 18 p. 209,22 coepit percussores suos remo -i (-ere) *1 p. corr.*. CAPIT. reg. Franc. 150,18 violentias eos (*legatos*) -endo . . . in ipsis exercere. WANDALB. Goar. 2,18 Isanhardus . . . visitatus ab illo (*s. Goare*) per somnium est et . . . severissime -sus. CHRON. Salern. 43 p. 45,8 quibusdam ex hiis vehementer dorsum cederunt. THIETM. chron. 3,3 diabolus . . . in tantum eam cecidit, ut *egs*. WIPO gest. 16 p. 36,29 se invicem pugnis -ere. *saepe*. **b bestiae**: ALDH. virg. I 2 p. 230,18 flagris -sum *cornipedem*. WALAHFR. Gall. 2,18 p. 326,4 scrofam . . . -ito. HELM. chron. 67 p. 128,11 ut poplites equorum . . . fortiter -rentur. **2 obi. res**: **a pulsare - (an)schlagen**: CARM. Aldh. 3,32 Christi tyronum cassibus -is. HRABAN. carm. 16,43 post petra protulerat virga bis flumina -sa. **b cudendo extenuare - plattschlagen**: MAPPAE CLAVIC. 22 plumbum . . . , quod in ignem missum et cesum eundem colorem reddat. COMPOS. Matr. 64,7 pone in ancudinem et cede *medicamen*. **c triturare - dreschen**: IONAS BOB. Columb. 1,12 ut . . . messem in area virga cedant. **B occidere, necare - niederhauen, töten**: **1 proprie**: **a obi. homines**: **α de re bellica**: BEDA hist. eccl. 3,24 p. 178,12 fugati sunt et -si pagani. POETA Saxo 3,188 ducibus Francorum denique -sis. WIDUK. gest. 2,17 p. 83,1 ex nostris multi vulnerati, aliqui etiam -si. OTTO FRISING. gest. 2,33 p. 142,1 cesi fuerunt ibi vel in Tyberi mersi pene mille. *saepe*. β *de martyrio*: ALDH. virg. II 1835 tyrannus . . . ovans pro Christi virgine -sa. WALAHFR. carm. 21,19,1 -untur gladiis. CARUS Clem. 757 quemque prophetarum non cessit factio frendens? **b obi. bestiae**: **α (cultro) trucidare - schlachten**: WANDALB. mens. 359 sues. **β immolare - opfern**: WALTH. SPIR. Christoph. II 3,196 -sis cum . . . iuvenis. **2 translate i. q. vincere - besiegen**:

RHYTHM. 1,12,1 cesso tartarecola. POETA Saxo 2,120 Saxones iterum -si longueque fugati. REGINO chron. a. 876 p. 112,21 exercitus Caroli graviter -sus terga vertit. OTTO FRISING. gest. 2,35 p. 144,5 -untur Spoletani ac . . . cedere coguntur. **al. remissius**: SALOM. III. carm. 1,59 iure . . . restat, nos ut simul omnia -ant, que male sunt vitii nostris servire coacta. CARM. de Iuda 1,2 (ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. 1959. p. 259) dicta . . . nova succedunt, que prisca poemata cedunt.

10 subst. 1. caedens, -entis m. lignator - Holzfäller: HEIRIC. Germ. I 1,245 -tum tremuere manus.

2. caesus, -i m. qui (pugna) interfectus est - ein (im Kampf) Gefallener: WALAHFR. Mamm. 22,32 -orum membra. WALTHARIUS 1191 -os spoliariet armis. POETA Saxo 5,411 milia cesorum. WIDUK. gest. 1,12 exequias . . . -orum celebrantes. *al.*

3. caesa, -ae f. (de usu francog. et ital. cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 38sq. et C. Battisti - G. Alessio, Dizionario etimologico italiano. II. 1951. p. 932sq.) 1 concaedes - Verhau: ANNAL. regni Franc. a. 776 p. 46,23 Saxonum -as seu, (*1 om. A 1*) firmitates subito introivit Carolus. a. 786 locis palustribus seu et in -is (incessis, in cesis *sim. var. l.*). **2 saepes viva - (Busch-)Zaun, Hecke**: LEO MARS. chron. 1,35 p. 605,17 cesam Constantii . . . perscrutantes. GREG. CAT. chron. I p. 158,24 cuius (*gualdi*) fines . . . reperiuntur: . . . deinde in -am post fagitum. OTTO MOR. hist. p. 46,7 nullo etiam fossato aut cesa nullisque arboribus . . . existentibus. REGISTR. Trident. IV p. 273,10 non debet aliquam zesam nec sepum. p. 278,10 quod debeat . . . cesam porte sue clesure retro trahere. *ibid. al. cf. ?*caesia*.

2. caedo v. cedo.

caeduus (ce-), -a, -um. *qui caedi potest - schlagbar*: CHART. Port. 138 (a. 1254) in silva cedua. CHART. Merseb. 316 p. 249,12 ea ligna, que ab antiquo cedua extiterunt, que holzmarke vulgariter appellantur. 381 virgulta parvula, que cedua fuerint ab antiquo. *Dauser*

caelamen (ce-), -inis n. *opus anaglyphum, sculptura - Relief, Figurenschmuck*: FUND. Schild. 7 p. 1049,4 parietes . . . intrinsecus planati miro ce-e variantur.

caelata v. 1. caelo.

caelator (ce-), -oris m. *toreutes, anaglypharius - Ziselieur, Reliefarbeiter (cf. GLOSS. III 141,35 St.-S. ce-r sculptor irgrabari)*: LIBRI Karol. 3,22 p. 149,29 arte fabrorum, sculptorum, conflatorum, -orum, latomorum *egs*.

***caelatorius** (ce-), -a, -um. *anaglyphus, sculptilis - getrieben, Relief*: LIBRI Karol. 4,9 p. 189,7 *metalla sive ligna* sculptorio vel etiam -o opere . . . imaginibus decorantur (ADREV. Bened. 26 p. 490,39 o. ce-o ex aere deformatae armillae. HUGO FLAV. chron. 2 p. 374,21 auro prominentes imagines o. factas -o. p. 374,23 cyborium . . . o. -o protensis adornatur insigniis). HUGO FLAV. chron. 2 p. 374,31 tabula . . . aurea . . . opere mirifico et arte ce-a facta *egs*.

caelatura (ce-, coe-), -ae f. *script. ze: l. 63*.

I ars caelandi metalla, toreutice - Ziselier-, Relieftechnik, Toreutik: ERKEH. IV. cas. 34 *Tuotilo* erat . . . ce-ae elegans et picturae artifex. LEO MARS. chron. 3,32 p. 723,13 cruces . . . argenteas . . . , quarum imagines -a mirifica prominent.

II de rebus fabrefactis: **A strictius i. q. toreuma, opus anaglyphum, sculptura - Ziselierung, getriebene Arbeit, Relief (darstellung), Reliefschmuck (cf. GLOSS. I 275,13 St.-S. ce-is kibrachum. 446,5 -a irgrabida. III 180,60 sculptura vel ce-a graft. 314,27 ce-a erhevei. IV 169,68 degrafidem ce-am giwelbi. V 5,4 ze-as ergraben. al.)**: **1 de metallis (cf. GODESC. SAXO gramm. 1 p. 358,2 anaglifa -ae argenti)**: WETT. Gall. 19 vasculum unum argenteum ce-is pretiosum. NOTKER. BALB. gest. 1,34 cuspidem manuali ex auro vel argento cum ce-is insignibus. VITA Altm. 29 tabulam egregia -a pretiosam, in qua imago sanctae . . . Mariae Graeco opere formabatur. ANNAL. Pegav. p. 240,48 clipeum . . . coe-is ex auro et argento perfecte decoratum. CHRON. Basil. p. 292,3 tabulam auream ante altare ex ce-a, in qua dicebatur summa veteris testamenti scripta esse. *al. 2 de aliis materiis vel usu incerto*:

PURCH. Witig. praef. p. 263,12 in variis . . . arcuum columnarumque ce-is. HERM. IUD. conv. 2 p. 75,17 (ed. G. Niemeyer. 1963) inter artificiosas ce-arum ac picturarum varietates. HELM. chron. 96 p. 189,2 in exculpendis subtilissimis ce-is. NECROL. II p. 170,43 tres coronas . . . cum picturis et variis ce-is. *al. de ornamentis parietum (cf. l. 14sqg.)*: VITA Steph. reg. I 11 (MGScript. XI p. 234,28; s. XI^{ex.}) -is in chori pariete distinctis. HILDEG. scivias 3,9 p. 680^b dominus quidam urbem marmoream habens . . . plurimis -is muros eius interius caelavit (*cf. p. 681^b* Dominus multiplices -as in cordibus eorum [*prophetarum*] fecit *eqs.*). GESTA Ern. duc. I p. 17,36 castrum . . . ex omnis coloris marmore . . . quod ce-as superlitas habebat omnis generis volucrum. **B latius**: **1 tabulamentum (elegans), laquearia tecti - (kunstvolle) Wand- oder Deckenverkleidung, Tafelung (plerumque de ligno; de lapide: l. 20; cf. l. 6sqg.): RUD. TRUD. gest. 6,2^{med.} partem monasterii . . . caemento plasmavit, calce dealbavit, . . . -a continuavit *eqs.* RUD. TRUD. (?) gest. 9,27 domum reparavi . . . nova tectura simul et nova -a. GESTA Trud. cont. I 13 app. p. 332,42 lapidea deposita ce-a turris. II 4,8^{capit.} trabibus tabulati lignea ce-a ornatis. GESTA Virg. cont. II 10 p. 523,20 tigna, laquearia, tecta et ce-am ecclesie . . . restauravit. *al. 2 pictura - Bildschmuck*: AMALAR. interpr. 78 caelum a ce-a dictum est, id est pictura; eius namque pictura stellarum varietas constat esse. *v. et l. 13.***

caelebrum v. cerebrum.

caelebs (ce-), -ibis. *script.*: -lebem: l. 32. -leps: l. 32sq.36.51. -livem: l. 52. *form. abl. sg.*: -e: *passim*. -i: l. 44. *saepe subst. masc. vel fem.*

1 strictius i. q. coniugii expers, continens, castus - ehelos, unverheiratet, jungfräulich (cf. GLOSS. I 66,4 St.-S. -ps hrainhaft. 66,8 -ebem ainsedalo. 67,4 celeps hagustalt. II 174, 28 -em i. uuripurtigen. IV 5,67 -ps unghihiuuit. 133,55 celeps virgo vel vir sine uxore, witewe. al.): **a de anim.**: ALDH. virg. I 26 p. 260,16 Christi -es. HUGEB. Wynneb. 2 p. 108,11 herus agilis et adhuc celeps. HYMN. Hraban. 5 (2),14,1 te, virgo, -s nupta. DIPL. Arnulfi 66 sanctae Dei aecclesiae -es. ECBASIS capt. 382 ce-is illesam cupientes ducere vitam. TIT. metr. IV 13,1 alme Dei ce-s, Christi dilecte Iohannes. CARM. imag. 23^c,4,6 Lucas migravit ad ardua ce-s. VITA Menel. 1,4 (MGMer. V p. 138,13) se deoverat Domino servitutum ce-em. ARNULF. delic. 768 coniugii sordes exhorret apicula ce-s. *al. v. et l. 69.* **b de rebus**: CARM. Paul. Diac. app. II 55,2,4 virgo puerpera . . . mundum beavit viscere -i. WANDALB. martyr. alloc. 35 quae . . . corporis ignem calcarunt penitus -e vita (HROTSV. Agn. 38. LAMB. HERSF. annal. a. 1074 p. 199,3 nec quisquam . . . ad sacerdocium admittatur, qui non . . . continentiam vitamque ce-em profiteatur. *al.*). **2 latius (accedente ut vid. vi vocum caeles, caelestis, cf. l. 67 sqg. p. 29,30sq.)**: **a pius, sanctus - fromm, heilig**: VITA Barb. 1 sacerdos . . . actionibus celeps miraculisque coruscus. VITA Athan. Neap. praef. celivem et Deo dignum virum (1 p. 439, 41). ERINH. Heimer. 407 ut cognoscatur, vir quam ce-s habeatur. **b caelestis, beatus - himmlisch, selig**: **a de personis**: THEOD. THEOL. Conr. 7 p. 218^b,14 auctum est hoc domicilium -e tali. **β de vita**: VITA Pirmin. I praef. *sancti patres iam -e vita . . . fruuntur in caelis* (EGBERT. fec. rat. 2,14 homo . . . intravit hortum possessor amenus angelica victurus et illa ce-e v.).

***caeleitas** (coe-), -atis f. *natura caeli - Wesensform des Himmels*: ALBERT. M. cael. 1,1,3 p. 10^b,39 si . . . diceretur coelum moveri a forma sua corporali, quae est, ut ita dicam, coe-s *eqs.*

caeles (ce-), -itis. *caelestis - himmlisch*: **1 adi.**: *qui in caelis est - im Himmel (wohnend)*: HERM. AUGIENS. vit. 331 -em sponsum Dominumque Christum. 924 Domino . . . nostro -e. **2 subst. masc.**: *de caelestem vitam agentibus i. q. caelicola - Himmelsbewohner*: ALDH. virg. I 18 p. 247,6 ut . . . terreni caelibes superni -es fieri compellantur. EPIST. Alcuin. app. 2 p. 484,16 christicolis et -bus (celibes *cod.*) polumque efficaci volatu penetrantibus ranicula . . . salutem.

caelestinus (ce-, coe-), -a, -um. *caeruleus - (himmel-, blaß-)blau*: BENVEN. GRAFF. ocul. A p. 19^a,18 Arabici vocant ipsam *putrefactionem oculi* ilmefachach, id est in Latina aqua ce-a (B 4 p. 14,14). B 4 p. 13,4 secunda *species cataractae oculorum* est alba, tamen convertitur in colorem ce-um. GEBER. summ. 1,46 videbis colorem . . . mutari in albidissimum mixto coe-o eidem colore clarissimo et amoeno.

caelestis (ce-, coe-), -e. *form.*: *?acc. sg. -am*: RAMWOLD. hom. praef. (NArch. 10. 1890. p. 390,9). *abl. sg.*: -e: l. 35.52.62. p. 29,13. *adde* BERTHA Adelh. 6 p. 760,35. MARIAN. chron. a. Chr. 1078. *al. ? -ia*: l. 62. *gen. pl. -tum*: p. 29,11. *metr. caē-*: HRABAN. carm. 68,11.

οὐράνιος - himmlisch, Himmel(s)- (cf. GLOSS. I 66,11 St.-S. -is himillih. II 129,28 in -bus in luphtlihen. al.): **I in caelo positus, ad caelum pertinens, e caelo profluens vel descendens - am (im) Himmel (befindlich), zum Himmel gehörrig, vom Himmel (kommend)**: **A spectat ad sphaeram caeli**: **1 proprie**: **a philos., natur., astron.**: GUNZO epist. 15 p. 49,22 oritur . . . inter philosophos de -bus corporibus quæstio, utrum animata sint an inanimata. p. 51,6 -is illa armonię suavitas (*cf. HROTSV. Pafn. 1,10 prima musica dicitur mundana sive -is eqs.*). p. 52,15 -is . . . orbita locum non mutat, quatinus in sese rotatur. GERB. (?) astrolab. 1,1 coe-ium sphaerarum . . . scientiam (2,9 coe-is sphaerae volubilitatem. *al.*). ALBERT. M. veget. 1,182 plantarum quaedam generantur . . . ex ipsorum elementorum commixtione et virtute coe-i *eqs.* animal. 6,2 non . . . habent animalia ingenium impediendi in corporibus suis ce-em effectum. 8,232 calido. 11,83 loqui de substantiis -bus. 20,68 *movens informatum* est duplex, -e videlicet et quod est elementale *eqs.* metaph. 11,2,10 p. 495,38 (ed. B. Geyer. 1964) -is . . . circulus sensum non habet. 11,2,32 p. 524,25 in coniunctione luminum -ium. *al.* **b usu communi**: ALDH. virg. I 20 p. 249,18 -is foci fulmine. ANTIDOT. Augiens. p. 57,26 cum aqua ce-e adunas, facis trociscos (ANTIDOT. Glasg. p. 105,20. *cf. WALTH. SPIR. Christoph. I 19 flamma -i rore perfunditur*). VITA Emm. I 30 cui (*martyri*) -ia elementa famulabantur in terris. WANDALB. creat. mund. 248 solis . . . lumen -is. HROTSV. Mar. 572 lux. TRACT. de aegr. cur. p. 293, 41 arcus ce-is. *al.* **2 meton. i. q. caeruleus, cyaneus - (himmel-, blaß- oder tief-)blau**: ANON. secret. p. 37,23 azur est unius coloris et est lapis coe-is [*v. notam ed.*]. ARNOLD. SAXO fin. 3,80). RYCCARD. chron. a. 1221 p. 96^a,17 ut eorum (*Iudaeorum*) quilibet . . . gestet lineum vestimentum . . . tinctum colore ce-i (FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 95,16 avium . . . quedam sunt . . . ce-is coloris. ALBERT. M. animal. 1,201 colorem ce-em inter albedinem et nigredinem medium. 6,69 *tirsio* est . . . ce-is [*p. 566^b,12 χρυσοῦν*] coloris. 8,76). ALBERT. M. veget. 6,473 lilium coe-e. **B spectat ad sedem Dei, angelorum, beatorum**: **1 strictius**: **a de Deo, angelis, beatis**: CHART. Fuld. B 11 (a. 751) iram Dei -is incurrat. HUGEB. Willib. 1 p. 88,41 -e . . . rege militare. 5 p. 103,5 clavicularii. WETT. Gall. 30 p. 274,33 chorum. HRABAN. epist. 37 p. 473,14 de -bus et terrestribus creaturis. AGIUS vita Hath. 3 coe-em sponsum Christum. HROTSV. Mar. 173 nuntius. WIDUK. gest. 1,34 p. 48,18 apud -em imperatorem. THIETM. chron. 7,14 medico. THANGM. Bernw. 47 militiae. ANSELM. Bis. rhet. 3,6 p. 176,20 pro ce-em patrem! CHART. Bund. 240 civium. GERHOF. Antichr. 1,28 tripartita coe-is hierarchia. ALEX. MIN. apoc. 5,11 p. 84,20 -is et terrestris exercitus. *saepe*. **b de rebus**: **a proprie de loco**: ALDH. virg. II 109 aulae. PIRMIN. scar. 2 de illa -i (-e A, celestia C) sede . . . deiectus est *angelus*. TRAD. Ratisb. 1 premia. CONC. Karol. 12 p. 67,14 in coe-bus regnis (OTTO SANBLAS. chron. 36 p. 53,24 rex . . . amans plus terrenum quam ce-e regnum. *saepe*). WETT. Gall. 25 p. 270,15 hereditatis. HRABAN. carm. 13,42 karta. CAND. FULD. Eilig. II 3,2 vitae. POETA Saxo 5,98 patriae (OTTO FRISING. chron. 7,35 p. 372,24. *al.*). GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p. 398,15 beatitudinis. THANGM. Bernw. 54 p. 781,6 pace. DIPL. Heinr. III. 304 ob . . . ce-e patrocinium beati Petri. MARIAN. chron. praef. p. 448,12 coelum coe-e cum angelis. HERM. IUD. conv. 4 p. 82,19 (ed. G. Niemeyer. 1963) Ierusa-

lem. OTTO FRISING. chron. 8,29 p. 439,26 curia. CHART. Raitenh. 15 transitoriis ce-ia bona comparare. *saepe. remissius*: ALDH. virg. I 28 p. 264,15 Antonius -is aratri stibarius. ARBEO Emm. 2 p. 28,30 praecordiorum arva -i ymbre rigare. CHART. episc. Halb. 189 p. 157,11 ecclesiarum facultas . . . -bus loris munienda. CHART. eccl. Halb. I 2 p. 2,37 commutationem . . . clavibus -bus solidamus. *al. β melon. de rebus Dei propriis vel a Deo vel caelo oriundis (saepe i. q. divinus - göttlich, Gottes-)*: ALDH. virg. I 29 p. 266,4 bibliothecae (*cf. virg. II 1132 sacra volumina . . . -i grammate scripta*). SEDUL. SCOT. carm. 1,1,11 -tum . . . librorum). 35 p. 277,8 -is philosophiae dogma. p. 279,4 nutu (*cf. WILLIB. Bonif. 2 p. 7,27 -e [-i var. l.] inspirante gratia. GODESC. SAXO theol. 22 p. 313,4 charismatis. DIPL. Karoli III. 80 misericordiae. POETA Saxo 4,43 ira. DIPL. Conr. I. 12 Chuonradus -i moderante providentia rex. ORD. coron. imp. 12,8 auxilii. al.*). II 528 -is semine verbi. 1532 mistica -is . . . dona lavacri (*item de sacramentis*: BEDA hist. eccl. 4,24 p. 262,5 viatico). HRABAN. epist. 9 p. 395,8 -em panem et potum vitae. THIETM. chron. 3,19 sacramento. *al.*) LIBER diurn. 83 p. 92,19 divina et ce-ia mandata (*cf. WALAHFR. carm. 1,3 iura*). WILLIB. Bonif. 5 p. 23,22 doctrinae. WANDALB. creat. mund. 276 vigebit -i . . . homo sensu. RIMB. Anscar. 42 p. 77,21 revelationibus. THANGM. Bernw. 1 p. 758,20 lumine. CHART. Raitenh. 80 Dominus . . . viaticum . . . ce-i alluvione multiplicat. CHART. Carinth. V 130 p. 89,14 predia ce-ium secretorum obsequiis deputata. *saepe. 2 latius de rebus caelestium similibus (interdum i. q. sanctus - heilig, e. g. l. 34,38)*: BEDA hist. eccl. 3,2 p. 129,21 Hefenfelth, quod dici potest latine -is campus *egs.* 3,22 p. 173,15 vitae -is institutio (HUGEB. Wynneb. 7 p. 112,40. *al. cf. RIMB. Anscar. 1 p. 19,40 -em quodammodo in terris conversationem habebit*). 4,21 p. 252,20 post multa . . . opera -ia (ALEX. MIN. apoc. 1,16 p. 18,23sq.). ARBEO Emm. 13 Helphindorf, in quam -i sede beatus episcopus . . . animam . . . Deo propinare decreverat. WETT. Gall. 32 melodius -bus resonantibus (*cf. POETA Saxo 4,326 carmina*). WALAHFR. Wett. 575 martyres terris -i laude tenetis. VITA Deic. 26 -bus oneratus muneribus, id est pretiosis martyrum pignoris. *al.*

II *versus caelum intentus, ad caelum spectans - gen Himmel gerichtet, auf den Himmel bezogen*: A *spectat ad sphaeram caeli*: VITAE patr. Iur. 1,3 p. 133,15 cum . . . Romanus praeter -em intuitum nullo . . . frueretur aspectu. FROUM. (?) carm. p. XIII,4 celestem mathesin percurrit . . . astronomia. BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 278,15 de illo suo (*sc. Simonis*) coe-i ascensu. *al.* B *spectat ad sedem Dei, angelorum, beatorum*: I *proprie*: BEDA hist. eccl. 3,19 p. 164,25 in quo (*monasterio*) . . . -bus studiis vacaret. p. 165,4 iter illi -e intercludere. WILLIB. Bonif. 2 p. 11,5 ce-i . . . scrutinio inhesere. 5 p. 23,20 ad incultas -i praedicatione terras. WETT. Gall. 25 p. 270,25 propter -e desiderium. GERH. AUGUST. Udarl. I 9 p. 398,23 -em ad alta sublevationem. *al.* 2 *meton. spectat ad Deum ipsum*: ALDH. virg. I 4 p. 232,16 post -e colloquium Moysis. BEDA hist. eccl. 3,24 p. 178,27 militiam (HUGEB. Willib. 3 p. 90,10. *al.*). CONC. Karol. 39^A,131 p. 408,26 -e . . . officium persolvere (39^A,132). 50^B,50 p. 643,37 laudibus -bus . . . vacare (DIPL. Zwent. 16). *al.*

subst. plur.: 1 *masc. i. q. caelicolae - die Himmlichen*: a *sensu pagano de diis*: RUD. FULD. Alex. 2 ex magnitudine et dignitate -ium ([*ex Tac. Germ. 9,2. inde ADAM gest. 1,7*]). b *sensu christiano de angelis*: NOTKER. BALB. gest. 1,22 p. 30,23 ad contrectanda -bus (ce-ia var. l.) metuenda ministeria. HROTSV. Agn. 72 illum (*Christum*), qui . . . es et mortales supereminet omnes. 2 *neutr.*: a *de sphaera caeli*: α *corpora caeli - Himmelskörper*: ALBERT. M. animal. 3,59 anima . . . operatur ex corde; huic . . . simile est in -bus, quoniam in caelo omne . . . calor formans est in sole *egs.* metaph. 11,3,1 p. 534,59 (ed. B. Geyer. 1964) caelum . . . et -ia materiam habent. p. 534,73 -ia omnia ab invicem specie et genere esse diversa. p. 534,79 -ium . . . unus est motus, qui est circulatio. *al.* β *vires, effectus caeli - Einflüsse, Einwirkungen des Himmels, der Gestirne*: ALBERT.

M. animal. 6,2 homo ce-ia praevidens . . . disponit corpora in contrarium. *ibid.*: frigore hyemis ex ce-bus causato. b *de sede Dei, angelorum, beatorum*: α *strictius ea quae in caelo sunt, bona superna, gaudia caeli - das Himmlische, Überirdische, himmlische Güter oder Freuden*: CHART. Rhen. med. I 8 (a. 720) terrena pro ce-bus . . . offerre (TRAD. Frising. 40 tradiderunt t., ut possiderent -ia. *al.*). WILLIB. Bonif. 1 p. 5,9 cum eis (*clericis*) de -bus loquendo tractare. LIUTG. Greg. 15 p. 79,4 pro . . . mentis suae excitatione ad -ia psalmos cantare. HRABAN. carm. 13,37 ille ima suadet, at tu -ia semper. THANGM. Bernw. 51 p. 779,48 quo . . . precio possem mercari -ia. BERTH. (?) annal. praef. p. 269,9 totus . . . ad coe-ia suspensus. OTLOH. prov. I 84 (ed. W. C. Korfmacher. 1936) incrassata caro gustat -ia raro. *saepe. expressius i. q. caelum - Himmel (inde meton. de caelicolis: l. 19)*: ARBEO Emm. 24 p. 62,12 ut . . . remoto aere in ce-bus penetraret. HUGEB. Wynneb. 13 p. 117,39 nunc est cives in -bus. RHYTHM. 8,3,3 qui regnat in -ia, vagit infans in praesepe. AGIUS epic. Hath. 183 nec vos flere decet, de qua -ia gaudet. ALEX. MIN. apoc. 10,1 p. 166,6 contemplationis penna se . . . ad -ia sublevare. *al.* β *latius i. q. carmina caelica - himmlische Weisen*: HUGEB. Wynneb. 13 p. 117,1 -ia modulantes portabant eum ad sepulchrum.

**caelestris* (ce-), -e. (*ital. vet. celestre, cf. S. Battaglia, Grande Dizionario della lingua italiana. II. 1962. p. 949*) *caeruleus - blau*: ACTA imp. Winkelm. I 670 (a. 1241) cappa una ce-is de olobrio.

caelia (ce-, coe-), -ae f. *cervisia (hordeacea vel triticea) - (Gersten- oder Weizen-)Bier (cf. Gloss. III 156,6 St.-S. celia gruzzinc. IV 45,53 celia pier; de re v. Heyne, Hausalt. II. p. 342sq.)*: ALCUIN. epist. 8 p. 33,29 celia acerba furit in ventriculis nostris. FORMA mon. Sangall. p. 13^A domus conficiendae celiae. p. 15^A hic coletur celia. HERIG. Ursm. 1,740 prebebat . . . latex illi vel celia potum. ЕККЕН. IV. bened. II 255 fortis ab invicta cruce coelia (gloss.: i. e. ordeacea cervisa) sit benedicta (*v. notam ed.*). ALPHITA I p. 283,18 celia, id est cervisia a calefaciendo dicta (ALPHITA II p. 37,9).

caelibatus (ce-, coe-), -us m. *metr. -li: l. 44.*

I *strictius i. q. status vel vita coniugii expers, virginitas - Ehelosigkeit, ehelosiges Leben, Jungfräulichkeit*: a *proprie (cf. Gloss. II 193,57 St.-S. ce-us furipuriti. 207,46 -us magitheite)*: ALDH. virg. I 19 p. 249,3 quae (*virginitas*) . . . spontaneo -us affectu pudica perseverat. ABBO SANGERM. bell. 3,84 antropus . . . agamus -um (gloss.: castitatem) colat. PASS. Ursulae 1 *rex* ducens uxorem propellere ce-um aecclesiastico more instituit. THEOD. AMORB. Mart. 4 apostolici ordinis -um ferens. PAUL. BERNR. Greg. 91 p. 528,7 *filium* in coe-u occisum. OTTO FRISING. chron. 7,35 p. 370,19 de ce-u ipsorum (*monachorum*). ALBERT. M. incarn. 9 p. 179,59 virginum benedictio plurimum habet honoris in -u castitatis. *al.* b *in imag. de defectu praebendae*: EPIST. Worm. I 21 p. 42,4 qua . . . ratione acephalicum illud vel . . . ce-um pelleres (*cf. 20 p. 38,3 coniugis, prebendae dico, me conubiis adiungere*). 2 *latius*: a *defectus prolis, sterilitas - Kinderlosigkeit*: NORB. IBURG. Benn. 1 p. 872,31 cum *parentes eius* . . . sine prole mansissent . . . seque votis adhuc frustrari diutius coe-u quererentur ingrato. b *vita caelestium similis, angelica - heiligmäßiges, engelgleiches Leben (cf. p. 27,49sq.)*: VITA Deic. 28 postquam . . . vir venerandus . . . -um finivit in terris, . . . in coelestibus est collocatus mansionibus.

caelicola (ce-, cul-), -ae m. *vel raro *caelicolus, -i m.*

I *subst.*: a *de angelis et beatis i. q. incola caeli, caeles - Himmelsbewohner, Himmlischer (plerumque plur.; sing.: l. 64,66)*: ALDH. virg. I 40 p. 292,21 -a ab astris destinatus. II 2743 -as . . . superbos. HUGEB. Wynneb. 13 p. 117,40 nunc est cum sanctis ce-us. RHYTHM. 81,29,5 ibi letantur cum Christo -ule. ERMOLD. Ludow. 2,411 vos, -ae, quorum nunc corpora Roma servat. WALAHFR. Wett. 695 -as (gloss. RO: angelos) hominum custodes esse. HROTSV. Ioh. 13 *agno* -ae laudem proni cecinerunt. EPIST. Teg. I 5 -e tantum ardent eos (*grandaeuos silicernos*) *egs.* 117^{ut}. gaudia -arum. ЕККЕН. IV. bened. I 37,55 -um . . . chorus. *al.* b *de monachis i. q. vir* [Payr]

Dei, pius, sanctus - Gottesmann, Gottesfürchtiger, Heiliger : IONAS BOB. Columb. 2,25 p. 291,9 unus ex ce-is ad eum accessit (*antea*: fratrum caterva). ERMENR. Sval. 1 beatissimus -a . . . Solus. 4 huic . . . -ae loco. VITA Galli II 378 -am Gallum. VITA Landel. 359 ce-um . . . turba piorum. BRUNO QUERF. frat. 10 p. 726,34 ille -a Benedictus. 2 *adi.*: a caelestis, angelicus - himmlisch, Himmels-, Engel-. RHYTHM. 81,47,4 ovantes mire cum Deo -uli adorant chori victorem angelici. CARM. var. I 26,3,62 civibus. TIT. metr. III 3,12 coetibus. HROTSV. asc. 85 ad te -as . . . mitto catervas. *al.* b *pius, sanctus* - gottesfürchtig, heilig: BRUNO QUERF. Adalb. A 14^{ex}. ad summa tendentibus coe-is viris (25^{med}. -am virum).

caelicus (ce-, coe-), -a, -um.

caelestis - himmlisch, Himmel(s)-: I *in caelo positus, e caelo descendens* - am (im) Himmel (befindlich), vom Himmel (kommend): A *spectat ad sphaeram caeli*: 1 *proprie*: GODESC. SAXO carm. I app. 2,3,2 creando -a regna, sidera clara. 2 *meton. i. q. caeruleus* - blau: ELIS. SCHON. vis. 3,2 p. 57,45 petre superliminares in portis ce-o splendent colore. B *spectat ad sedem Dei, angelorum, beatorum*: 1 *strictius*: a *de angelis, beatis*: CARM. de Aquil. 3,1 (MGPoet. II p. 151) cives. HUGBALD. Leb. 14 p. 364,6 agmina. CARM. imag. 22^a, 1,4 celi Domino, cui servit -us ordo. *al.* b *de rebus*: a *proprie de loco*: HINCM. carm. 2,25 regna (ANNAL. Altah. a. 1083 p. 22,35 -a [coel-*cod.*] r. petivit. *al.*). EKKEH. IV. bened. I 3,43 loca. Ps. MARB. RED. lap. 16,2 rex civitatis -ae (coe-V). b *meton. de rebus Dei propriis vel a Deo vel caelo oriundis* (*saepe i. q. divinus* - göttlich, Gottes-): MILO carm. 1,6,1,182 -a . . . Domini . . . gratia (EPIST. Teg. I 13. cf. FROUM. epist. 6 nutu. DIPL. Heindr. II. 23 clementia. *al.*). STEPH. LEOD. vita Lamb. 9 (MGMer. VI p. 392,1) exanimis artus nec liquit -a virtus. CARM. imag. 21,7,2 (*de Luca*) cum -a dogmata ructas. 21,9,4,1 propago -a. VITA Maxim. Trev. II 18 ordo. ELIS. SCHON. vis. 1,79 p. 39,2 lumen. HEINR. LETT. chron. prol. 9sq. dona. AEG. AUR. gest. 3,17 p. 93,40 vox. CHART. Pomm. B 884 p. 211,26 inspiratione. *al.* 2 *latius de rebus caelestium similibus i. q. sanctus* - heilig: ALEX. MIN. apoc. 16,3 p. 329,7 (add. C) mores -os et fidem catholicam praedicando.

II *ad caelum intentus* - auf den Himmel gerichtet: CARM. imag. 21,3^d,3 spes.

*adv. ?*caelice. divinitus* - durch göttliche Fügung: MIRAC. Nicol. Brunw. 7^{ex}. Nicholai nominis etimologia, qua ce-e sonat, firmavit populi victoriam eqs.

caelidonia v. chelidonia.

caelifer, -era, -erum. *caelestis* - am Himmel (befindlich): CARM. libr. III 7,8 sidera.

caeliffuus, -a, -um. *e caelo defluens, divinus* - vom Himmel strömend, göttlich: PAULIN. AQUIL. carm. 7,6,3 beatus Symeon -o sanctoque plenus . . . spiramine.

caeligena (ce-, coe-), -ae m. (f.: l. 62) 1 *subst.*: *angelus, caeles* - Engel, Himmelsbewohner (*interdum fort. tam de angelis quam de beatis; de beato: l. 60*): IOH. SCOT. carm. 2,1,3 -um regis. THEOD. AMORB. Mart. 26 *Christus* eum . . . in perpetui paradisi deliciis cum -is collocavit. AMADEUS LAUS. hom. 2,25 (ed. I. Deshusses. 1960) *Maria* supra -as omnes collocatur. TRANSL. Conr. Const. 9 p. 445^a,23 cuius commanentiae omnes . . . coe-ae congratulantur. EKKEB. SCHON. opusc. 11^A p. 323,29 ave prepotens celorum ce-a (*sc. Iohannes Baptista*). 2 *adi.*: *e caelo oriundus* - himmelentsprossen: WALTHARIUS 867 -as animas Erebi fornace retradunt.

***caelismachia** (coe-), -ae f. (cf. gigantomachia sim.) *rebellio adversus caelum parata* - Auflehnung gegen den Himmel: GERHOH. Antichr. 2,30 p. 251,7 haeretici . . . coe-am contra Deum conceptam opere compleverunt.

***caelinus** (the-, ceretnus), -a, -um. *caeruleus* - (himmel)blau: GLOSS. med. p. 96,2 lilium agreste vellilium -um (DYNAMID. Hippocr. 2,22 l. agri vel l. ceretnum. cf. p. 28,49). IOH. DIAC. cen. 2,64 Enoch accipit thelinam (te- T, caelinam Ps. Cypr.) vestem, Pharaon maritimam.

***caelipeta**, -ae adi. *c. respectu aquilae symboli i. q. volatu caelum petens* - zum Himmel emporfliegend: NOTKER. BALB. notat. p. 68,19 Iohannem -am nubivolos Augustinus paribus est alis insecutus (cf. SALOM. III. carm. 1,271 -a . . . apostolus).

caelipotens (ce-), -entis. 1 *adi.*: *qui magnus est in caelo, altipotens* - im Himmel mächtig, im Himmel herrschend: TIT. metr. III 3,1 ce-s tuba hic baptista Iohannes adesto. CARM. var. III 19,5 -s Dominus. 2 *subst. masc.*: 10 *rex caelestis* - Herr des Himmels: AMARC. serm. 4,24 timoratis famulemur ce-i cordibus.

caelitus (ce-, coe-) *adv.* 1 *de caelo, a caelo* - vom Himmel (her): a *spectat ad sphaeram caeli* (*interdum accedente sensu sedis Dei, e. g. l. 16*): ALDH. epist. 9 p. 501,13 calescente -s caumate. EINH. Karol. 32 p. 36,19 delapsam -s . . . facem. WALTH. Christoph. I 17 -s huiusmodi fertur descendisse responsum: 'eqs.' THIETM. chron. 3,5 magna nix effunditur -s. *al.* b *spectat ad sedem Dei, angelorum, beatorum* (*saepe i. q. a Deo, divinitus* - von Gott, durch göttliche Fügung, e. g. l. 23.27sq.31): a *strictius*: LULL. epist. 98 p. 218,13 lympha . . . superni laticis . . . -s inrigate . . . virgini. HRABAN. carm. 39,56,3 missa virtus -s operatur divinitus. RIMB. Anscar. 25 p. 54,25 hoc -s sibi iniunctum credebat. ANNAL. Fuld. II a. 876 p. 89,5 in hoc certamine contra Karolum . . . -s (ce- 2.3c) dimicatum est. DIPL. Arnulfi 10 p. 18,22 casas Dei . . . sanctorum patrociniis ce-s prefulgentes. DIPL. Zwent. 14 regnum nobis -s commissum. ADAM gest. praef. p. 1,1 electo ce-s archiepiscopo. 1,14 p. 19,19 extincto ce-s Gotafrido. *saepe. c. subst. vel adi.*: ALDH. epist. 5 p.

491,18 gratuita -s munificentia. DIPL. Karoli III. 16 p. 25,19 ob . . . regni . . . ce-s stabilitatem. HROTSV. Gong. 76 tutus divino -s auxilio. *al.* b *latius i. q. Deo auxiliante* - in der Kraft Gottes: VULF. Marc. 11,9 Marcellus . . . ingens hostiles coe-s exsuperare dolos. AMARC. serm. 1,80 Flegentoteos evadere -s ignes. 2 *in caelum, versus caelum* - in den Himmel, himmelwärts: HYMN. Hraban. 22,2,4 sancti mundum sprevere . . . teque secuti sunt, rex Christe bone, -s. VITA Cunib. B 14 coe-s ad Dominum migravit. 3 *in caelo* - im Himmel: HROTSV. Mar. 311 *Christo* laus sit -s. asc. 149 rex pie, . . . fac divinis persistere -s odis hanc, quae laudando cecinit tua facta.

***caellum** (ce-), -i n. (cf. 2. caelum, caelio) *scalprum* - Grabstichel: EKKEB. SCHON. opusc. 7 p. 312,31 concupiscibiles formas celiis ac penicillis curiose laboratas.

1. **caelo** (ce-), -avi, -atum, -are. *script. ze.: l. 52.*

1 *strictius i. q. scalpere, insculpere, arte anaglypha effingere, anaglyphis ornare* - ziselieren, in Metall treiben, mit Reliefs schmücken (cf. GLOSS. I 66,16 St.-S. -tam pihecuuuan. 67,16 celatam kastemphit. 458,27 celatas bases kprahta fuazzi. 464, 15 celare argrapan. 802,26 celata arhapani. II 708,29 celatam geoulana. *al.*): a *de metallis*: AETHICUS ISTER 81 p. 62,21 nummos aureos toracem -tos (ze- L). HRABAN. univ. 22,3 p. 597^p vasa . . . -ta sive anaglypha significant sanctos variarum virtutum insigniis . . . decoratos. VITA Bard. 10 p. 327,28 sumpta ferula et ferro mire -to, in quo mensales oblatas coquebantur. SIGEB. GEMBL. gest. 41 tabulam argenteam ante altare . . . anaglyfo opere non indecore celatam. LEO MARS. chron. 3,32 p. 723,6 iconam rotundam . . . -to argento ac deaurato vestitam. *al. c. obi. rei effectae*: LIBER hist. Franc. 23 p. 279,24 capsas evangeliorum ex auro purissimo gemmario opere celatas. EKKEH. IV. cas. 40 usque dum thronum Dei in brathea altaris aurea -ret. 45 Tuotilo . . . cum apud Metensium urbem -turus satageret, peregrini . . . Mariae imaginem -anti astiterant. *ibid.*: in brathea . . . aurea . . . postea -ti sunt apices eqs. RUD. TRUD. gest. 6,7 p. 257,10 imaginolias argenteas fusili opere -tas. b *de alia materia*: FOLCUIN. Bert. 117 *tabulae* celatae erant barbulis crassi piscis. PAUL. BERNR. Greg. 68 p. 511,36 gallina ovum mirifico -tum opere peperit eqs. 2 *latius i. q. laquearibus vestire vel tegere* - täfeln, mit einer getäfelten Decke versehen: GESTA Trud. cont. II 4,7 cancellum non lapideo, ut ante, sed ligneo opere decenter celavit. 4,8 totam . . . ecclesiae navim a can-

cello usque ad arcum inferiorem celavit. 4,10 *dormitorium* propter lapidum nativam intemperantiam . . . celatum est. 4, 12.

subst. caelata, -orum *n.* *laquearia tecti - Deckentäfelung*. REIN. LEOD. fulm. (MGScript. XX p. 612,37) *cortinae* ante crucifixum in medio aecclesiae . . . pendebant pene ce-is sursum, terrae deorsum attiguae.

2. *caelo v. celo.*

1. *caelum* (ce-, coe-), -i *n.*, *pl. caeli*, -orum *m.* *script.*: ze-: p. 35,5. *form. nom. sg. -us*: ARBEO Emm. 34 *cod. A* 1. GLOSS. III 4,21 St.-S. *metr. cē-*: EPITAPH. var. II 125,10. *de genere*: ERCHANB. FRISING. (?) gramm. p. 74,16 '-um', quod est neutrum, facit '-i', quod est masculinum. *de origine*: EXPOS. miss. 60 -um a celando dicitur *egs.* HONOR. AUGUST. imag. 1,84 coelum dicitur quasi casa ilios, id est domus solis, quasi vas coelatum, quia est stellis insignitum. *v. et p.* 27,23. οὐρανός - *Himmel* (cf. GLOSS. III 14,9 St.-S. -um himil. 204,17 coelum himel. *al.*): I *de sphaera caelesti, quae terram circumplectitur*: A *proprie*: I *philos., natur., astron.*: a *in univ.* (cf. ALBERT. M. metaph. 11,2,28 p. 518, 18 [ed. B. Geyer. 1964] quia . . . unum sit -um [p. 1074^a, 31 εἷς οὐρανός] totum, manifestum est): ALBERT. M. summ. creat. I 3,7,2 p. 399^a, 37 si . . . coelum est opus naturae, est per generationem. p. 401^a, 25 philosophi dicentes coelum esse perpetuum vel aeternum *egs.* 3,7,3 p. 404^b, 5 coelum est compositum ex materia et forma. 3,8,1 de dextro et sinistro coeli. 3,9 p. 415^b, 13 coelum est rotundum tribus de causis. 3,16,1 p. 438^a, 30 ponemus in coelo triplicem motorem, scilicet Deum *egs.* p. 438^b, 11 secundus motor est forma coniuncta coelo non divisibilis divisione coeli (cf. p. 438^b, 24). *caus. univ.* 2,1,3 p. 438^b, 44 coelum . . . est substantia corporea existens in potentia ad ubi solum, ingenerabile et incorruptibile secundum naturam. metaph. 1,3,4 p. 34,38 (ed. B. Geyer. 1960. 1964) *Homerus et Hesiodus* posuerunt totum -um et stellas esse deos. 11,3,2 p. 535,41 qualiter motus -i actus est -i, in quo perfecte salvatur esse eius *egs.* 11,3,5 p. 539,44 videtur -um non esse corpus animatum. Iob 9,9 p. 134,1 (ed. M. Weiß. 1904) -um generationis principium est. 14,12 -um potest atteri dupliciter: in substantia, et sic -um non atteretur, et in officio *egs. ibid. saepe*. b *de partibus sphaerae caelestis, orbibus sim.* (cf. ALBERT. M. metaph. 11,2,28 p. 518,15 [ed. B. Geyer. 1964] qualiter -um sit unum et multa): ALDH. ad Acirc. 3 p. 72,4 corporea visibilis mundi factura septenis -orum orbibus . . . cingitur. MARIAN. chron. praef. p. 448,22 secundo . . . die . . . septem . . . coelos condidit: aer, aether, olympus, spacium igneum, firmamentum, olympus angelorum et coelum trinitatis (cf. ALBERT. M. summ. creat. I 3,14 p. 430^a, 5 quaeritur de coelis, quos enumerat Rabanus [*spectare vid. ad Gloss. ord. in deut. 10,13*]. p. 430^a, 10 videtur, quod sua enumeratio sit diminuta, cum taceat omnes coelos planetarum). ALBERT. M. summ. creat. I 3,11,1 p. 421^a, 22 coelum empyreum est corpus nobilissimum inter omnia corpora simplicia. 3,12,1 p. 425^b, 22 coelum aqueum erit in sublimi *egs.* p. 425^b, 41 sancti considerantes coeli huiusmodi . . . perspicuitatem . . . vocaverunt ipsum crystallinum. 3,16,2 p. 443^a, 41 confitemur coelos non habere animas nec esse animalia. metaph. 11,1,13 p. 478,75 (ed. B. Geyer. 1964) movens primum . . . est -um primum. 11,2,20 p. 507,79 digressio declarans . . . exitum -orum in esse ab intelligentia et causa prima. 11,2,24 p. 514,39 virtus . . . motoris fortior est in -o immediato sibi quam in eo, quod iungitur ei per medium. p. 514,42 in -o . . . secundo, quod est Saturni (cf. p. 514,49 Iovis. p. 514,51 Martis). 11,2,26 p. 516,21 quare primi duo -i nullam . . . habent stellam, tertium autem habet multas *egs.* 11,2,32 p. 524,18sq. -um ambit -um *egs.* p. 524,47 cum inferioris -i intelligentia cum suo -o contineatur a superiori. Iob 38,37 (ed. M. Weiß. 1904) harmoniam -orum et motum caelestium. *al.* 2 *usu communi*: a *in univ.* (*interdum fere i. q. universum - All, e. g. l. 69,72*): ALDH. virg. II 43 natura Dei, -i praeclara creatrix. HUGEB. Wil-lib. 1 p. 88,26 Deus, mundi fabricator, -i terre quelimator (HRA-BAN. carm. 6,19 solum terrae -ique volubile cyclus. *al.*). HRA-BAN. carm. 24,15 conditor omnipotens -i mundique redemp-

tor. CAND. FULD. Eigil. II 17,61 -i magna tellusque replentur doxa perpetuae maiestatis. WANDALB. creat. mund. 49 -i . . . proxima terris pars. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,72 ignem -i subductum fraude Promethei. CARM. Cantabr. app. 2,21,3 celi vias. BRUNO MAGD. bell. 107 prius coelum stare vel terram crediderant coeli modo moveri, quam *egs.* ALEX. MIN. apoc. 13,5 p. 275,26 in -o manufacto. *al.* sub -o *sim. c. sensu totius ambitus terrae*: ALDH. ad Acirc. 111,8 ego (*sc. creatura*) complector sub -i cardine cuncta. AETHICUS ISTER 39 ultra universas gentes, quae sub -o sunt. FROUM. carm. 35,7 quid tibi consimile est rerum subtus, rogo, celum? *al.* b *de inferiore parte sphaerae convexa, polo, aere* (cf. AETHICUS ISTER 17 -um pro aere et interdum aerem pro -o posuerunt *egs.*): a *strictius*: CARM. Aldh. 1,16 sub aetherea convexi celi camera. ARBEO Corb. 4 p. 193,12 -i flabra. PAUL. DIAC. Lang. 1,5 p. 50,15 solstitio aestivali respiciente sole de medio -i *egs.* EINH. Karol. 32 p. 37,3 tacta . . . de -o . . . basilica (cf. WIDUK. gest. 1,34 p. 47,19 fulmine -i). WALAHFR. Mamm. 20,9 carcere postquam processit . . . -ique nitore potita est. ANNAL. Xant. a. 839 acies apparuerunt . . . in -o . . . totum -i ambitum circumducentes. RIMB. Anscar. 19 p. 40,32 descendens immensa de -o pluvia. ECBASIS capt. 796 qui faciem celi depingit sidere pluri. WIDUK. gest. 1,13 laetus -i circulus. WIPO gest. 36 p. 56,17 de magna serenitate coeli subito fulmina . . . eruperunt. HONOR. AUGUST. imag. 1,84 coelum si vespere rubet, serenum diem . . . significat. ALBERT. M. resurr. 64 p. 275,66 in coloribus apparentibus in -o sicut iridis. *saepe*. ad (in) -um *sim. c. sensu directionis (accedente plerumque sensu sedis Dei)*: ARBEO Corb. 17 episcopus ad -um vultum vertens *egs.* (cf. RIMB. Anscar. 41 p. 76,36 oculis in -um intentis . . . spiritum exhalavit. *al.*). CONC. Karol. 16,6 manus dexteram utrique ad -um (*antea*: ad iustum iudicium Dei) extendant (cf. WIDUK. gest. 1,26 dextris in -um levatis. *al.* OTTO FRISING. gest. 2,25 p. 131,10 manus ad -os tendentes). WETT. Gall. 30 p. 274,23 gemitus . . . ad -um usque levabatur. *al.* β *latius i. q. qualitas aeris - Witterung, Klima*: OTTO FRISING. gest. 2,13 p. 114,27 *Italia* soli dulcedine -ique temperie . . . ferax. 2,17 p. 119,30 inclementiae. 2,33 p. 142,4 intemperie. 2,34 p. 143,7 corruptione. *remissius*: BERTH. ZWIF. chron. 2 p. 146,3 LXIV vini vascula . . . implevimus, ita tunc melliflui facti sunt coeli (cf. *Ps. Aug. serm. 121,3*). B 1 *alleg.* (cf. p. 35,28sq.). HRABAN. univ. 9,3 p. 263^b coeli nomine prophetae et apostoli et sancti viri exprimuntur. p. 264^c in coeli nomine sacra scriptura designatur. GERHON. Antichr. 1,28 per celos racionales, videlicet episcopos et sanctos Dei. ALBERT. M. resurr. 79 p. 286,68sq. dicuntur ibi (*Vulg. Eph. 4,10*) 'omnes -i' modi contemplationis angelorum. summ. creat. I 4,7,3,1 p. 748^a, 24 coelum . . . secundum quosdam sanctos ponitur pro angelica natura et secundum quosdam pro tota quinta essentia et secundum alios pro coelo empyreo. Is. 44,24 p. 455,42 -i dicuntur -orum periodi, quibus cuiuslibet vita mensuratur. *al.* 2 *per compar.*: ALDH. virg. I 53 p. 310, 12 si ecclesia virginibus redundet, sicut -um sideribus resplendet. *al.* 3 *in imag.*: WALAHFR. Blaithm. 3 scelerorum mores et facta tulerunt laudibus in -um (BERTH. [?] annal. a. 1077 p. 294,11 Heinricum . . . l. . . inmanissimis super coelos exaltatum). RUORG. Brun. 16 innocenciam eius in -um ferre. *al.* 4 *proverb.*: FROUM. carm. 35,15 celsum numquid vis scandere -um? 5 *hyperbolice de altitudine*: EINH. Karol. 6 p. 9,3 eminentes in -um scopuli. POETA Saxo 1,282 Alpinarum nivium iuga proxima -o. METELL. Quir. 20,13 (ed. P. Chr. Jacobsen. 1965) nunc -os scandens, nunc vallibus infera tangens. *al.* in *pertinentiis chartarum*: CHART. Tirol. 828 (a. 1224) terram . . . cum omnibus rationibus et accionibus illi terre a celo usque ad abyssum . . . pertinentibus (992 p. 47,20. CHART. Tirol. notar. II 43. *ibid.* *[v. ind.]*). 6 *meton. de figura caeli vel astrolabio*: ANON. geom. II p. 226,24 speram celi facturus duas circulum per medium globum. CONR. FAB. Gall. 31^{med.} celum astronomicum aureum gemmis stellatum. *G translate*: 1 *de rebus caeli modo superpendentibus*: a *de tabulato altaris vel ecclesiae*: AGNELL. lib. pont. 86 ecclesiam sancti Martini . . .

[Payr]

quae vocatur C-um Aureum (*sed v. Testi Rasponi ad l.*). ANNAL. Prag. I a. 1257 episcopus Pragensis tabulatam, quod vulgarter dicitur coelum, veteri destructo renovavit. **b de testudine arietis:** MAPPAE CLAVIC. 271 quomodo debeat zelum arietis incendere. *ibid. al.* **c de superiore parte alembici:** ANON. tab. p. 178,20 est generatio huius tincturae a superiori coelo, id est barba, quod est superius alembici. ROSIN. interpr. I p. 296,18 in coelum, id est ad superiorem partem alembici. **2 de re sublimi:** ECBASIS capt. 31 redivit quarum (*Camemarum*) . . . increpat inductum de -is scribere verum.

II de sede Dei, angelorum, beatorum: **A theol.:** **I proprie:** HONOR. AUGUST. eluc. 1,3 in intellectuali coelo substantialiter habitat Deus. *ibid.:* tres coeli dicuntur, unum corporale, quod a nobis videtur, aliud spirituale, eo quod . . . angeli in eo habitare creduntur, tertium intellectuale, in quo trinitas sancta a beatis . . . contemplatur. scal. I 21 (PL 172,1238^c) regnum coelorum non est locus corporalis, sed spiritualis corporali similis. *ibid.:* tertium coelum, in quo est paradisi, in quem raptus est apostolus (*Vulg. II Cor. 12,2*). ALBERT. M. resurr. 78 p. 286,29sq. extra omnes -os non est locus, nisi per transumptionem -um trinitatis dicatur locus, quia trinitas non includitur aliquo loco *eqs.* (summ. creat. I 3,10,2 p. 417^b,19sq. coelum t. est idem Deo secundum rem, differens secundum rationem; est enim coelum t. . . excellentia virtutis eius. 3,10,4 p. 420^b,6 coelum t. est extra coelum empyreum essentia et dignitate *eqs.*). 81 p. 288,66 -um empyreum est locus communis omnium beatorum *eqs. al.* **2 alleg. (cf. p. 34,41sq.):** HRABAN. univ. 9,3 p. 263^c coelum . . . iuxta allegoriam aliquando ipsum Dominum salvatorem significat . . . ; coelum coelorum recte ipse dicitur *eqs.* p. 264^b regnum coelorum praesens ecclesia nominatur; congregatio quippe iustorum regnum coelorum dicitur (ALEX. MIN. apoc. 4,1 p. 50,1. 20,2 p. 411,21 imperator deorsum fluebat a -o, id est ab ecclesia. *ibid. al. [v. ind.]*). ABSAL. serm. 31 p. 182^b primum coelum est dignitas ecclesiasticae puritatis, secundum coelum est subtilitas angelicae conditionis, tertium coelum est maiestas incomprehensibilis divinitatis. ALBERT. M. summ. creat. I 3,14 p. 431^a,1 tres coeli dicuntur ibi tres modi visionis secundum Augustinum [*gen. ad litt. 12,29sq.*]. p. 431^a,6 dicuntur ibi tres coeli tres hierarchiae angelorum). **al.** **B usu communi:** **I proprie de loco:** ALDH. virg. I 12 p. 241,6 beatam -i familiam (*cf. WALAHFR. carm. 25^a,14,1 chorus. HROTSV. Ioh. 20 cives. THANGM. Bernw. 49 militiae. al.*). II 760 -orum regna merentes (HRABAN. carm. 39,16,1 -i regni apice . . . ruerat Lucifer. *al.*). ad Acirc. 43,6 (*de tabula cerata. ut PAUL. DIAC. Lang. 1,8 victoria . . . de -o . . . ministratur. HROTSV. Mar. 599 uberibus castis de -o iure repletis. v. et l. 71sq.*). LIBER diurn. 85 p. 107,6 *Christum* in ultimis temporibus descendisse de -is. ARBEO Emm. 6 Deum -i. EIGIL Sturm. 7 Deum . . . animo ad -um levato orabat. HRABAN. carm. 13,15 vestra valet -um reserare et claudere lingua. 18,47 -um penetrabis. WETT. Gall. 29 p. 273,42 beatam animam -o reddidit. WALAHFR. carm. 20,25 *Christus* ascendit -os. WANDALB. creat. mund. 18 aulam. RIMB. Anscar. 42 p. 77,19 inter -um et terram medius. NOTKER. BALB. gest. 2,6 p. 57,19 per regem -orum. POETA Saxo 5,510 claviger . . . -i. HROTSV. Mar. 517 stelligeri dominatrix inclita -i. Gall. II 5,7 facultates -o praemittamus. WALTH. SPIR. Christoph. I 20 in thesaurario -i . . . recubuit. THIETM. chron. 6 prol. 12 rex regum . . . Henricum de -is respice servum. BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 313,49 super terram damnatus . . . , etiam in coelo perenniter ligatus. ADAM gest. 2,82 p. 141,8 transi ad pascha celorum. CONSUET. Marb. 143 (Spicil. Friburg. X. 1965) Deus, qui renuntiantibus seculo mansionem paras in -o. CHART. episc. Halb. 200 p. 170,24 commutationem clavibus celi confirmamus. OTTO FRISING. gest. 2,25 p. 129,28 principem. *persaepe. de iure divino:* DIPL. Heinr. III. 360 que iure fori obtinemus, hec iure -i ultro reddere destinamus (LAMB. HERSF. annal. a. 1070 p. 114,26). **2 meton.:** **a de Deo, caelicolis (v. et l. 47sq.):** WANDALB. creat. mund. 252 proferre gerendo . . .

-i digna favore. **al.** **b de vita beata:** WALTH. SPIR. Christoph. II prol. 29 sub his humeris -o quandoque frueris. 6,111 mortem . . . petunt -oque fruuntur. *adde:* WALAHFR. carm. 61,20 hausero si -um (*'Himmelsluft'*). **c de natura caelesti:** WANDALB. creat. mund. 163 mens portio -i est. **d de civitate Dei:** POETA Saxo 5,251 quos (*libros*) Augustinus -i de civibus . . . scripsit.

2. caelum (ce-), -i n. *scalprum - Grabstichel.* GLOSS. I 339,4 St.-S. celatura est sculptura eminentior a -o grashisarn vocata, quod est genus ferramenti. II 496,33 sarculum getisan vel celo. IV 199,1 celum heuuesarn.

caelus v. 1. caelum p. 33,10. *Payr*

1. caementarius (ce-), -i m. *script.:* se-: l. 33. sce-: l. 33.64. ze-: l. 47.54. coe-: l. 23.25. cim-: l. 19.21.46. 66.71. com-: l. 19.37sq.70. -mm-: l. 34.38.70. -et-: l. 34. -ter-: l. 25. *metr. -tä-:* HROTSV. prim. 257.

1. calceator (-cia-), -oris m. (*calceus*) *sutor* - *Schuster*: TRAD. Ratisb. 938 (a. 1180) testes delegationis . . . : Reginhard de Niunhusen, Chönrad frater eius, -es (977 Liutold -r cademaer. 1002 Henricus -iator de Isningin. TRAD. Frising. 1573^b. 1585^f. *al.*). CONST. II 427,74 textoribus, -iatoribus,

carnificibus . . . precium condignum inponant. CHART. Neocell. (Frising.) 50 (QuellErörtBayerGesch. N. F. XIX. 1961) Wlschalco -iatori . . . contulimus aream.

2. *calceator, -oris m. (2. calx) *dealbator* - *Tüncher, Anstreicher*: CHART. civ. August. 26 p. 23,22 (a. 1264) aream . . . inter-es, qui vulgariter dicuntur wizemaler, sitam. p. 24,10 testes: . . . Mauricius . . . et Gotschalculus -r.

***calceatrix** (-cia-), -icis f. *uxor sutoris* - *Frau eines Schusters*: CHART. Altom. 7 (OberbayerArch. 20. 1859/61. p. 10,19; a. 1261) lis diu habita . . . pro Iuta . . . -iatrice de Sielenpach.

?***calceatum** (-cia-), -i n. (*a calceare, nisi corruptum e calceamentum*) *calceus* - *Schuh*: CHART. Hans. I 694 p. 244,36 (a. 1271) nullus earum artium, que mechanic dicuntur, . . . ut sunt fullo, sutor -iatorum, pellifex.

Calcedon(ius) v. Chalcedonius.

***calcefurnus** v. *calcifurnus.

1. calceo (-cio), -avi, -atum, -are. *form. con. praes.* -cea(m): l. 30sq.

1 strictius i. q. calceis vestire, calceos induere - *mit Schuhen bekleiden, Schuhe anziehen* (cf. GLOSS. IV 112,45 St.-S.-iat [-eat K], calcem ducit, sūhet): **a act.**: Ps. AVIC. anim. 7,3 p. 414 vesti nudos et -ia -iatos (*an discalciatos leg.?*) ALBERT. M. princ. 7,2 p. 361^b,32 cum praeparantia non sint unum, nisi in quantum sunt . . . -antia . . . tamen quia haec non . . . -ant . . . secundum unam et eandem potentiam . . . eundi *egs.*

refl.: ARDO Bened. 38 p. 216,38 sese . . . -iantes . . . ad ecclesiam . . . redeant. RIMB. Anscar. 35 p. 68,30 quando se -iabat et lavabat (CONSUET. Trev. 6. *al.*). LIBER ordin. Rhenaug. p. 243,28 pulsatur scilla, ut . . . diurnalibus nos -amus.

CONSUET. Marb. 36 (Spicil. Friburg. X. 1965) -ient (-iet, -ant *var. l.*) se calciis, qui ad diem facti sunt. ALBERT. M. animal. 22,136 symiae se -iantes . . . capiuntur. *al.* **b medial.**

EINH. Karol. 24 p. 29,18 cum -iaretur et amiciretur. CONSUET. Trev. 32 surgentes -iati . . . faciunt tres oraciones. LIBER ordin. Rhenaug. p. 104,3 fratres ad lavandum et -iandum exeunt.

p. 153,16 -iatis fratribus agitur nona. *al. v. et l. 71. p. 58,62. 2 latius i. q. vestire, induere* - *anziehen, anlegen*: CHRON. Cas. 25 p. 486,40 iste (*Adepaldus*) primus -iavit osam Particam (*inde* CHRON. Salern. praef. 1 p. 1,8). ORD. coron. imp. 14,49 comes palatii . . . -iet eum (*imperatorem*) ocreas imperiales et calcaria *egs.*

adi. **1. calceans**, -antis. *qui calceis vestit* - *mit Schuhen bekleidend*: v. l. 25.

2. calceatus, -a, -um. *calceis vestitus, calceis indutus* - *mit Schuhen bekleidet, beschuht* (*includitur vestimentum crurium*: l. 53): GODESC. SAXO theol. 1 p. 86,1 spiritus sanctus venit ad nos -iatus (*cf. Vulg. psalm. 59,10*). GERH. AUGUST. Udalt. I 21 p. 407,34 uno pede -iatio et alio adhuc incalcato . . . festinavit. LIBER ordin. Rhenaug. p. 127,21 omnes ad ecclesiam -iati (*dis-D*) veniunt. ALBERT. M. princ. 7,1 p. 360^a,34sq. qui secundum pedem -us est, simpliciter dicitur -us esse. p. 361^a,37 -ior est, qui . . . ex calceis et caligis paratior est. *al. in imag.*: MEGINFR. Emm. 7 (PL 141,977^b) quatenus . . . eum fraus inimica calcaneo -um et cautum offenderet *egs.*

subst.? **1. calceatus**, -i m.: v. l. 23.

? **2. calceatum**, -i n.: v. l. 12.

2. *calceo (-cio, -ltio), -onis m. *tibiale* - *Strumpf, Beinbekleidung*: HARIULF. chron. 3,3 p. 95,14 sandalia cum caltionibus (-ci-A) VI.

***calceola** (-cio-), -ae f. *calceus (parvus) vel tibiale* - (*kleiner*) *Schuh oder Beinbekleidung*: HROTSV. Gong. 228 venerunt pueri . . . portantes cari -iolas domini.

calceolarius (-lzo-), -i m. *sutor* - *Schuster*: CHART. Ital. Ficker 417 p. 430,28 (a. 1251) Pisanus sartor, . . . Gualghierius calzolarius.

calceolus (-cio-), -i m. *calceus (parvus)* - (*kleiner*) *Schuh*: GODESC. SAXO gramm. 2 p. 489,14 fortassis a calce '-iolus'. p. 491,7 a 'calceis' vel 'calciis' potius '-i' vel '-ioli'. VINC. PRAG. annal. a. 1145 p. 661,49 vilibus calceatum -is *episcopum*.

***calceradigum** v. *calceaticum.

***calcerius**, -i m. *calceus* - *Schuh*: GLOSS. III 664,7 St.-S. calceus vel -us scuoh. cf. calcearius.

calces v. calx. **calcetis** v. chalcitis.

calceus (-cius), -i m.

*I de indumento pedis i. q. calceamentum - Schuh (cf. G. Girke, Die Tracht der Germanen. II. 1922. p. 75): A gener. (cf. GLOSS. III 190,4 St.-S. -i [-ii N] scūha. 230,6 -us scūch. 297,58 -us vel caliga scoch. saepe): PAUL. DIAC. Lang. 4,22 -i . . . eis (Langobardis) erant usque ad summum pollicem pene aperti et . . . laqueis . . . retenti. EINH. Karol. 23 -is (gloss.: sandaliis) . . . Romano more formatis induebatur. FROUM. carm. 19,18 -us . . . ruptus. EKKEH. IV. cas. 34 raro . . . pedem clastro promovens duos -os annum habens *Ratpertus*. GERLAC. annal. a. 1184 p. 699,45 carens *homo Dei* . . . nocturnalibus -is, contentus diurnalibus, qui tamen erant sine corrigiis. BURCH. URSB. chron. p. 107,23 -os desuper pedem precidebant *quidam haeretici*. CHART. civ. Ratisb. 69 p. 33,13 qui vetus facerent opus -iorum (p. 33,5 novum . . . o. -iorum). ALBERT. M. eth. 1,2,4 p. 23^b,17sq. sicut forma -i lignea praehabet virtute omnes -os formatos ad ipsam. *al. v. et p. 60,32.53. proverbi.*: EKKEH. IV. cas. 121 si -us . . . dividitur, nemo calciatur. ARIBO FRISING. mus. p. 6,10 iuxta pedem dextrum -um formare sinistrum. *spectat ad bestias*: ALBERT. M. animal. 22,25 duri corii parantur eis (*camelis*) . . . -ii, ut pedes eius minus atterantur. 22,136 -ios multos ponit *venator simiarum*. *B spec.*: *1 iur.*: *a spectat ad exactiorem, tributum, censum*: TRAD. Ratisb. 933 p. 465,4 (a. 1179) inpetebat *ministerialis* . . . duos -os. CONST. II 288 se (*sc. abbatem*) . . . gravari postulando ab eo iure feudali . . . -os hyemales. CHART. Argent. I 231 p. 181,26 in advocatia, de qua . . . duos -os matutinales . . . solebant percipere *militis* (CHART. Sangall. B 573 p. 407,32 duos honestos et bonos -os m. . . abbati . . . transmittere). CHART. Hall. I 224,26 magister sutorum dabit . . . episcopo duos stivales estivales et duos -ios (-eos B) parvos. CHART. Bern. II 481 p. 501,6 sutor habens stallum in foro dabit . . . quatuor paria -orum, nec de melioribus nec de peioribus. CHART. episc. Hild. III 484 p. 229,4 VII iugera -iorum in Embrike (cf. p. 250,3 II sol. pro terra, de qua dantur -i). *al. v. et vol. I. p. 1546,57sqg.* *b spectat ad praebendas, recompensationes*: CHART. archiep. Magd. 199 (c. 1117) duodecim ex . . . pauperibus caligis et -is . . . vestiendis (CHART. Eberb. 77 p. 152,4 cellerarius . . . providebit . . . duodecim p. . . in xxxvi paribus novorum -orum). CHART. Stir. II 201 duos . . . -os filtratos . . . annuatim dari decrevimus (CHART. Raitenh. 303 p. 245,11). CHART. Port. 112 p. 138,20 quatuor -ios accepit, ut . . . omni iuri . . . renunciarent. CHART. Eichsf. 405 nolumus . . . , ut . . . -ii ad aliquos heredes nostros ultiores devolvantur. CHART. Carinth. II 635 p. 83,37 eidem in . . . duobus -is corrigiatis . . . providere. IV 3003. *al. c spectat ad emptionem, venditionem*: DIPL. Heinr. IV. 487 p. 664,17 sutores aliunde venientes non audebunt ibi -os vendere absque licentia thelonearii. CHART. Tirol. notar. I 689 p. 339,30 cerdoni VII libras pro -os *debet*. *d spectat ad ordinem vestitus*: CONST. II 427,71 (a. 1244) nobiliori . . . veste non utantur (*rustici*) et -iis bovinis. *2 eccl. (cf. P. Oppenheim, Das Mönchskleid im christlichen Altertum. 1931. p. 205):* CONSUET. Trev. 44 p. 56,10 quarta feria duos -os lavent diurnales et sabbato quatuor diurnales et nocturnales (GESTA Trud. cont. I 13,7. *al.*). p. 57,10 fratres veteres -os lotos ad capitulum . . . deferant. WILH. HIRS. const. 2,37 p. 1095^b duo paria -orum, unum cum corrigiis ad noctes. LIBER ordin. Rhenaug. p. 151,11 -is ad lectos dimissis. CHART. Bund. 280 p. 209,25 datur . . . ad vestitum . . . pellicium, . . . -i nocturni grandes II. CHART. Laus. 726 p. 588,13 si . . . clericus chori intraverit chorum cum -is rostratis, debet ei cantor . . . rostra incidere (cf. STATUT. ord. Teut. p. 39,2 -os habeant *fratres sine zonis, fibulis et rostris*). *3 medic.*: HILDEG. phys. 7,5 p. 1318^c -ios de pelle eius (*unicorni*) para et eos indue, et semper sanos pedes . . . habebis *eqs.* 7,20 p. 1328^b si . . . de pelle eius (*canis*) -ii fiunt, pedes dolere facit. *v. et p. 77, 60.**

II de parte capitis animalium: *A aculeus - Stachel, Stechrüssel*: ALBERT. M. animal. 1,96 illa (*animalia*) . . . pungunt -o (p. 490^a,20 τὰ χέντρα) sive rostro, quod est in anteriori parte capitum. 4,44 hoc (*membrum additamentale muscae*) quidam vocant -um, et quidam vocant aculeum. *al.* **B proboscis - Rüssel**: ALBERT. M. animal. 2,9 elefas . . . habet -um (p. 497^b,26 μυκτῆρα) longum ante nasum, qui promuscida vocatur.

calchearius v. calcearius. **calchirius** v. chalcitis.

calcia - *sim.* v. calcea-. **calcias** v. caecias.

?**calculium**, -i n. ?*species cepae - ?Zwiebelart*: GLOSS. V 48,8 St.-S. -um cuokar. *v. ThLL. s. v. calculium.*

***calcidium** *subst.* (*orig. inc., nisi cohaeret c. 2. calx*)

?**calcifurnus** - ?*Kalkofen*: TRAD. Petr. (FreibDiocArch. 15. 1882. p. 153,22; a. 1200) curtem . . . cum omnibus appenditiis suis, unum etiam -a in eadem villa.

Calcido *sim.* v. Chalcedonius.

***calcidrium** v. *chalcitarium.

***calcifex**, -icis m. (calceus) *form.*: ?*gen. sg. -i: l. 37. dat. sg. -e: l. 41.*

sutor - Schuster (cf. GLOSS. III 357,12 St.-S. -x sguster):

1 gener.: BERTH. RATISB. serm. (SBWien 147/V. p. 31,29) est recta fides . . . , quam quilibet textor et -x, qui etiam nescit legere fidem, . . . mutat, quando vult? ALBERT. M. animal. 14,34 -em subtelares aut calcios facientem. HUGO TRIMB. sols.

23 p. 54,21 -em cum subula et calopodio. NICOL. BIBER. carm. 1754 (ed. Th. Fischer. 1870) vulgus -um me non reputabit amicum. *al.* **2 iur.**: *a spectat ad condicionem, statum, testimonium sim.*: TRAD. Salisb. I 605 (c. 1147/93) testes: . . . Perholt -x, . . . Walther pellifex (CHART. Stir. I 659. CHART.

Eichsf. 324 Waltherus -x [*an subest nom. propr. ?*]. TRAD. Scheftl. 440. *saepe*). CHART. Carniol. II 32 p. 23,24 Iohannem -em . . . monasterio . . . contuli (*sc. marchio*). CHART. civ. Halb. 26 cum -es civitatis nostre . . . ius illud, quod inunge dicitur, habuissent . . . communitum. CHART. Tirol. 1103^a

dedit . . . Iordanum -em ad dandam tenutam. TRAD. Patav. 1343 Hainricus -x de Pöngarten est censualis noster. CHART. Tirol. notar. I 749 carta Hainrici Tuscani -i. CHART. ord. Teut. (Hass.) 226 p. 175,31 frater Heinricus . . . -x. *al.*

b spectat ad possessionem, venditionem, praestationem sim.: CHART. Tirol. notar. I 749 (a. 1237) enses Hendelarius Tuscano califice pignoravit. CONST. II 439,23 -es debent prepedia et plantas inponere pro i denario. REGISTR. Mog. p. 42,22 homo, -x aut sciens aliam artem mechanicam, dabit . . . pullos duos. CHART. civ. Erf. 199 p. 120,19 qui (*solidi*) michi solvuntur de quodam tugurio -um. CHART. Hall. I 353 p. 326,5 -es singuli de fenestra, qua suas exponunt merces, quatuor numeros solvent. CHART. Francof. 427 apud agros Rüdolfi . . . -is Frankenfordiensis. *al.*

***calcificatio**, -onis f. (2. calx) *actio transmutandi substantiam quandam in calcem eius, calcinatio - Überführung einer Substanz in ihren 'Kalk', Kalzination (de re v. p. 63,21sq.)*: ALLEG. sapient. 12 p. 474^b,34 -is . . . expositio est, quod calx est lapis igni coniungibilis. 13 p. 474^b,58 corporum . . . regimen . . . est -o, scilicet dissolutio animarum *eqs.*

ROSEN. ad Sarr. 2 p. 289,2 cum illis (*tribus rebus*) fac omnes solutiones: scilicet . . . fusionem, -em *eqs. al.*

***calcificatrix**, -icis f. (calceus) *uxor vel vidua sutoris - Frau oder Witwe eines Schusters*: REGISTR. Seccov. p. 89,28 (c. 1270) Perchta -x IIII denarios solvit.

***calcifico**, -are. (2. calx) *transmutare substantiam quandam in calcem eius, calcinare - eine Substanz in ihren 'Kalk' überführen, kalzinieren*: ALLEG. sapient. 13 p. 474^b,63sq. si aeris elimatio argento vivo teratur et inter duo vascula sublimetur, -bitur; similiter plumbum et stannum -antur *eqs.*

***calcifurnus** (-cef-) *vel -um, -i m. vel n.* (2. calx *et furnus*) *fornax ad calcem coquendam facta - Kalkofen*: LEX Baiuv. 1,13 -efurnum (calci)s fornium, furno *sim. v.r. l.*; gloss.: chalcoven), ubi prope fuerit, ligna aut petras l homines faciant. FUND. Laub. I 12 (MGScript. XIV p. 553,5; s. XII^{ex}) homines . . . mansuarii . . . debent . . . ligna comburenda vecturis trahere ad faciendum -um.

***calcillum** (cauc-, conc-), -i n. (calculus) *lapillus, granulum, fragmentum – Steinchen, Körnchen, Splitter*: BENVEN. GRAFF. ocul. B 31 accidit propter... dolorem, quoniam fuit illud caucillum sive sit de frammento sive de acuta lapidis, oculi semper lacrimantur, ita quod parum potest aperire oculos propter illud concillum frammenti. *Erb calcina v. calcinus.*

***calcinamentum**, -i n. *actio transmutandi substantiam quandam in calcem eius, calcinatio – Überführung einer Substanz in ihren 'Kalk', Kalzination*: Ps. GERH. CREM. sal. II 18 -um cum sale. *ibid.*: -um (calcinatio I 28) est eorum (argenti vivi et sulphuris) combustio forti igne <et> cum sale, ut auferatur ab eis sulphur.

1. ***calcinarius**, -a, -um. (calcina) *ad calcem coquendam factus, calcarius – zum Kalkbrennen bestimmt, Kalk-* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 144,28 in fornace -a.

2. ***calcinarius v. *calciparius.**

***calcinatio**, -onis f. plur.: l. 54.

1 *actio transmutandi substantiam quandam in calcem eius (coctioni calcis similis) – Überführung einer Substanz in ihren 'Kalk' (nach Art des Kalkbrennens), Kalzination (cf. H. Köpp, Geschichte der Chemie. III. 1845. p. 89sq., E. Darmstaedter, Die Alchemie des Geber. 1922. p. 187): a de ratione*: GEBER. summ. 1,51 p. 592 est... -o rei per ignem pulverizatio per privationem humiditatis partes consolidantis (AURORA consurg. 20 p. 226 in prima -e remouentur humiditates duae, scilicet frigida et aquosa, et adustiva; in ista vero, quae est secunda, remouetur terreatas et igneitas per resolutionem nostrae aquae. Ps. AVIC. tinct. 5 p. 630^b,21. *al.*) p. 593 comburitur omnis ex quacunque re sulphureitas adustiva, quae sine -e deleri non potest (ROSIN. interpr. 2 p. 303 -o... est corporum et spirituum corruptionis eorum destructio; destruitur enim in eis omnis s. defoedans et comburens *egs.*) *ibid.*: corpora per reiterationem -is et reductionis mundantur. AURORA consurg. 20 p. 224 triplex est -o philosophorum, duplex corporis, tertia spiritus. Ps. AVIC. tinct. 5 p. 630^b,23 per -em spiritus iam figuratur et fit molle durum... et sic mutatur de natura in naturam. 6 p. 631^b,28 qui (*philosophi*) -em dixerunt fixationem. ALBERT. M. miner. 1,1,3 p. 5^a,25 per assationem et -em eius (*lapidis*) proprietates induit ignis *egs. saepe. remissius*: AURORA consurg. 20 p. 226 secunda -o est ipsius cineris vel calcis remanentis elementorum separatio; et haec est... solutio philosophorum... aut sublimatio aut incineratio vel imbibitio vel omnium praedictorum interpretatio *egs. v. et l. 28. b de usu*: ANON. secret. p. 83 vasa -is spirituum: ampullae... phiala... os draconis *egs. GEBER. summ. 1,28 p. 541 ex centum... partibus vix tibi tres sufficienter reservabis post -em sulphuris (cf. E. Darmstaedter, op. cit. p. 142²³)*. 1,51 p. 597 plumbum ex primis -is laboribus ad pulverem convertitur facilius quam iupiter. *form. 12^{capit.} de -e veneris (cf. E. Darmstaedter, op. cit. p. 179²³³)*. investig. 6 p. 488 ut ponatur stannum in furno -is *egs. test. p. 562^b,44 ex metallis... fiunt sales post ipsorum -es. p. 562^b,53 -o solis fit in vase aperto in furno vitriariorum *egs. (cf. E. Darmstaedter, op. cit. p. 181²⁵⁷)*. clar. 1,31 -o fit cum sale et magno igne *egs. 2,80 invenies -em factam talchi (v. notam ed.)*. 2,81 -o omnium corporum sic fit *egs. (v. notam ed.)*. Ps. ARIST. magist. p. 645^b,4^{capit.} arsenici -o. *persaepe. v. et l. 11. p. 64,8. 2 substantia coctione effecta, calx – Kalzinationsprodukt, 'Kalk'*: GEBER. summ. 2,21 p. 667 solvitur corporis -o *egs.**

***calcinatorius**, -a, -um. *ad calcinationem destinatus – für die Kalzination bestimmt, Kalzinations-*: GEBER. forn. 2 fiat furnus -us quadratus (14).

***calcineus**, -a, -um. *albo colore calcis praeditus – kalkweiß, kalkig*: p. 64,42.

***calcino**, -avi, -atum, -are. *substantiam quandam in calcem eius transmutare vel coquere – eine Substanz in ihren 'Kalk' überführen, kalzinieren, brennen*: GEBER. summ. 1,18 p. 530 aliqui... -antes ipsum (*stannum*) tenuerunt in igne... quousque album factum est in calce sua. 1,32 p. 547 -atur aurum... sine utilitate (*cf. E. Darmstaedter, Die Alchemie*

des Geber. 1922. p. 145⁴⁷). 1,51 p. 594 -antur... corpora aliter quam spiritus vel aliae res. *ibid.*: ambo (*sc. plumbum et stannum*) per solum possunt -ari ignem et per salis acuitatem. IOH. sacer. 6 fecem (*scorpii*) -bis cum aqua salis in furno. Ps. GERH. CREM. sal. I 28 -are duo plumba et es et ferrum. ROSIN. interpr. 2 p. 304 -antur mollia ut saturnus et iupiter facilius quam dura ut mars. GEBER. clar. 2,81 -bit argentum vivum eum (*metallum fusum*) calcinatione perfecta (*v. notam ed.*). ALBERT. M. animal. 16,135 qui (*lapis*) primo -tus... et iterum -tus penetrat omnia metalla. *persaepe. refl.*: Ps. ARIST. tract. p. 788,28 quousque... terra se -are videatur. *absol.*: GEBER. summ. 1,18 p. 530 aliqui... cum maioris ignis expressione -verunt. Ps. PLATO quart. 3 p. 153,22. *praevalet ut vid. sensus calefaciendi*: Ps. AVIC. tinct. 5 p. 629^b,51 permisce... leniter -ando *egs.*

adi. 1. calcinans, -antis. calcinationem efficiens – die Kalzination bewirkend, Kalzinations-: GEBER. forn. 17 virtute ignis -is.

2. **calcinatus**, -a, -um. 1 gener. i. q. *coctus – gebrannt*: ALBERT. M. animal. 23,78 ne calce stet vel caemento -o falco. 2 *alch. i. q. in calcem suam transmutatus – kalziniert*: GEBER. forn. 28 p. 762 tartari -i. invent. 6 p. 719 accipe de squamis ferri bene -is rubeis libram i. 7 cupri -i. Ps. ARIST. magist. p. 654^b,38 sulphuris et arsenici separatorum et -orum alborum. *al.*

subst. 1. calcinatum, -i n. 1 substantia in calcem suam transmutata – kalzinierte Substanz: GEBER. summ. 1,51 p. 594 omne -i genus fixius est quam non -i, et facilius solutionis, quia partes -i magis subtilitae per ignem facilius cum aquis commiscuntur. 1,52 p. 601 omnia -a ad salium vel aluminum naturam approximare. clar. 1,14 omnia -a fundere. *al. 2 per confusionem i. q. chalcantum – (Kupfer-) Vitriol*: ANON. tab. p. 166,1 (*sensu ficticio*) quas (*imbibitiones*) vocaverunt... -um et cinerem (*v. notam ed.*).

2. **calcinandum**, -i n. *quod in calcem suam transmutabitur – zu kalzinierende Substanz*: GEBER. summ. 1,51 p. 594 propter diversitatem -orum. p. 598 situs -orum in medio furni sit. forn. 2 usque ad -i totalem combustionem.

calcinus, -a, -um. *I adi.*: A *medic. i. q. albo colore calcis praeditus – kalkweiß, kalkig*: BENVEN. GRAFF. ocul. B 4 p. 15,25 tali modo... curatur catharacta curabilis scil. -a (-ea rec. A p. 20^a,20). B *alch. i. q. ?calcinatus – ?kalziniert*: Ps. GERH. CREM. sept. 36 p. 350,31 combure es aut sume -um; hoc enim propinquius est.

II *subst. fem.*: *calx – Kalk (plur.: l. 51)*: A *gener.*: ANNAL. Ianuens. II p. 135,15 cum galeis... portantibus lignamen et -am. COD. Wang. Trident. 121 p. 277,25sq. invenerunt... de... -a, ... quam... episcopus dicte ecclesie dare tenebatur... preter de decem plaustra -e. CHART. Carinth. IV 2354 dedit ius accipiendi ligna... pro combustionis -is (*inde 2355 p. 353,2. V 419 p. 269,26*). MORT. OPP. chron. p. 419,34 quod edificium non proficeret, nisi -a misceretur sanguine. ALBERT. MIL. temp. 235 cives ferebant lapides, sablonem et -am supra dorsa eorum in pellibus variis. B *spec.*: I *pharm.*: ALBERT. M. animal. 23,88 accipe -am et aloë... et superpone malae carni. 2 *alch. i. q. substantia calcinatione effecta – Kalzinationsprodukt*: IOH. sacer. 18 tolle... de -a crocei partes equales... et... pilorum -am. 23.

***calciolus v. calceolus.**

***calciparius**, -i m. *fabricator calceorum – Schuster*: CHART. Brand. A I 2 (a. 1239) qui (*cives*) sutores vel -i appellantur. *fort. add.*: CHART. civ. Vratisl. 19 p. 17,3 (a. 1257) de... pistorum et -inariorum (*sic*) stacionibus ius... conferimus advocatis. Schmidt

calcis v. 2. calx. *calcitamenta v. *culcitamenta.

***calcitarium v. *chalcitarium.**

calciteum, -tis sim. v. chalcitis. calcitra v. culcita.

calcitratio, -onis f. *calcitratum – das Ausschlagen*: ALBERT. M. animal. 6,118 de proprietatibus... equae est... pede et coxa... recalcitrare... et illa -e aperit vulvam. *in imag.*: ALBERT. M. sacram. 73 p. 52,44 nititur... tenere

currum in -e bovis, qui spiritum . . . ad rationem phantasticam vult reducere (cf. *Vulg. II reg. 6,6*).

calcitreum v. chalcitis.

calcitro, -avi, -atum, -are. *script.* -t(o): l. 10.

I intrans.: a pedem ponere, calce vel pede pulsare - (hin-)treten, mit der Ferse oder dem Fuß stoßen, ausschlagen (cf. Gloss. IV 268,12 St.-S. -bant spuriten. V 4,4 widerstünden. 4,15 tretonoton. al.): α *proprie*: RIMB. Anscar. 36 p. 71,24 visum est ei, quod . . . Raginarius levato pede suo ad os -ret domni episcopi. CHRON. Ved. p. 692,32 ad caudam -tantis equi ligata Brunehildis. CONSTANT. AFRIC. theor. 3,34 p. 14b^r incipit infans . . . pedibus -are. β *in imag. et alleg.*: DIPL. Arnulf 137 p. 207,43 (interp. s. XI.^{med.}) diucius contra stimulum -are non presumpsimus ([cf. *Vulg. act. 9,5*]. ARCHIPOETA 9,1,3 quisquis contra -at putans illud [iugum caesaris] grave). CHART. Hersf. 112 arcam Dei, quam -antes boves inclinaverant, ecclesiam videlicet, . . . retinere ([cf. *Vulg. II reg. 6,6*]. ALBERT. M. sacram. 73 p. 52,34 bos . . . -ans significat spiritum ferentem mysteria). b *obniti* - sich dagegenstemmen: ROGER. SALERN. chirurg. 3,288 illud (lignum) . . . sub ascillis ponatur et medicus supra illum con calcaneo diu peremendo -et (calcet f) eqs.

2 trans.: a *proprie*: α *pede depellere* - mit dem Fuß wegstoßen: ANSELM. Bis. rhet. 3,1 p. 164,7 pulsatus et -tus a lecto miser es eiectus (sc. a puella). β *insequi* - verfolgen: ERMENR. Har. 2 contigit, ut . . . venationem exercent ac tragelafum in hac Virgunna -rent. b *translate*: α *abominari* - verschmähen: ALDH. virg. I 36 p. 281,18 caterva credentium . . . facinorum cloacas -ans eqs. β *supprimere* - mißachten: ALDH. ad Acirc. 2 p. 69,9 occurrente furibunda fratris (sc. Esau) vesania et totius germanitatis iura . . . -ante. **calculus** v. calceus.

calco, -avi, -atum, -are. *script.* -ci(o): p. 66,36.

I trans.: A *proprie* i. q. calce vel pede tangere - mit der Ferse oder dem Fuß berühren (subi. plerumque homines; bestiae: l. 63,68): 1 *calce vel pede pulsare, conculcare* - treten (auf), nieder-, zerretten: VITA Pirmin. I 5 p. 25,7 potestatem -andi scorpiones (cf. *Vulg. Luc. 10,19*). ANNAL. Quaedl. p. 28,12 quem (Valerianum) . . . solotenus inclinatum pedibus -ans ascendit in equum rex Persarum (Ps. AVIC. lap. p. 633^a,65 in visis eiectus p. hominum -atur lapis). VITA Heinr. IV. 8 p. 28,21 (c. sensu inquinandi) gaudebat aurum non se iam in luto -ari, dum ferreis calcaribus inopia cogeret uti. ALBERT. STAD. Troil. 4,645 aurea ferrato -at calcaria calce Penthesilea. *in imag.*: TRANSL. sang. Dom. in Aug. 1 tu (sc. Christus) . . . -asti torcular . . . solus ([cf. *Vulg. Is. 63,3*]. GERH. STED. annal. p. 221,50 caligis ferreis quibus conculcaret, non purpureis, in quibus t. solus -ret, tibias circumdedit archiepiscopus). CHART. Mog. A 451 p. 359,34 que (divina potentia) superbiorum . . . colla -at. 2 (pedibus) *exprimere, contundere* - (mit den Füßen) auspressen, zerstampfen: a *gener.*: CHART. Laus. 300 p. 266,22 (c. 1200) in domibus, ubi vinum -atur. *in imag. et per compar.*: ALDH. virg. I 30 racemos evangelica falce succidens . . . ad praelum -andos . . . advexit. RUODLIEB XIV 26 alte succingit tunicam . . . -tura fabas veluti pultem coquitura. HILDEG. epist. II 108 tu, filia Dei, . . . in torculari -ta es. al. v. et p. 57,50. b *iur.*: CHART. Rhen. med. II app. 16 p. 458,37 (c. 1220) habet quisque mansus petituram . . . et torculario nostro de iure -bitur (sim. p. 461,9). III 667 uvae -bit et premet colonus. 3 *ingredi, frequentare* - betreten, laufen (auf, über): a *gener.*: ALDH. ad Acirc. 49,3 (de tippula) pariter terras et flumina -o pedestris. WALTHARIUS 1119 campos ubi -et apertos. HROTSV. Agn. 220 utque lupanaris -vit limina tristic. ALBERT. M. animal. 1,297 inferius . . . est mollius os calcaneum, ut suavius -et ea, quae sunt sub ipso. al. *accedit notio egerendi sterco calci simile*: EGBERT. fec. rat. 1,1524 que (ardea) solet Esquilias alvo -are soluta, hinc dignum factis nomen sortita cacatrix. *in imag. et per compar.*: NOTKER. BALB. Gall. 2^a limen (sc. mortis), quod -ant pariter dives inopsque simul. EGBERT. fec. rat. 1,369 molliter iste legit, quasi qui prunas pede -at. CARM. Bur. B 56,1,3 -at

Phebus ungula, dum in Taurum flectitur, Arietis repagula. al. b *iur. in iudicio Dei*: ORD. iud. Dei B VIII 5^b quisquis innocens . . . vomeres ignitos suis pedibus -verit. DECRET. Frision. A 4,10 servus -et candentia ferra. al. 4 *scandere* - besteigen: ALBERT. STAD. Troil. 4,641 pulchre -at equum Penthesilea. *in imag.*: CARM. Bur. B 49,6,1 Iacob scale summitas altera -atur (v. comm. ad l.). 5 *insequi* - verfolgen: LEX Sal. Merov. 119,3 si quis pedicam cum feramen . . . invenerit et eum -are voluerit, quem canes minaverunt. 6 *stimulare* - (an)spornen (in imag.): v. p. 56,2. b *translate*: 1 *gener.*: a *despicere, abominari* - verachten, verschmähen: ALDH. virg. II 99 mundani luxus -ans ludibria falsa. al. (v. ind.). WALAHFR. Mamm. hymn. 2,2 adversa mundi pertulit, -vit eius prospera. WALTH. SPIR. Christoph. II 3,27 fana deorum. CHART. Raitenh. 4 p. 6,33 mundum mentis virtute -antes Cistercienses. al. *pro nihilo habere* - gering achtete: WETT. Gall. prol. 11 tartareas . . . minas -arunt recta operando. HYMN. Hraban. 22,3,2 furias atque ferocia -arunt hominum saevaue verbera sancti. b *superare* - überwinden: ANNAL. Quaedl. a. 1010 -tis terrenis . . . aeternis fruitur bonis Arnulfidus. VITA Reginus. 11 morte -ta. c *opprimere, supprimere* - unterdrücken, mißachten: BONIF. epist. 50 p. 82,6 que (religio) . . . -ta et dissipata fuit. CONC. Karol. 50^d,78 auctoritate canonica -ta. GUNT. COL. diab. cap. B 5 divinas leges . . . et sacros canones. EGIEM. epist. p. 362,18 sub taciturnitatis nodo -are et silentio haec talia . . . premere. al. d *imitari* - nachahmen: CHRON. rhythm. Col. 5,9 (iron.) antea bis binos -ant ewangelizantes, nunc Agrippinos dominos se glorificantes (sc. populares). 2 *publ. et iur.*: a (de)finire - beenden, entscheiden: DIPL. Merov. I 35 p. 33,32 pro <ca>lcanda lite. DIPL. Karoli M. 193 p. 259,30 vestras repetitiones . . . ab hodierna die -tas fiant. FORM. Turon. 38 sit inter nos . . . -anda causatio. b *irritum facere, abolere* - außer Kraft setzen, abschaffen: CONC. Merov. p. 126,28 ad -andam gentilium consuetudinem. LEG. Wisig. 2,1, 8 p. 56,21 -tis (calci-RI) vel evacuatis seu rescissis scripturis. DIPL. Merov. I 41 p. 39,28 -ta ipsa confirmatione vel reliquas . . . descriptiones.

II intrans. (subi. plerumque homines; bestiae: l. 44,55): A *pedem ponere, calcitrare* - (darauf, auf)treten, ausschlagen: 1 *gener.*: ENGELH. LANGH. Mathild. 16 p. 442^b,59 cecidit, quod portavit soror, in terram, et abbatissa subiunxit verbum vulgo tritum: -a desuper. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 115,16 stantes super terram erecte -ant grues et subpedant cum pedibus. *in imag.*: EKKEH. IV. bened. I 30,16 contra stimulum -are scias fore durum (cf. *Vulg. act. 26,14* calcitrare). 2 *techn. i. q. pedem infligere* - stampfen: THEOPH. sched. 3, 84^{med.} sint, qui semper circumeant cum lignis obtusis medio-criter impingendo et pedibus fortiter -ando. b *inscendere* - hineinsteigen: LEX Baiuv. 8,1 si in lectum -verit uno pede et prohibetur a mulieri, . . . cum XII solidis conponat, eo quod iniuste in extraneum -vit thorum. c *gradi, ambulare* - (aus-)schreiten, wandeln: WOLFARD. Waldb. 2,19 (12) calces . . . ad -andum . . . inventi sunt habiles. HEINR. LETT. chron. 1,10 (spectat ad sortilegium) -at equus, pedem vite deputatum . . . preponit. *in imag.*: ALBERT. STAD. Troil. 5,331 in mores . . . -are paternos.

adi. 1. **calcans**, -antis. *qui exprimit* - auspressend: HILDEG. epist. II 60 p. 532,23 (in imag.) ipse locus (sc. monasterium) in multitudine -is torcularis est eqs.

2. **calcatus**, -a, -um. 1 *condensatus, spissus* - konzentriert, dicht: ALBERT. M. resurr. 138 p. 330,58 virtus viva . . . confortata per lumen . . . -um et densum et adunatum (147 p. 336,12 in caelo est lumen, sed non est ita -um, quod emittat radios. summ. theol. II 11,57,2 p. 581^a,12 orbis . . . non recipit l. -um . . . , sed diffusum). 2 *conculcatus* - niedergetreten: LEX Ribv. 47,2 capit. p. 60,30 (cod. A 6,7) de mensibus (i. messibus) -is.

subst. **calcans**, -antis m. *qui supergreditur* - ein Hinüberschreitender: HIRT. Hirs. 10 in ipso limine ecclesie est sepultus, eo quod precibus -ium cineres suos Domino se commendandum credidit.

[Pape]

calcofanus, -fonos v. chalcophonos.

calculus v. calculus. **calconites** v. calamites.

calculatio, -onis f. **1 strictius**: a *computatio* - *Rechnung, Zählung* (cf. GLOSS. II 152,3 St.-S. -is zalo): **α gener.**: FORM. Senon. II 13 ut formate epistole hanc -is seu supputationis habeant rationem *eqs.* Ps. ODO CLUN. abac. p. 296^a -is, id est computi, argumenta. **β spec. i. q. ars computandi** - *Zeitrechnung*: ALDH. epist. 1 p. 477,12 de ratione . . . -is, quid commemorandum *eqs.* ad Acirc. 2 p. 69,22 iuxta lunarem Ebreorum -em. BEDA temp. rat. 61,67 ne . . . inevitabile nostrae -is dispendium . . . incurramus. **b numerus** - *Zahl(enwert)*: **α gener.**: BEBO ad Heinr. 1 p. 489, 19 senarius determinata -is quantitate primus perfectus est numerus. EPIST. Worm. I 21 p. 42,9 an aliqua se -is contiguitate coniungant *vocabula*. **β metr. i. q. quantitas temporis** - *Zeitmaß*: ALDH. ad Acirc. 112 p. 152,6 thesis uberiorum -em praecipuans usurpabit. **2 latius i. q. sortilegium** - *Losbefragung*: HERBORD. Ott. 2,33 ligneas -es, in quibus navalis pugnae . . . considerabant auguria, . . . abrasit.

***calculativa**, -ae f. *ars calculandi practica* - *angewandte Mathematik*: ALBERT. M. eth. 1,1,2 p. 5^a,6 sic . . . se habet geometria ad cosmometriam . . . , sic arithmetica ad -am (*sc. sicut theorica ad practica*).

calculator, -oris m. *script.* cac-: l. 43.

1 de hominibus: a *strictius i. q. computator, numerarius* - *Rechner* (cf. GLOSS. IV 42,17 St.-S. -r zaelere): **α gener.**: AESCULAPIUS 4 p. 6,33 fiunt *maniae* . . . geometricis, causatoribus ([causa-, caucu-, calcu- *var. l.*] *inde* GLOSS. med. p. 41,23 fit haec passio . . . geometricis, -bus). **β spec. i. qui artis computandi gnarus est, computista** - *ein der Zeitrechnung Kundiger, Komputist*: BEDA temp. rat. 11,66 tantum . . . -es dissident, ut *eqs.* 47,2 quem (*ordinem*) Graeci -es (cf. GLOSS. II 48,3 St.-S. -es zalara) . . . observavere. hist. eccl. 3,25 p. 188,5 catholicus -r. ALCUIN. epist. 145 p. 233,5 intremus . . . -um (-ium *L*) pistrillas vel mathematicorum . . . coquinas. AMALAR. off. 4,1,8 -es orarum tempora sic dividunt diernum et noctium, ut *eqs.* CARM. de Cass. 546 Sextiles nonas perhibent dum -es. BERNOLD. CONST. chron. a. 1093 p. 457,10 egregius -r domnus Heremannus . . . eclipsin accidisse scribit. CATAL. biblioth. Ruf 63 p. 187,5 Helphericus de arte -orum. *al.* **b latius i. q. nugator, calumniator** - *Schwätzer, Verleumder* (cf. GLOSS. IV 242,23 St.-S. -r callare): TRANSL. Lando. 2,6 (MGScript. XV p. 611,22; a. 982/90) cac-es ac susurratores a se removit *episcopus* (*an subest *calculator?*). **2 de re i. q. index astrolabii** - *Zeiger am Astrolab* (cf. J. Frank - M. Meyerhof, *Ein Astrolab aus dem indischen Mogulreiche* 1925. p. 27): GERB.(?) astrolab. 2,10 denticulum super Capricornum positus . . . , qui calculando summam numeri in epiphania umbonis positi naturales discriminat horas, qui dicitur Almeri, id est -r (HERM. AUGIENS. mens. astrolab. 5).

calculatorius, -a, -um. *script.* -cal-: l. 59.

1 ad computationem spectans - *Rechen-*: **α gener.**: ARNOLD. RATISB. Emm. 2 p. 1054^b lex numerorum -ae artis monet peritum, quod *eqs.* **b spec. i. q. ad artem computandi spectans** - *Zeitrechnungs-*: EPIST. Lup. Ferr. add. 8 p. 119,8 quaedam -ae artis rudimenta. IOH. MERT. Ioh. 24 clericus . . . artis -ae studiosissimus. CATAL. biblioth. Becker 29,65 liber calca-e (*sic*) artis. EBO BAMB. Ott. 2,1 p. 619,25 Heimo presbyter . . . multa didicit de arte -a, que prius apud vulgatos compotistas obscura . . . invenerat. *al. huc spectare vid.*: CATAL. biblioth. Lehm. I 6 p. 21,2 Elbericum -um artis (cf. l. 40). **2 numerarius** - *Zahlen-*: MATHEM. var. Bubnov p. 288,14 litterae tres . . . habitudinem -ae designant quantitatis, id est s singularem, d decenum, c centenum significant quantitatem (*sc. in abaco*).

calculo, -avi, -atum, -are. **1 strictius**: a *computare, connumerare* - *errechnen, zusammenzählen* (*pass. i. q. effici-ergerben*: l. 71): **α gener.** (cf. GLOSS. II 432,21 St.-S. -anda zigicellane): ALDH. ad Acirc. 2 p. 68,15 quae simul in unam redacta summam cccc et xc -antur. MILO Amand. 4 (MG Mer. V p. 459,13) ad superiora -ando xc annorum . . . nu-

merum computet. **β spec. i. q. artem computandi exercere** - *Zeitberechnungen anstellen*: BEDA temp. rat. 11,62 in utroque mense (*sc. solari et lunari*) computando . . . compendium -andi naturae praevaluit. 51,46 mirus -andi praceptor (*sc. Victorius*). BERNOLD. CONST. chron. p. 393,26 Aegiptii et Romani, a quibus -andi peritiam sumpsimus. *al.* **b dinumerare** - *abzählen*: PAUL. BERNR. Greg. 19 camerarius . . . nummos . . . pro expensis tribuendos de manu in manum -vit. *dividere* - *einteilen*: ALDH. ad Acirc. 3 p. 71,23 saeculares . . . disciplinae totidem (*sc. septem*) supputationum partibus -ari cernuntur. **c demonstrare** - *anzeigen*: v. p. 67, 48. **2 latius**: **a praedicere** (*calculatione adhibita*) - (*nach Berechnungen*) *voraussagen*: ADAM gest. 3,66 p. 213,11 adulatores et ypocritae . . . , qui te (*sc. archiepiscopum*) usque ad decrepitam aetatem victurum -arunt. **b commemorare** - *erwähnen*: TRAD. Brixin. 113 (a. 1050/65) de manu sepe -ti episcopei.

subst. calculans, -antis m. *qui artis computandi gnarus est, calculator* - *ein der Zeitrechnung Kundiger, Komputist*: BEDA temp. rat. 43,56 nulli -ium in dubio est.

adv. compar. ***calculatius**. *accuratius* - *genauer*: EPIST. var. I 17 p. 524,34 -ius quantitas numeri multiplicata. **calculosus**, -a, -um. *cauc* -: l. 31.33. -cal-: l. 33.

1 adi.: **a lapidosus** - *steinig*: ALBERT. M. veget. 7,167 amant amygdala . . . terram . . . -am. **b calculus laborans** - *an Steinen leidend*: VITA Eberh. Salisb. II 9 miles quidam -us . . . calculum digerit. CHART. episc. Wirz. I 162 p. 162,12 puer . . . -us a calculo liberatus fuit. ALBERT. M. animal. 3,135 fit animal illud -um. *al.* **2 subst. masc.**: *qui calculus laborat* - *ein an Steinen Leidender*: AESCULAPIUS 41 p. 69,9 lithirias, id est -os in vesica (GLOSS. med. p. 17,2 cau-i). ANTIDOT. Augiens. p. 56,43 *trochiscus* ad stomachum . . . sive caucalosis. CHRON. Eberh. 42 p. 453,17 muti, -i, obsessi. Ps. AVIC. anim. 6,30 p. 387.

1. *calculus, -i n. (*orig. inc.*) *careum* - *Wiesenkümmel* (*Carum carvi L.*): ALPHITA I p. 281,21 -um (*catulum var. l.*) cardamomum, carvi agreste idem.

2. calculus v. calculus.

calculus, -i m. (*n.* -um: p. 69,12.54) *script.*: *cauc* -: l. 41.53.69sq. p. 69,5. *al.* -cal-: p. 69,5sq. *al.* -col-: l. 47.70. p. 69,15. *adde* BOTAN. Sangall. 1,17 calculus. *al.* -cl(us): l. 52.54.56. *etym.*: DICUIL. epist. mens. 10 (Cod. Paris. N. A. 1645 f. 7^v) -us . . . , quod nomen calci diductum ab origine credo *eqs.*

lapis (parvus) - *Stein(chen)*: **1 proprie**: **A de lapidibus naturaliter existentibus**: **1 strictius** (cf. GLOSS. I 70, 39 St.-S. -us [-col- b] slengistein. 424,32 steinili. II 13,32 uuacstein. III 314,59 -us, numerus vel sententia vel lapis rotundus i. chiselinc. *saepe*): ALDH. virg. II 77 ni sumptus forcipae carbo -us aut ardens emundet spurca labella (cf. l. 63). ad Acirc. 120 p. 164,8 aleator -is et tesseris ludens. ABBO SANGERM. bell. 2,151 caeditur allofio . . . Gozbertus calco. MAPPAE CLAVIC. 191 bisum cauculum . . . crema. EGBERT. fec. rat. 1,219 olim prosperitas calco (*calco cod.*) numeratur in albo (CHRON. Merseb. 2^{ex}. dies alma . . . a. a nobis assignanda -o). *al. proverb.*: NIVARD. Ysengr. 5,128 decorat calcos. **2 latius**: **a gemma** - *Edelstein* (*loci spectant ad Vulg. apoc. 2,17*): ALEX. MIN. apoc. 2 p. 32,18 illis, qui . . . lapidati sunt . . . , dabit Dominus per oppositum -um, id est lapidem candidum; -us lapis est pretiosus, qui et carbunculus appellatur *eqs.* p. 33,26 -us est lapis solidus et lucidus, per quem significatur sermo divinus. p. 32,13. 33,25. **b carbo** (*candens*) - (*glühende*) *Kohle* (*loci spectant ad Vulg. Is. 6,6*): GLOSS. II 264,21 St.-S. -us: quidam dicunt esse ksilinc, quidam carbonem. IV 5,35 -us zantro. 439,18. *ibid. al.* **B de concretis in corporibus animantium nascentibus**: **1 lapillus vesicae vel renum** - *Blasen- oder Nierenstein*: AESCULAPIUS 40 p. 65,18 -i . . . , quando in renibus nascuntur, omnem vesicam subtorquent. ANTIDOT. Augiens. p. 41,15 cauculos expellit *antidotum*. ANTIDOT. Glasg. p. 152,22 ad dolorem cauculis. ODO MAGD. herb. 1587 potu depellitur . . . -us. Ps. ADALB. BAMB. Heinr. 1,24 p. 806,21 partem . . . corporis, ubi -us

herabat. HILDEG. phys. 1,115 -us, id est steyn, pingui natura in homine crescit. *saepe. v. et p. 68,27. meton. i. q. lithiasis - Steinleiden (cf. Gloss. IV 200,40 St.-S. -us steinsucht):* Ps. GALEN. urin. p. 35,23 hurina ipsa non se mutat per oras multas, signum caucalum. ANTIDOT. Glasg. p. 105,38 antidotum . . . ad caucalum. VITA Ger. Bron. 19 p. 669,15 macerabat eum -us, intolerabilis . . . morbus, qui . . . nuncupatur vulgo lapillus. *al. 2 margarita - Perle (loci spectant ad Prud. ham. 271):* GLOSS. II 383,29 St.-S. -us (-is *b*) albens unio merigreoz. 397,14 -us perela. *ibid. al. 3 lapillus in capite limacis nascens - Schneckenstein:* ANTIDOT. Glasg. p. 141,30 cauculum limacis . . . baiula (*cf. Marcell. med. 1,41*). *fort. add.:* MAPPAE CLAVIC. 43 limaz carcale (*sic?*) partem 1.

II translate: A numerus - Zahl(begriff), Anzahl (*cf. Gloss. I 72,2 St.-S. -olum [calculus b, -ulum c] zala. IV 339,35. al. v. et p. 68,48*): I gener.: BEDA temp. rat. 16,71 in principii huius opusculi de -is diximus *egs.* BONIF. epist. 32 quod peccati genus . . . nec in -o peccatorum apostolos . . . enumerasse cognovi. WILLIB. Bonif. 7 p. 36,16 decretescente dierum -o. SMAR. carm. 1,5,11 unius a fonte pluralis -us haurit. EGBERT. fec. rat. 1,528 volucrum . . . -us ingens. *al. symbolice vel alleg.:* ALCUIN. carm. 88,4,7 mysticus ut totam firmaret -us (*sc. XII*) aulam. WALAHFR. carm. 24,50 decies dat munera quina Strabo petens veniam, signat quam -us idem. MILO Amand. 6 (MGMer. V p. 474,11) ut . . . huius sollemnitatis diei trino non indecora sit -o. CARM. cod. Vat. (5330) 4,7 -us astrorum cui dat septentrio nomen. *al. 2 spec.:* a comput.: CARM. de conc. mens. 16,2 aepactalem, quotum tenet annus presens, -um sume. *b mus.:* GUIDO ARET. reg. rhyth. p. 29 fini . . . debet esse consonum principium, unde quintum a finali non excedat -um tonus *egs.* *B computatio, ratiocinatio - (Be-)Rechnung, Rechenart, -system:* I gener.: ALDH. virg. I 35 p. 278,25 nec laterculo dinumerari nec -o computari . . . valet, quanta multitudo . . . confluerit. PAUL. DIAC. carm. 2,7,3 quinque milia expletis annis a principio centum atque nonaginta novem <sunt> per -um. MILO Amand. 4 (MGMer. V p. 457,24) ut coeptum persequar -um, successor Gregorii pontificis quintus Sabinianus *egs.* TRANSL. Dion. Ratisb. p. 355^a,19 nostrum sit . . . Dionysium defensare atque eundem martyrem . . . nobiscum -um ponentibus comprobare (p. 355^b,49 si mecum -um ponant). NIVARD. Ysengr. 3,353 obsequiis redivit ira, cadit bene -us istic. *al. meton. i. q. liber de arte calculandi scriptus - Rechenlehrbuch:* LUP. FERR. epist. 5 p. 17,1 in Victorii . . . -um . . . ingredi (ABBO FLOR. calc. [ed. N. Bubnov, Gerberti opera math. 1899. p. 199,25] quae in -o V. praefationis series continet. *de eodem:* p. 200,26. 201,23. *ibid. al.*) 2 *spec. i. q. ars computandi - Zeitrechnung:* ALDH. epist. 1 p. 477,17 -i supputationes, quas partes numeri appellant, lectionis instantia repperi. RHYTHM. 113,4,1 -um qui, lector, scire studes. CARM. de conc. mens. 46,3 a sexto Maias idus . . . extende -um. *meton. i. q. liber artis computandi - Buch über Zeitrechnung:* BEDA temp. 13,11 ut . . . summa paschalis -i DXXXII annis explicetur (PAUL. DIAC. Lang. 1,25 Dionisius . . . pascale -um . . . composuit). *al. in titulo libri:* EPIST. Worm. I 32 p. 58,9 super C-o Victorini. *iocose:* EPIST. Worm. I 43^{tit.} V. C-o vere Albini filio E. A. ille suus. *C ratio, cognitio - Feststellung, Erkenntnis, Schluß:* I gener.: ALDH. ad Acirc. 142 p. 203,1 priusquam sermo supremus competenti -o terminetur. UFFING. Ida 2,5 summi largitoris magnalia . . . ab omni indagationis -o . . . resiliunt. CONR. HIRS. mund. cont. 945 (Anal. Mediaev. Namurc. XIX. 1966) argumentacionis tue supremus . . . -us. *al. 2 iur. i. q. sententia, iudicium - Spruch, Urteil:* LEG. Lang. p. 208,7 religiosorum homicidia . . . nullius compositionis experta lex iudicali -o claruit (CHART. Ital. Ficker 54 p. 78,47. *al.*). EPIST. Mog. 65 p. 419,13 ultimus diffinitive sententiae -us (CHART. march. Misn. III 199 ad iudicium nostrum -us s. servabatur. *al. cf. CHART. Burgenl. I 502 p. 337,42 pro definitiva sententia -um pronuciando . . . adiudicavimus egs. v. et p. 68,48*). *Pape*

calculus v. 1. callus, chalcus. *calcuta v. *chalcuta.

calcutis v. chalcanthum. calda v. calidus, caltha.

caldamentum, -i n. *fomentum - warmer Umschlag:* BOTAN. Sangall. 11,4 si . . . in -a teneas. 31,2 adipis -a ad pedes sive ad renis.

5 ?*caldana, -ae f. (*fort. corruptum ex caldaria*) ?balneum calidum - ?warmes Bad: DIAETA Theod. 429 aque calide sunt, unde -e vocantur, alie stiptice, alie laxative.

*caldararia (-der-), -ae f. *officina fabricatoris lebetum - Werkstatt eines Kesselmachers: v. l. 18.*

10 *caldarius (-der-), -i m. *fabricator lebetum - Kesselschmied:* WALA brev. memor. (Corpus consuet. monast. I. 1963. p. 422,20) camararius primus . . . -derarios providet, quibus administrat opus eorum. CHART. Tirol. 746 (a. 1219) coheret ei (*domui*) ab uno latere -us. ACTA imp. Winkelm. I 791,2 p. 618,26 aurifices, -i (*cf. RYCCARD. chron. a. 1232 p. 178,1 [dipl. Frid. II.]*). CHART. ord. Teut. 92 domos, . . . que sunt . . . in ruga, que dicitur -derariorum, quarum . . . ab alio latere est domus Hugonis de Calderaria (*cf. l. 49*).

caldaria v. caldarius, ?*caldana.

20 *caldariator, -oris m. *fabricator lebetum - Kesselmacher:* CHART. Turg. III 576 p. 415,2 (a. 1272) Conradi -is. CHART. civ. Ratisb. 111 domum . . . in angulo retro -es sitam.

caldariola (chal-, -rora), -ae f. *vel saepius *caldariolum, -i n. (?m.: l. 27) lebes - Kessel:* GLOSS. I 396,59 St.-S. -am (caldarium *var. l.*) chezili. III 11,25 -rora chezi. 193,50 -um kezzelin. 296,63 caldarium vel -um chezze, in quo calefit aqua. 650,33 cha-i chezzili. *ibid. al.*

caldaris, -e. *form. nom. et acc. pl. -ia: v. caldarius.*

30 I *adi.:* calidus - warm: ANTIDOT. Bamb. 5 in solio -i. 2 *subst. neutr.:* lebes - Kessel: TRAD. Udalt. August. 2 p. 6,15 (a. 1031) olla fornacis i obol., -e i obol. *meton. de rebus coquendis in lebe:* THEODULF. carm. 27,85 calidum sceptrum versat -e culinis. *fort. add.:* REGISTR. Austr. I p. 175 nr. 27 (c. 1251/76) Truhlieb dat III sol. ante -e in coquinam.

35 caldarius, -a, -um. *script.:* ga-: l. 45. ka-: LEG. Wisig. add. D p. 463,25. cha-: p. 71,4,26. card-: l. 41. cal(l)id-: l. 55. p. 71,12. -deri(a): l. 72. -der(a): l. 54. ?-doni(us): l. 42. -rea: p. 71,20. -ra: p. 71,23.

40 I *adi.:* ductilis - zum Treiben geeignet (*sed v. Plin. nat. 34,94*): MAPPAE CLAVIC. 74 sumis cuprum productile, quod card-um (cald- *cod. a. corr.*) dicitur (*sim. 79*). COMPOS. Matr. 40,3 sin autem metallum est igni productile, id est -donium (*sic?*).

45 II *subst.:* A *masc.:* I lebes - Kessel (*cf. Gloss. III 650,32 St.-S. g-os chezzila. 677,42 -us lebes cacabus chezzil. al.*): AEDILV. carm. 10,28 frater ferrarius -os ornat. TRAD. Frising. 652 invenimus . . . -os II, unus minor et alter maior. 2 *fabricator lebetum - Kesselschmied:* CHART. ord. Teut. 128 p. 125,9 (a. 1242) domos . . . in rua -orum Acchon (*cf. l. 17 sq.*). CHART. scrin. Col. B 974 Symon -us. *B fem. vel neutr.:* lebes - Kessel (*cf. Gloss. I 392,14 St.-S. lebetam magni -i, idem chezzila. III 372,20 -a kezel. IV 265,25 -um cezzelin. saepe. v. et l. 26*): I gener.: CAPIT. reg. Franc. 128,25 invenimus poculares II, -deras aereas II, ferrea I.

50 FORM. Augiens. B 24 scribere precipio . . . callidarias vel ferramentum. WILH. HIRS. const. 1,98 p. 1032^b utensilia, quae nunquam deesse debent in coquina: primum tria -a, unum ad fabas *egs.* VITA Steph. reg. I 22 (MGScript. XI p. 241,27) aquam in -as argenteas et dolia effundere. THEOPH. sched. 3,65 aes, unde -a, lebetes et pelves funduntur. CASUS Petrish. 5,12 accendit ignem . . . et suspendit -um aqua plenum. ANNAL. Ianuens. II p. 49,12 Pisani . . . reddiderunt -am unam pro solvenda pice. REGISTR. Mog. p. 18,28 Ulricus, qui parat -a. CHART. Chil. 353 (ed. P. Hasse, Kieler Stadtbuch. 1875. p. 38) stupam . . . cum necessariis attinentibus, videlicet -o et doleo et urna. *saepe. meton. de rebus coquendis in lebe:* CHART. Livon. A I 413,4 (a. 1269) decoquetur eis ipso mane unum -um. 2 *iur.:* a de vase in iudicio Dei adhibito (*cf. Schröder-Künßberg, Rechtsgesch. ind. s. v. 'Kesselfang'*): LEG. Wisig. 6,1,3 si accusatus per examen -e innoxius apparuerit. LEG. Lang. p. 127,20 manum in -a (-deria 5.12) mittere. ORD. iud. Dei A 4^e ubi ignis fieri possit

[Steinmann]

ad -am suspendendam (RITUALE Flor. p. 122,26 ad -um s.). B V 1^a dicat sacerdos: 'adiuro te, urceole sive -um *egs.*' *ibid. al. (v. ind.)*. **b** *de instrumento in supplicio adhibito*: CHRON. Camer. 3,29 ut . . . unum furti reum . . . in -a fecerit bullire (cf. HERM. TORN. rest. 22 militem . . . in -am proci fecit). ANNAL. Basil. a. 1275 p. 198,34 falsarius monet coctus in -o. **c** *de re ad teloneum, praestationem spectante*: **a** *strictius*: DIPL. Heindr. IV. 487 p. 663,35 *teloneum* debent dare de unaquaque navi unum aeneum -um. CHART. Rhen. med. II 142 p. 185,25 ut omnes . . . pro -is et bacciniis . . . fertonem . . . persolventes non amplius dare exigentur. CHART. Sangall. A app. B 59 p. 754,36 homines dant uno anno calid-um, alio anno patellam. CHART. Bern. II 281 p. 307,19 pro -dera vel cacabo . . . non datur theloneum. **β** *latius de coquina procuranda*: THEOD. TUIT. registr. p. 284,14 de silva villicus procurabit coquinam . . . de -o et patella. TRAD. Westph. IV p. 56,10 solvit . . . v solidos ad -a in curia abbatisse. p. 80,16 de Scatenhorne . . . XIII den. ad -um. **3** *techn.*: RECEPT. Sangall. I 83 mittis in -a modiale plena de aqua. TRACT. de aegr. cur. p. 157,13 in -ea illa mitte ollam sigillatam (cf. ANON. secret. p. 47,20 firmetur cucurbita in -a. GEBER. summ. 1,52 p. 602). MAURUS urin. II p. 49,10 *herbae* apponantur in -ra. . . deinde bulliant. Ps. ARIST. magist. p. 643^a, 25 cola in -o coagulationis. ALBERT. M. meteor. 4,1,20 p. 735^a,34 quaecumque . . . fringuntur in tiganis sive patellis sive ch-is. *al. patella salaria — Salzpfanne*: DIPL. Heindr. III. 134 p. 170,17 donum corroboramus . . . apud Salinas . . . -as duas. 239 p. 320,13 -as quatuor ad sal conficiendum cum propriis sedibus. 312 p. 426,40. HUGO FLAV. chron. 2 p. 476,40 *dedi* in -a Salinensi XL solidos pro equo. CHART. Basil. A I 197 p. 302,8 confirmamus . . . -am de Sannez. ACTA imp. Böhmer 94 p. 87,23sq. *v. et* **†***caldana.

*caldatura v. *calidatura. caldera sim. v. caldarius.

*calderarius sim. v. *caldar-.

Caldonium v. Chalcedonius. caldonius v. caldarius.

*caldumen, -inis n. vel *calduna, -ae f. (*theod. inf. vet. kaldune a calidus, cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 79*) *cibus quidam ex intestinis animalium domesticorum confectus — Gericht aus Kaldaunen, Kutteln*: CHART. episc. Halb. 603 p. 542,20 (a. 1221/27) prepositus tantum uno -e erit contentus sicut cellerarius vel decanus. 705 p. 31,14 -n dividitur inter dominos, sicut hactenus divisum est, quod tamen in rectorio daretur. REGISTR. Xant. (QuellRechtsWirtschGeschXanten. I. 1937. p. 82,46) I carnem porcinam et I ovinam et I -am (*sim. p. 82,47. 83,9*). p. 88,13 iste carnes solent eis dari . . . in -unis ovium.

*caldura, -ae f. *potio calida — warmes Getränk*: v. p. 76,55.

calea v. galea.

*caleagogus, -a, -um. (*fort. subest arab. ḥālid*) *†perennis — †beständig*: Ps. PLATO quart. 3 p. 135,4 recipiens pro quibuslibet centum partibus luti -i *egs.* cf. 2. *calidus.

Caldonius v. Chalcedonius. caledus v. 1. calidus.

*calefacile, -is n. *quod ad calefiendum aptum est — Erhitzbares*: URSO gloss. 30 caleferi potest aliud, quia est -e. **calefacio** (*pass. -fio*), -feci, -factum, -ere. *script.*: -lif-: p. 72,7. *adde* TRACT. de caus. mul. 7. -lof-: BOTAN. Sangall. 1,12. *calf-*: p. 72,27. *-fic-*: p. 72,17.23. *adde* GLOSS. I 787, 22 St.-S. CHART. Argent. IV 34 p. 42,4. -ati(o): l. 67. *accent.*: GODESC. SAXO gramm. 1,16 'is' . . . accentum habet paenultima, licet sit brevis (*cf. Prisc. gramm. II 402,13*).

Franc. 50,8 istius -i exemplaria. 60,4 quae . . . per -os nostros . . . mandavimus agere. DIPL. Otton. II. 71 p. 88,9 quemadmodum . . . invenitur -o. **2 pactum** - Vertrag: LEG. Lang. p. 216,21 (a. 933) ex quo cum illo (Gregorio) . . . -um fecistis. **3 liber constitutionum** - Sammlung von Verordnungen: CHART. Rhen. med. III 432 p. 339,36 (epist. papae; a. 1231) ut constitutiones . . . in -is locorum suorum faciant annotari **advocati et officiales**. p. 342,15 in -o iudicum predictorum ponatur. **capitulatim adv.** **1 per capita, singillatim** - kapitel-, abschnittsweise, Punkt für Punkt: EPIST. var. II 31 p. 353,1 que . . . ex oraculis divinis . . . congesta -m ponuntur. HINCM. epist. I 37^a p. 15,37 -m . . . colligere (ALBERT. M. metaph. 8,1,1 p. 389,12 [ed. B. Geyer. 1964] -m . . . colligentes et syllogizantes). CAPIT. reg. Franc. 259,1 -m referre. FLOD. hist. praef. opus . . . -m . . . dispositum. **al. 2 summam, compendiose** - in den Hauptpunkten, knapp: RATHER. prael. 6,21 p. 334^c his . . . distincte et -m . . . transcuris. ALBERT. M. animal. 12,17 aliquid -m de ipsa dicere complexione. **al.**

capitulatio, -onis f. **1 index, recapitulatio** - Aufstellung, Zusammenfassung: ODILO SUESS. Seb. epil. (46) in qua (scedula) numerosa . . . plurimum -e virtutum eius insignia breviata . . . habentur inserta. **2 statutum regis** - königliche Satzung, Kapitulare: CAPIT. part. Saxon. tit. -o de partibus Saxoniae. CHART. Ital. Ficker 7 p. 10,3 sicuti edicti pagina -is . . . Haistulphi regis continet. **expressius i. q. statutorum usurpatio** - Anwendung von Kapitularien: CHART. Ital. Ficker 29 p. 40,5 (a. 976) de omni ratione, altercatione, -e, inquisitione, querimonia et de universis capitulis. ***capitolo, -atum, -are.** **1 per capita narrare, singillatim conscribere** - kapitelweise berichten, Punkt für Punkt aufzeichnen: HUGEB. Wynneb. 10 istas res, quas nunc -emus. ACTA imp. Winkelm. I 404 p. 351,9 (a. 1248) concedentes ipsis comitibus . . . potestatem . . . -andi et recapitulandi antiqua eorum statuta. **2 computare** - berechnen: BERNO ieiun. 35 4 (PL 142,1093^A) quod ex feriarum consideratione -tum aliquando vacillat. **3 vituperare** (in monachorum conventu) - (in der Kapitelversammlung) tadeln, 'kapiteln': EKKEH. IV. cas. 34 officium -andi et puniendi gravissimum abbatis.

capitulum, -i n. vel rarius capitulus, -im. (f. -a: p. 233,58. cf. p. 233,13. 234,1) script.: ka-: l. 72. p. 233,11. al. -pp: CHART. Raitenh. 173. -tol-: l. 53-57. p. 233,45. 235,59. -ll-: p. 234,14.

I de parte scripti i. q. caput - Abschnitt, Kapitel: **A proprie**: **1 strictius**: a de libris, epistolis: ALDH. ad Acirc. 2 p. 71,7 quod quinto hereticorum -o . . . liquet. LIUTG. Greg. praef. non numerosa -a . . . scribere. ALCUIN. epist. 305 p. 464,18 sermonis seriem distinxit -is (WALAHFR. Gall. praef. p. 281,8 vultis . . . seriem confusam -orum distinguunt limitibus). EPIST. var. I 33,1 -um de regula coram fratribus legebatur (CONSUET. Trev. 44 p. 54,30sq. legitur ad -um conventum hoc -um de r.). WIBALD. epist. 238 p. 357,31 de -o litterarum vestrarum. saepe. **b de sacra scriptura** (saepe i. q. locus - Stelle): **α in univ.**: PIRMIN. scar. 19 quattuor -a (-ola A) actuum apostolorum. GODESC. SAXO theol. 11 p. 218,18 cum . . . apostolus in ipsis medio -i . . . dicat: 'eqs.' LAMB. TUIT. Herib. 2,7 p. 1250,17 -um imponit: 'Christus resurgens eqs.' **al. β usu liturg.**: VITA Gaug. 3 (MGMer. III p. 653,8) -us lectionis. ORDO Rom. 18,3 -olo dicto orant. MIRAC. Bert. 4 p. 511,29 diurnalia -a cum vespertinalibus psalmis didicit. HERBORD. Ott. 3,34 -a et orationes per totum annum. LIBER ordin. Patav. 1,2 in sabbatho ad vespere -um: 'fratres scientes, quia hora est'. **al. expressius de lectione ipsa**: RUP. TUIT. Herib. 35 (PL 170,426^b) lectionem, quam nos -um dicimus. LIBER ordin. Rhenaug. p. 33,13 festum . . . -um et sequentia recipit. **γ de psalmodum particulis** (cf. p. 228,45qq.): VITA Arnulfi 20 -o dicto surgimus. VISIO Baront. 5 hunc -um aedidit. LAMB. HERSF. annal. a. 1075 p. 206,22 versiculum brevem ex psalterio proposuit: 'huius', inquit, '-i . . . sensum eqs.' **al. c de legibus, instrumentis i. q. articulus** - Artikel, Paragraph: CAPIT. reg. Franc. 14 p. 33,34 quae . . . sunt prolata, per distincta -a subter tenentur inserta. LEX Frison. 11,3 hoc et superiori -o constitutum est. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 284,31 in decretis suis (sc. papae) k-o

II. WILH. HIRS. const. 1,1 p. 931^c in -o camerarii. *al. numerus* - *Nummer*: TRAD. Ratisb. 102 (a. 883/87) traditionem, que -o XXIII conscripta est. **2** *latius de summano*: **a** *spectat ad singula*: **α** *titulus capituli* - *Kapitelüberschrift*: HRABAN. epist. 5 p. 390,16 quam (*paginam*) . . . cum singulis -is distinctim ordinantes preposuimus. **β** *designatio capituli* - *Kapitelangabe*: HRABAN. epist. 5 p. 390,10 *lector* notet -um, quod in margine paginae eidem sententiae prescriptum est. *ibid. al.* **b** *usu tantum plur.*: **α** *index capituli* - *Kapitelverzeichnis*: LEG. Burgund. const. I capit. p. 36,1 incipiunt -a legum (LEX Ribv. capit. k-a [tituli A 6. 7]. ALCUIN. Willibr. 1^{capit.} [MGMer. VII p. 114,11] -i libri primi. HEITO Wett. capit. -ae [A]. OTTO FRISING. gest. 2^{capit.} -a in librum secundum. *saepe*). VITA Elig. 2,81 p. 740,30 subnexis -is. HRABAN. epist. 37 p. 473,28 in -is singulorum librorum. **β** *argumentum* - *Inhaltsangabe*, 'Regesten': HINC. epist. I 186 p. 190,22 mitto . . . vobis -a, in quibus summa continetur de omnibus epistolis. **γ** *elenchus* - *Liste*: CAPIT. reg. Franc. 81,15 presbyter -a habeat de maioribus vel de minoribus vitiiis. **B** *meton.*: **1** *de sententia*: **a** *suggestio, propositum* - *Anregung, Vorschlag*: EPIST. var. II 5 praef. epistola cum XII -is quorundam fratrum. CAPIT. reg. Franc. 196,20 ea -a hic inserere. GESTA Camer. 3,51 hoc habuerunt -um, ut *egs. interrogatio* - *Anfrage*: ACTA imp. Winkelm. I 818 p. 634,43 (a. 1238) -a, que misisti, benigne recepimus. **b** *admonitio, postulatio* - *Mahnung, Forderung*: RADBERT. Arsen. 17 p. 85,21 -a, quae augustus . . . filiis direxit. RAHEW. gest. 4,34 p. 276,21 -a durissima proposita sunt. **c** *dictum, arbitrium* - *Außerung, Standpunkt*: BERNOLD. CONST. chron. a. 1079 p. 436,4 -um Pafnutii de eadem re (*sc. nuptiis presbyterorum*). WIBALD. epist. 263 p. 391,16 de quibus omnibus . . . aliquid -um eligere. **d** *dogma, doctrina* - *Lehrsatz, Lehre*: OTTO FRISING. gest. 1,50 p. 71,14 (epist.) episcopi . . . -a a . . . patribus condemnata . . . adiudicaverunt. 1,51 p. 74,4 predictorum -orum . . . sensum negans *Petrus Abailardus. ibid. al. adde*: IONAS BOB. Columb. 2,9 p. 247,7 ob trium -orum dissensione ('*Dreikapitelstreit*'). **2** *de constitutione i. q. decretum, praescriptum, praeceptum* - *Beschluß, Bestimmung, Verordnung*: **a** *spectat ad canones sim.*: CONC. Merov. p. 197,22 edictum vel -a canonum (FORM. extrav. II 1 p. 550,9). BEDA hist. eccl. 5,24 p. 354,24 synodus . . . utilissima x -orum. CAPIT. reg. Franc. 154,1 -a concilii. WALAHR. exord. 23 p. 498,6 in -o Thelesphori. REGESTA Alsatiae 656 p. 390,11 (ed. A. Bruckner. 1949) -a, quomodo . . . abbatisa sit eligenda. ANNAL. Magd. a. 1085 p. 176,50 legerat -olum nullum . . . ad synodum posse vocari. CARM. Bur. B 42,7,1 Romani -um habent in decretis, ut petentes audiant *egs. al. interdium* - *Verbot*: LEG. Wisig. 12,3,9 omnium -orum . . . transgressor. COD. Karol. 94 p. 634,26 olitanis -is, quae a sacerdotibus cavendi sunt, mundum . . . esse. **b** *spectat ad leges*: CAPIT. reg. Franc. 268 p. 294,37 -a legis et antecessorum nostrorum. 274,15 nec per -a progenitorum nostrorum neque per legalia -a. *in civitate*: ANNAL. Ianuens. III p. 45,23 qui -a emendavit et ipsa per libros distinxit. **c** *spectat ad regum statuta* (cf. F. L. Ganshof, *Was waren die Kapitularien?* 1961. p. 135qq.): **α** *in univ.*: LEG. Lang. p. 192,12 -a dua . . . in breve previdimus statuere. CAPIT. reg. Franc. 28,25 secundum priorum -arum domni regis. 55,3 -a, quae in anteriore capitulari scripta sunt. ANNAL. regni Franc. a. 819 p. 150,14 legibus . . . -a quaedam . . . conscripta atque addita sunt (cf. CAPIT. reg. Franc. 138,20 in -is legis mundanae a nobis constitutis. CATAL. biblioth. Lehm. I 16 p. 79,26). CAPIT. reg. Franc. 266,4 secundum leges ac -a regia. 270^c summa -orum, quae apud Confluentes modo acceptata sunt a senioribus nostris regibus (cf. R. Schneider, *Brüdergemeinde und Schwurfreundschaft*. 1964. p. 195qq.). DIPL. Otton. III. 394 p. 825,23 iuxta domni Karoli . . . decretum venerabile atque -um. CONST. I 32 p. 64,15 tria -a inseruimus. *al. remissius*: CONST. II 180 p. 223,5 (a. 1233) remissis ex parte nostra (*sc. imperatoris*) offensis, iniuriis et quam pluribus aliis -is. **β** *capitulare* - *Kapitulare*: LEG. Burgund. const. II 21^{tit.} incipit -us, quem domnus noster . . . instituit (CAPIT. reg.

Franc. 102^{tit.} i. k-a, qualiter *egs. al.*). CAPIT. reg. Franc. 48 p. 134,16 iste -us fuit datus in anno septimo. *de instrumento ipso*: CAPIT. reg. Franc. 40,19 manufirmitationes suas in ipsis -is faciunt homines. 77 praef. qui (*imperator*) . . . manu propria firmavit -a ista. 150,26 ut -a . . . a cancellario nostro archiepiscopi et comites . . . accipiant et . . . omnibus relegant (cf. R. Schneider, *DiArch*. 23. 1967. p. 290). DIPL. Otton. III. 339 p. 767,44 abbas pre manibus tenebat -um. *al.* **3** *de pacto i. q. conventio, clausula* - *Vereinbarung, Klausel*: FORM. Wisig. 40 per ill. et ill. -o nobis collata sunt. EDICT. Roth. 366 in tale -o. CHART. Tirol. 1080^a p. 364,40 si . . . fratres . . . venerint contra aliquos de predictis -is in fraudem. CHART. Ticin. 33 (ed. L. Brentani, *Cod. dipl. Ticin.* I. 1929. p. 76,18) in quolibet -o et -ullis. *al. remissius i. q. condicio* - *Bedingung, Fall*: CAPIT. reg. Franc. 233,25 nec . . . per nullum -um arbores portantes deleret. CHART. Tirol. 745 p. 174,24 ut in omnibus -is debeant esse et dare obsides. **C** *translate*: **1** *de rebus gestis, gerendis*: **a** *factum, res singularis* - *Einzelheit, Gegenstand, Punkt*: STEPH. EDD. Wilfr. 52 p. 246,32 ut unum . . . k-um accusationis eligerent (*item de accusatione*): CHART. Bund. 262 episcopus . . . de tribus . . . fuit -is impetitus. 465 aliquo ipsorum -o). EINH. epist. 8 ut de tribus -is te certum facerem. FORM. Augiens. C 7 p. 368,9 rex missos suos patri . . . direxit tria -a rogans. RAHEW. gest. 3,24 quasdam causas . . . legatis per -a distinxit *imperator. al.* **b** *quaestio, problema* - *Frage, Problem*: LIBER diurn. 60 p. 52,22 cum plura sint -a et alia ex aliis cottidie procurrent. CAPIT. reg. Franc. 28,1 in primordio -orum exortum est de . . . erese *egs.* 191^{tit.} haec sunt -a, quae aliqui ex missis nostris ad nostram notitiam detulerunt. **c** *facinus* - *Straftat* (cf. F. L. Ganshof, *op. cit.* p. 17): CAPIT. reg. Franc. 13,1 de istis -is (crimibus 2) pecuniam suam perdat. CAPIT. Saxon. praef. de illis -is, pro quibus Franci . . . solidus LX componunt. **2** *de cogitatione*: **a** *ratio* - *Gesichtspunkt*: CAPIT. reg. Franc. 150,2 ut tria specialiter -a . . . in huius regni administratione . . . conserventur. **b** *causa* - *Grund*: COD. Karol. 2 p. 478,10 non . . . pro alio . . . eosdem duces rex persequitur -o nisi pro eo, quod *egs.* HRABAN. hom. II 129 p. 394^b ex hoc . . . -o arguit eos avaritiae, quod *egs.* **3** *de serie*: **a** *locus* - *Stelle*: ARCHIPOETA 10,11,1 tercio -o memoro tabernam (*antea*: secundo). **b** *vices* - *mal*: HONOR. AUGUST. gemm. 1,60 semper ternis -is benedicit *episcopus populum*. **4** *de qualitate i. q. modus* - *Art und Weise*: EPIST. pont. Rom. sel. I 2 p. 38,40 quid potuit fidelem filium suum (*sc. regis*) in quocumque ledi -o? **II** *de conventu clericorum (laicorum: p. 235,25)*: **A** *de coetu i. q. consessus fratrum* - *Kapitelsitzung, 'Kapitel'*: **1** *strictius*: **a** *de monachis, canonicis*: **α** *spectat ad monasteria*: DIPL. Karoli III. 6 p. 10,8 abba . . . deducens nos . . . in -um convenientium fratrum. CONSUE. Trev. 14 p. 15,16 -um ideo vocatur, quia sancte conversacionis est caput. 19 de -o et prandio puerorum. CHRON. Bened. I 5 ut . . . -um faceret *abbas*. CASUS Petrish. 3,50 magistrum debere esse in -o ut leonem, in conventu ut patrem. HILDEG. epist. II 29,22 p. 429,3 obiurgatio, quae fit in -is. CAES. HEIST. hom. exc. 127 cum . . . abbas . . . iuniores in -o . . . culparet. *al. expressius de iure societatis*: WILH. HIRS. const. 2,15 p. 1055^c si fratribus suis societatem et -um nostrum vult acquirere *abbas alterius loci*. **β** *spectat ad ecclesias, cathedrales sim.*: RATHER. epist. 7 p. 38,5 -o clericorum interesse. GERH. AUGUST. Udalt. I 28 p. 416,5 usque in communi -o domi cuncti fratres . . . se coadunarent. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 293,32 legati convocato illic fratrum collegio -um pro fuga . . . episcopi . . . cum eis fecerunt. CHART. episc. Hild. I 483 p. 460,3 actum in pleno -o. STATUT. ord. Teut. p. 59,15 fratres . . . in domibus suis vel in castris . . . -um teneant. CHART. Lamb. Leod. 479 p. 582,29 fiat -um speciale. *al. adde*: ALEX. MIN. apoc. 20 p. 441,18 in primitiva ecclesia . . . -a celebrabantur in criptis sub terra. **b** *de praelatorum congregatione provinciali*: **α** *spectat ad ordines monachorum, militum*: ANNAL. Erf. praed. a. 1231 -um provincialis Predicatorum fuit Erfordie (STATUT. ord. Teut. p. 74,15. *al.*). CHRON. Erf. mod. II a. 1257 p. 249,35 -um abbatum ordinis sancti Benedicti pro Thurin-

giam et Saxoniam celebratum est. SALIMB. chron. p. 224,7 de corpore -i. **β** *spectat ad synodum vel iudicium (archi)episcopi (patriarchae: l. 8)*: EPIST. Teg. I 21 usque ad proximum -um aut synodum vestram (*sc. episcopi*). CHART. Raitenh. 14^a in manifesto -o nostro (*sc. archiepiscopi*). CHART. Xant. 40 p. 30,46 clericis et laici, qui generali -o 'tibi dixit' interfuerunt (TRAD. Scheftl. 239^b in g. -o episcopi. CHART. Carniol. I 146 p. 130,22sq. in g. -o, quod . . . celebravimus [*sc. patriarcha*] consilio episcoporum et totius -i *Aquilegiensis*). CHART. Turic. 357 p. 238,13 ad sequens -um testem . . . producere. HEINR. LETT. chron. 18,5 p. 117,22 convocatis . . . sacerdotibus omnibus et habito -o et consilio cum eis. *al. adde de clero regionis*: GERH. AUGUST. Udalr. I 6 p. 395,1 -a cum clericis habere disposuit in his locis, ubi haecaptissime fieri archiepiscopi putaverant. **c** *de congregatione ordinum generali*: HERM. TORN. Mar. 3,6 (MGScript. XII p. 658,7) constituit *Norbertus* . . . , ut . . . universi abbates . . . ad . . . Premonstratensem ecclesiam . . . convenirent et . . . generale -um tenerent (HERBORD. Ott. 1,20 p. 712,25 g. -um non admittit *ordo s. Benedicti*, cum Augustiniani, Cistercienses et Nortbertini hoc polleant honore. STATUT. ord. Teut. p. 102,12 -um g., ad quod convocabuntur commendatores. SALIMB. chron. p. 68,19 g. -um fratrum Minorum Assisii est celebratum. *al.*) STATUT. ord. Teut. p. 97,22 cum consensu -i principalis. *al. d de laicis: α spectat ad cives*: CHART. select. Keutgen 256 p. 353,20 (a. 1178/82) in domo burgensium *Coloniae* in -o officialium de richirzegheide. ANNAL. Ianuens. II p. 44,1 dimiserunt . . . consules officium consulatus et -um. **β** *spectat ad servientes*: STATUT. ord. Teut. p. 109,15 vicepreceptor debet . . . cum servientibus, qui sub ipso sunt, tenere -um. **2** *latius de collegio instituto: a spectat ad monasteria*: WIBALD. epist. 266 p. 394,8 tribulationes pro eodem -o sustinimus. CHART. Epternac. 211 p. 353,27 ex consensu utriusque -i (TRAD. Teg. 387 ex c. -i nostri ac ministerialium. *al.*) CHART. Babenb. 241 p. 70,5 cum sigillis abbatis . . . sancti Lamberti et -i. CHART. Tirol. notar. II 349 pro toto conventu et -o de Piburch. CHART. Hamb. 735 p. 609,7 (epist. papae) prefati -um, habentes ad nos . . . recursum, humiliter petebant *eqs. al.* **b** *spectat ad ecclesias, cathedrales*: RAHEW. gest. 4,77 p. 324,24 -um beati Petri . . . venit ad pedes . . . papae. CHART. ecll. Halb. I 3 p. 3,29 assensu maioris -i. CHART. Solod. 268 sigillo . . . prepositi et -i. CHART. civ. Erf. 76 p. 38,5 -um b. Marię . . . tradiderunt. CHART. Tirol. 1014 ad petitionem -i nostri (*cf.* CHART. Stir. III 82 p. 147,17 prepositus . . . cum universo suo -o). TRAD. Patav. 1367 nobis -o et ecclesie est astricta *Chunicundis*. CHART. select. Keutgen 316 prepositus et -um canonicorum s. Petri in Basilea. CHART. Lamb. Leod. 320 (epist. papae) a vobis, filii -um. CHRON. Hild. 26 p. 859,8 -i et cleri consensu. *saepe*. **B** *de aedibus i. q. oecus vel domus, ubi conveniunt clerici - Kapitelsaal, -haus: 1 spectat ad monasteria*: EPIST. var. II 5,8 fratres vadunt ad -um et . . . laborant. CARM. Walahfr. app. 5,6^{ult.} versus ad -um. GESTA Trud. cont. I 12,10 -um . . . ordinavit *abbas* tribus parietibus. LEO MARS. chron. 3,10 vetus -um funditus diruens novum construxit. CATAL. thes. Germ. I 146,45 (Mittelaltr. Schatzverz. I. 1967) -um, cuius omnes sedes . . . erant ornatę. SALIMB. chron. p. 555,37 -i hostium. *al.* **2** *spectat ad ecclesias, cathedrales*: GERH. AUGUST. Udalr. I 4 p. 391,11 fratribus . . . ad -olum pergentibus. THIETM. chron. 6,74 nos confratres ad -um tunc venientes. CHART. Raitenh. 72 acta sunt . . . in -o maioris ecclesie.

III cardo masculus - Zapfen: GERB. (?) astrolab. 2,5 ad quas (*tabulas*) concipiendas frons eius (*umbonis*) parvo terebratur foramine, cui acuta tabularum infinguntur -a.

capitum v. capitulum.

capnitis (cafn-), *acc. -an (f.)* (καπνίτης) *fort. i. q. capnos - viell.: Erdrauch (cf. l. 71; v. Diosc. gr. 4,109 [rec. RV] καπνός . . . καπνίτης)*: ANTIDOT. Glasg. p. 101,28 teris manus plenas pulegi, cafnitan tunde.

capnos (cafnas), -u vel -i m., f., n. (καπνός) **1** *fumaria - Erdrauch (Fumaria officinalis L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 505sq.)*: PAUL. AEGIN. cur. 96 -i (3,22,

19 καπνοῦ), quod in ordeis nascitur, sucum. 209 p. 146,2 elixaturam . . . -u (3,46,6 p. 254,8 καπνοῦ) qui in ordeis. ANTIDOT. Glasg. p. 126,22 litargium -III, cafnas -II. DYASC. p. 52^b -os, quae latine fumararia dicitur (ALPHITA II p. 33,20). **2** *scelerata - Hahnenfuß (Ranunculus sceleratus L.)*: GLOSS. III 486,45 St.-S. -os hanenuōz.

capo (cappo), -onis m. *script.*: cha-: l. 24. -pan-: l. 20. *metr. cā-: l. 11.*

1 gallus castratus (et saginatus) - Kapaun: **a gener.**: PRACT. puer. 54 recipe -em veterem *eqs.* Ps. ODO MAGD. herb. 307 capreoli . . . niveique -es, quae sunt unius virtutis. HILDEG. phys. 6,14 p. 1295^b sano homini cappo ad comedendum bonus est, infirmo autem non multum valet, quia cappo non satis laborat. WALTH. AGIL. med. 7 p. 103,29 accipiatur -o et nutriatur cum furfure *eqs.* ALBERT. M. animal. 23,118 gallinacium antiqui paponem, moderni autem -em vocaverunt. *al.* **b iur. de tributo**: CHART. Mog. A 368 p. 268,6 (a. 1085) quorum (*mansorum*) unusquisque . . . quatuor -es in festo sancti Martini persolvit. CHART. Wirt. II app. 1 p. 417,16 contulit ecclesie . . . II cappanes. CHART. select. Keutgen 130 p. 110,3 dabit *scultetus* domino episcopo omni septimana . . . decem pullos, qui vocantur cappones *eqs.* CHART. Rhen. med. II 212 p. 250,19 duo gallinatii sive cappones. CHART. Bern. II 137 ut nichil servicii accipiant nisi unum ch-em. CHART. Basil. C II 154 quod . . . duo -es nomine honorarii . . . monasterio exsolvantur. *saepe*. **2 eunuchus - Eunuch**: LIUTPR. leg. 63 p. 211,4 ipsi (*episcopi Graeci*) -es, sed, ha, caupones volui scribere. p. 211,7 dicimus enim, quia -es sunt, id est eunuchi *eqs.* *cf.* 1. *cappus, *capunus.

capolo sim. v. capul. *capolus *sim. v. camp.*

***caponaria**, -ae f. *exactio caponum - Abgabe an Kapaunen*: CHART. Helv. arb. 135 p. 209,11 (a. 1273) iniuste compellunt . . . -am in dictis hominibus pluries in anno. p. 209, 12 collectores . . . -ae.

***caponia**, -ae f. *exactio caponum - Abgabe an Kapaunen*: CHART. Bern. III 73 (a. 1274) ius servicii . . . , quod in . . . averneria, -a, gerberia . . . habebat.

***caponius**, -a, -um. *castratus - entmannt*: EGBERT. fec. rat. 2,536 Astarten coluit *Salemon*, simulachra -a suplex.

capos v. carpos. capotaneus sim. v. capit. Prinz

1. cappa (capa), -ae f. *script.*: ka-: l. 46. *adde* CHRON. Ottenb. p. 627,12. *al. coppa: p. 237,23. camp(a)*: CATAL. thes. Germ. I 30,5sq. (Mittelaltr. Schatzverz. I. 1967). *al.*

I vestis superior, pallium (saepe c. caputio assuto), amictus - Obergewand, (Kapuzen-) Mantel, Umhang (cf. GLOSS. IV 215,52 St.-S. kappa chappa. al.; de re v. J. Braun, Die liturgische Gewandung. 1907. p. 307sq.; J. van den Bosch, Capa, basilica, monasterium. 1959. p. 73sq.): **A latius de usu cotidiano**: **1 clericorum**: ALCUIN. epist. 8 p. 33,26 dirigite . . . -as nigras et rubicundas caprinas. 184 p. 309,9 adferens clericus mihi -am Romano more consumam. TRAD. Brixin. 69 stipendii (*sc. canonico dandi*) summa hec est: . . . in uno anno -a, in altero frocca. HILDEG. epist. I 48 p. 250^A (*de visione*) populus . . . vilibus -is . . . induitur et recto modo tonsus incedet. CHART. Stir. II 205 p. 295,10 ut . . . -e canonicorum . . . agnellinis pellibus subvestiantur. CHART. Rhen. med. III 631 p. 481,18 Vrumoldo -am meam pluvialem *lego*, . . . Arnoldo . . . -am meam coralem. ORD. canc. pap. 3,4,3 scriptores . . . moneo, quod . . . deferant . . . capas rotundas vel clamides; . . . capas rugatas . . . non utantur. *al.* **2 monachorum sim.**: EPIST. var. I 13 p. 512,20 vestimentum, quod a Gallicanis monachis cuculla dicitur et nos -am vocamus. CAPIT. reg. Franc. 170,22 ut . . . tunicas duas et cucullas duas et -as duas unusquisque monachorum habeat. TRAD. Frising. 469 cum -a monachica. WALAHFR. Otm. 2 p. 42,43 ut . . . sine tunica sola -a contactus ad monasterium remearet. EKKEH. IV. cas. 5 bonus fur . . . -a . . . , uti fratrum unus putaretur, indutus. CONSUET. Marb. 236 (Spicil. Friburg. X. 1965) ut . . . -am unam pene superpellicio equalem habeant. 250 a festivitatem . . . omnium sanctorum usque ad pascha sine -is in chorum non intrabunt *fratres*. HIST. Hirs. 2 p. 256,8 hii (*fratres*) subtus cucullis, desuper -is utebantur. PASS. Thiem.

II 10 p. 57,49 quidam religiosus ex illis, qui apud canonicos et monachos exteriores fratres in -a vocantur. ABSAL. serm. 29 p. 174^c si tunica, si -a pluvialis de subtiliori . . . materia fuerint. VITA Eberh. Salisb. I 7 grandevus quidam . . . apud eum conversus -am induit. CAES. HEIST. mirac. I 1,41 matrona . . . -am conversi induit. 4,10 p. 181,33 sacerdos . . . -am habens in pectore signatam quasi Templarii. STATUT. ord. Teut. p. 38,27 in palliis et -is et tunica armorum crucem nigram deferendo. SALIMB. chron. p. 435,6 nisi vos religiosi . . . adiuvetis nos cum -is et caputiis vestris. *saepe. alleg.:* ARNO REICHERSB. scut. p. 1506^B est . . . -a vestis lanca . . . , quae . . . humilitatem in nobis mortificationis et abrenuntiationem mundi significat *egs.* CAES. HEIST. hom. exc. 231 p. 158,10 -a novicii . . . significat pudiciam *egs. al.* 3 *abbatum* (*abbatissae: l. 16*) *vel episcoporum:* RUD. FULD. Leob. 14 -am, qua erat induta, abiciens *abbatissa*. RIMB. Anscar. 16 p. 37,18 sine -a sua vix evasit *episcopus*. ANON. Mell. 110 p. 94,19 propter irregularem eius, quam ex Germanicorum abbatum usurpatione . . . portabat -am. GERLAC. annal. a. 1184 p. 699,28 non equitavit *abbas* in scapulari vel cuculla ob relevandum . . . nimium calorem, sed semper in -a. 4 *laicorum:* ORD. iud. Dei app. II. p. 718,6 cooperiatur *fur* . . . pallio vel -a (coppa 1) propter frigus. CHART. Bund. I app. p. 393,10 -as laneas IV. RUODLIEB V 594 (ad sellam po)st se -am solet ille *miles* ligare. GESTA Camer. cont. II C 6,66,4 tollebat *homines rapaces* -am rustici. VITA Meinw. 152 p. 81,1 episcopus . . . indutus -a laicali. CARM. BUR. A 194,10,8 veris ad introitum -am palliare. CAES. HEIST. mirac. I 8,59 p. 131,28 -am . . . furratam. BURCH. URSB. chron. p. 97,28 -a, qua indutus erat *comes*, . . . laniata. WILH. RUBRUQU. itin. p. 251,4 homines *Ruteniae* portant -as sicut Teutonici. *saepe. de sagulo s. Martini:* OTFR. carm. 1,11 domus medio, quae -ae ex nomine dicta est. *v. et p. 201,13sqg.* 5 *iocose de pelle bestiae:* NIVARD. Ysengr. 6,438 nova succrescens dat tibi (*sc. asello*) -a decus. *B strictius: 1 de usu festivo vel liturgico (saepe i. q. pluviale - Rauch-, Vesper-, Chorman-tel): a in univ.: ANGLIB. eccl. Cent. 3 p. 177,28 donavimus ecclesiae . . . -as cc. GESTA Font. 17 p. 53,33 -as Romanas duas, unam . . . ex rubeo cindato et fimbriis viridibus . . . ornatam, alteram ex cane Pontico. CATAL. thes. Germ. I 16,5 sq. (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) -e principales x. 9,4 -as III coccineas. 48,44 -e sunt LIII, quarum due sunt aureis bul-lis parate *egs.* 7,16sq. -e purpureae v . . . , -e . . . pueriles II. FOLCUIN. Bert. 85 -am . . . nivei coloris, rubeis intersertam volucrum figuris. GESTA Trud. cont. I 10,12 p. 294,40 abbates albis et -is preciosis induiti. RUP. TUIT. off. 2,24 -as . . . in maioribus festis superinduimus *egs.* BERTH. ZWIF. chron. 10 p. 174,12 Bolezlaus . . . -am nigram albos boves habentem intextos misit. GESTA Virid. cont. II 6 p. 519,20 -am nigram aurifrigiatam. ACTA imp. Winkelm. I 670 -e de sammito ialino tres, -a una celestria de olobrio. *persaepe. proverb.:* WILH. ANDR. chron. 211 quod utraque pars pro -a ordinarii conflictum haberet. *b spectat ad officia divina sim.:* *a cantorum, sacerdotum sim.:* CONSUET. Trev. 43 p. 47,26 quando . . . -is utuntur *diaconi*. LIBER ordin. Rhenaug. p. 28, 11 sacerdos altaria incensat in -a. HONOR. AUGUST. gemm. 1,72 hi (*pontifex et clerus*) . . . subtus albis et desuper -is vel aliis solemnibus vestibus induuntur. 1,227 -a propria vestis est cantorum *egs.* VINC. PRAG. annal. a. 1158 p. 675,12 cantorem . . . in albis -am choralem de serico . . . portantem. EPIST. Dominic. 24 -am pulcrum . . . ad usum ebdomedarii. *persaepe. b monachorum:* CONSUET. Trev. 43 p. 41,40 (codd. CE) cuncti *fratres* revestiti sint ad missas cum -is sollempniter. p. 42,23 preparant se sicut in die albis et -is generaliter ad vesperam (MIRAC. Ursin. 2,6 p. 839,31). *al. c spectat ad processiones sim.:* ORDO Rom. 10,3 presbiteris duobus, qui episcopum ducturi sunt, -ae *praebendae* sunt. ORDO Rom. ant. p. 46^B,41 casulas vel -as in terram iactantes proni adorent crucifixum. ЕККЕН. IV. cas. 59 p. 219,6 reliquias . . . -a illa aquilifera indutus *Ulricus* . . . reportabat. ЕАМ. hist. 2 (MGScript. XIII p. 143,3) archiepiscopus Bavenitanus, -a pre omnibus . . . preciosiori decoratus. ORD.*

coron. imp. 14,1 electus cum coniuge . . . deducuntur . . . clericis . . . omnibus indutis -is. VINC. PRAG. annal. a. 1158 p. 674,49 clerici . . . , canonici, monachi et abbates . . . -is ecclesiasticis . . . induiti progrediuntur. ORD. coron. imp. 19,37 scriniarii . . . urbis sericis -is (capis *codd.*) induiti . . . respondeant. *saepe. 2 de vestimento dignitatem manifestante:* *a papae:* PETR. CAS. (?) chron. 3,66 p. 749,20 -am . . . rubeam induebat, albam vero numquam ei (*Victori papae*) potuerunt induere (Cod. Udalr. 245 p. 424,1. RAHEW. [?] dial. p. 537,33 an non tu ipse temetipsum . . . rubea -a . . . induisti?). WILH. ANDR. chron. 169 p. 743,36 (*de somnio*) fimbriam -e eius (*papae*) apprehendo. *b episcoporum et abbatum:* ADEMAR. hist. 3,49 p. 173,3 per dies septem indutus processit *episcopus* . . . cum indumentis et -a Romana. CATAL. thes. Germ. I 43,25 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) -e episcopales tres . . . et xx tres communes (CHRON. Merseb. 11 p. 184,21). LAMB. ARD. hist. 39 Milo, primus abbas infulatus -a. *c imperatorum:* ERMOLD. Ludow. 4,394 dorsa *Iudith* tegit aurea -a. ANNAL. Pegav. a. 1117 p. 253,40 -a dalmatica seu tunica . . . eum (*marchionem*) donavit *imperator*. 3 *de vestimento paenitentiali:* THEOD. PALID. annal. a. 1097 Heinrich grisea tunica et desuper nigra -a induto cotidie psalterium dicere . . . iungit *papa*. 4 *de vestimento Christi fort. i. q. tunica - viell.:* KOCK. ROB. TOR. chron. a. 1156 p. 505,40 -a salvatoris . . . reperta est, inconsubtilis et subrufi coloris (*cf. Vulg. Ioh. 19,23*). CHRON. Albr. a. 922 Hugo (*sc. Capet*) . . . a -a Domini, quam de terra promissionis transvexisse fertur in Franciam, appellatus. 5 *de tormento:* ANNAL. Plac. a. 1197 p. 468,33 comes Bologne captus fuit, cui rex Francorum -am plumbeam ei fieri fecit et in eam suam vitam finiri iussit.

II *caputium - Kapuze:* CAPIT. reg. Franc. 252 p. 248,17 ut laicis indumentis clerici non utantur, id est mantili vel cotto sine -a. GERHON. ad Innoc. p. 232,9 ut non laicalibus vestibus utantur *clerici*, id est mantello sive aliis sine -a. *de fascia lineae baptismali (cf. LThK. 2 IX. p. 1327sq.):* ЕККЕН. URAUG. chron. a. 1125 p. 263,47 infantes suos . . . cum . . . -a, quae dicitur vestis candida, . . . ad baptismum deferant. RITUALE Rhenaug. 51 (Spicil. Friburg. V. 1959) ponens -am super caput eius (*infantis*) et dicat *presbyter:* '*egs.*'

2. *cappa n. (κάππα) decima littera alphabeti Graeci:* MAPPAE CLAVIC. 288^{ex} -a 'k'. *math. de numeri signo:* BEDA temp. rat. 1,86 K xx, A xxx. CARM. Scot. I 14,2,12 *κάππα* bis en denos sibi vindicant arte Pelasga.

capparis (capa-), -is *m. (l. 61.65.69. v. et l. 47sq.), f. (p. 244,26sq.), n. (p. 239,2) (κάππαρις) form. nom. sg.:* -a: *p. 244,26sq. -us: l. 63.65. p. 239,13. gen. (et dat.?) sg.:* -as: *l. 55. ?eo(s): l. 56. al. -ii, -io: l. 58. acc. sg.:* -per: *p. 239,2. -e: p. 239,3. -in: p. 239,1. ?o: p. 239,4. abl. sg. -e: p. 239,6. gen. pl. -rum: l. 60. metr. ca.: l. 65.*

1 *cynosbatos - Kapernstrauch (Capparis spinosa L., cf. André, Lex. bot. p. 70): a de frutice toto:* PAUL. AEGIN. cur. 125 instilla . . . -is (capa- *A*; 3,23,8 *καππάριως*) foliorum viridum aut fructus . . . sucum (ROGER. SALERN. chirurg. 966. *al.*) 212 p. 152,26 caparis (-as *B*) cortex (ANTIDOT. Augiens. p. 44,1). p. 153,12 capareos (-eo *B*) radicis corticis (AESCULAPIUS 11 p. 16,8. RECEPT. Sangall. I 176 radicem rappario [*sic?*]). DYNAMID. Hippocr. 2,111 -ii, hoc est lappae herculianae, radix. WILH. SALIC. chirurg. 1,47 p. 318^D r. asparagorum et -rum. *al.*) CONSTANT. AFRIC. grad. p. 365,31 -es calidi et sicci . . . ; quorum poma, frondes, semen et radix intrant in medicina *egs.* IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 11b^F -us sive -is . . . est . . . herba; . . . cortex, radix et folia et flores competunt usui medicine. Ps. OTHO med. 78 laudatur caparus solidus, rubeus, subamarus. ALBERT. M. veget. 5,117 -is videtur imitari galangam in sapore et figura *egs. al. v. et p. 244,25. alleg.:* HRABAN. univ. 19,6 p. 514^D in dissipatione -is concupiscentiae frigus ostendit *Ecclesiastes* (12,5). ABSAL. serm. 43 p. 246^D dissipatus est caparis, quia Iudaea aculeis peccatorum spinosa a pinguedine spiritali vacua permansit. *b de fruticis partibus:* PAUL. AEGIN. cur. 54 p. 31,25 convenit . . . caparis continue comesta. 209

p. 144,25 porra ex oximelle . . . et caparin (3,46,5 κάππαριν). TRACT. de caus. mul. 8 capper teris, cum vino bibat. ANTIDOT. Berolin. 12 piper nigro -iis . . . -e -i. ANTIDOT. Glasg. p. 138, 33 -o -i, xilobalsamo dr. iis . . . tundis. ALPHITA I p. 282,18 -is fructus est. ALBERT. M. animal. 22,117 p. 1411,29 pulmo lupi . . . cum capare . . . commixtus. *al.* 2 *solsequium minus vel kalendula agrestis - Feste oder Gemeiner Löwenzahn, Pippau (Crepis L. vel Taraxacum officinale L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1237sq.)*: GLOSS. III 553,44 St.-S. -is pypawe. 3 *Brassica oleracea var. capitata (L.) vel sim. - Weißkohl o. ä. (cf. p. 256,28sq.)*: GLOSS. V 38,25 St.-S. caparis capuz. 4 *gentiana - Enzian*: GLOSS. III 554,29 St.-S. -us genciane (*v. notam ed.*).

***cappatio** (capa-), -onis *f.* *amicthus - Bekleidung mit einem Mantel, Umwurf*: ALBERT. M. princ. 7,1 p. 360^a,22 in . . . omnibus, quae generum vel specierum habitus nomina esse dicuntur, ut vestitio, -o, tunicatio.

***cappatus** (capa-), -a, -um. 1 *cappa vestitus - mit einem Mantel bekleidet: a in univ.*: ANNAL. Egm. a. 1164 p. 171, 26 cum loricatis militibus, sed desuper -is cepit comes eum (*fratrem*). CHRON. Mont. Ser. a. 1223 p. 204,29 signiferum illum -um (capa- 1) videns. ALBERT. M. metaph. 5,5,2 p. 277,60 (ed. B. Geyer. 1960) qui (*habitus*) significatur per indutum esse et -um et tunicatum (*cf. miss. 2,10,3 p. 69^b,28*). *al. per compar.*: CHRON. Reinh. a. 1204 p. 567,29 qui (*militis*) tamquam -i introeuntes (*civitatem*). *subst. masc.*: ALBERT. M. summ. theol. I 13,52 p. 534^b,3 sicut de non albo fit album . . . et de non -o -us. *b de vestimento conversorum*: VITA Gebh. Salisb. II 27 p. 48,7 fratrum . . . exteriorum seu -orum rebellione. *c de vestimento festivo*: CONSUET. Mell. p. 231,2 faciant processionem abbate -o. p. 231,18 a quatuor vel quinque fratribus -is cantetur antiphona. *d de vestimento magi*: SALIMB. chron. p. 393,24 duxit miles eum (*scolarem*) ad quendam magnum magistrum artis illius (*sc. necromantiae*) capatum et senem et aspectu deformem. 2 *in cognomine i. q. cappam possidens - einen Mantel besitzend*: GENEAL. Fush. I (MGScript. XIII p. 252,30; c. 1160) Hugo, . . . C-tus (*Capet*) a cappa Domini . . . appellatus.

cappedo v. 1. capito. ***cappella** *sim. v. cape-*.

cappellaris v. capillariss. ***cappellula** v. *cappellula.

cappellus v. capellus. **cappesso** v. capesso.

***cappida**, -ae *f.* *pallium cum caputio instructum - Kapuzenmantel*: TRAD. Frising. 660 p. 555,29 (a. 843) census . . . hoc est vestitum monachicum cum camisile et -a.

***cappifer**, -eri *m.* *qui cappa (liturgica) vestitus est - Träger eines (liturgischen) Mantels*: NIVARD. Ysengr. 3,977 tam bene si casulam possidet -r albus (*sc. aries*).

***cappilatura** v. *capellatura. **cappilo** v. capello.

cappillus v. capillus. **cappitulum** v. capitulum.

1. ***cappo**, -are. *in formam cappae redigere - zum (Kapuzen-)Mantel machen*: CARM. Bur. A 194,10,6 vidi quosdam divites . . . contra frigus hiemis pallium -are.

adi. cappatus, -a, -um: *v. l. 18sqg.*

2. **cappo** v. capo. 3. **cappo** v. capus. **cappra** v. capra.

cappula, -ae *f.* *parva cappa - kleiner Mantel*: ΕΚΚΕΗ. IV. cas. 58 p. 216,11 quod . . . sub -a . . . sibimet ipsi manum transfixerit. RUD. TRUD. gest. 7,14 super tunicellam suam indutus vilissimam -am *abbas*.

***cappunus** v. *capunus. ***cappurgium** v. *caputpurgium.

1. **cappus**, -i *m.* (*cf. capo*) 1 *gallus castratus (et saginatus) - Kapaun*: GLOSS. III 355,7 St.-S. gallinacius et -us cappe. 2 *?qui circumcisis est - ?ein Beschnittener*: CAPIT. reg. Franc. 281,31 de -is (*v. notam ed.*; cauponibus *ci. H. Pirenne, ALMA 5. 1929/30. p. 89sqg., vix recte*) et aliis negotiatoribus, videlicet ut Iudaei dent decimam et negotiatores christiani undecimam. *v. ThLL. s. v. 1. capus.*

2. **cappus** v. 1. caccabus. 3. **cappus** v. capus. *Dauser*

capra, -ae *f. script.*: *cabr*: AETHICUS ISTER 59 p. 39,7 *cod. L. CHART. Ticin. 35 p. 80,1 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. I. 1929).* -ppra: CHART. Bern. II 281 p. 307,17. -per(a): *p. 240,18. adde BOTAN. Sangall. 4,8. 10,3. metr.*: *cā*: *p. 240,26. cā*: *p. 240,55.*

capella - Ziege: I strictius de animali domestico (expressius de animali feminino, e. g. l. 12.19.23.28; ?de masculo: l. 15.37; cf. GLOSS. I 114,4 St.-S. -a caiz. III 226,46 -a domestica geiz. 451,2 -e cigun. saepe. v. et l. 54; cf. K. Rein.

5 *Deutsche Wortforschung in europäischen Bezügen. I. 1958. p. 197sq. 211sq. 223sq. 247)*: *A proprie: I gener.*: ALDH. ad Acirc. 131 p. 180,4 -ae micciunt. RECEPT. Sangall. II 66 -a inclusa die et nocte ebulum pascens. HILDEG. phys. 7,16 -a . . . usque ad Augustum comedi potest. ALBERT. M. animal. 3,173 lacte habundat ovis, -a (*p. 522^a,27 αλγετον*) et vacca. 6,108 -ae (*p. 573^b,30 αλξ*) frequentant coitum per totam vitam. 22,37 caper et -a nota sunt animalia, sed multorum generum; domesticum quidem longorum et acutorum cornuum *egs.* 22,38 ex felle -arum silvestrium vel domesticarum. *saepe. de pullo*: GLOSS. I 115,4 St.-S. -a edus. *fort. sensu convicii*: CARM. Bur. B 209,3 trahe tost, -a, concine, clama. 2 *iur. de furto, traditione, praestatione sim.*: LEX Sal. Merov. 5,1 si quis tres -as furaverit. TRAD. Patav. 14 TRADO X -peras. CAPIT. reg. Franc. 128,25 *invenimus -as cum hedis xxx, . . . hircos iii. CHART. Sangall. A II app. 11 p. 390,13 ut . . . -e . . . procurantur. CHART. Stir. I 171 p. 170,21 deputavimus . . . greges . . . -arum. TRAD. Frising. 1772 p. 547,33 solvit i tergum capri maturi vel duo -e. CHART. ord. Teut. 34 de singulis centum -is, que hyemabunt in terra mea, habebitis v carrublas de rustico. *persaepe. B I proverb.*: EGBERT. fec. rat. 1,387 raro audistis ovem de -a poscere lanam (*sim. ΕΚΚΕΗ. IV. cas. 123^{med.}*). 2 *per compar.*: CONR. HIRS. dial. 1528 ut . . . putet esse . . . hircos ut -as mulgibiles. *al.**

3 *in imag.*: ARNO REICHERSB. apol. p. 167,38 -ae . . . sacrificium Dominus Iesus semet ipsum obtulit. 4 *alleg.*: HRABAN. univ. 5,10 p. 131^b -ae . . . vel haedi in hostiam oblati aut carnem salvatoris . . . aut poenitentes pro peccatis suis significant. 7,8 p. 204^b -ae . . . iusti . . . ex gentibus venientes. *al. HONOR. AUGUST. spec. p. 853^c per -am . . . ordo coniugatorum intellegitur. 5 in nominibus: a hominis. CHART. Rhen. med. II 86 p. 125,19 (a. 1187) Henricus C-a. b plantarum*: GLOSS. IV 98,36 St.-S. barba de -a boccis bart. ALBERT. M. veget. 1,160 bacca -arum. *c loci*: BEDA hist. eccl. 3,21 p. 170,22 quod (*monasterium*) vocatur Ad C-ae Caput. 6 *meton. i. q. pellis caprina - Ziegenfell*: VITA Norb. I 4 p. 673,20 quare . . . -arum vestibus uteretur.

II *latius de animalibus feris (cf. l. 14)*: A *ibex - Steinbock*: GLOSS. II 696,49 St.-S. -ae i. capreae steingeizze. IV 187,21 ibix, -a in montibus manens i. steinboch. 351,49 -e steingeizze. *fort. add.*: HONOR. AUGUST. imag. 1,101 lovem . . . -a clam aluit, quam . . . inter sidera transtulit *egs.* (*cf. p. 242,63*). B -a montana *i. q. rupicapra - Gemse*: ANTIDOT. Glasg. p. 140,35 -e montanae locium. ΕΚΚΕΗ. IV. cas. 126 cum -is fugatiores montes percurrerint *Sarraceni*. ALBERT. M. animal. 2,22 habent cornua curva sicut unci -ae montanae silvestres, quae . . . gemezen vocantur (*sim. 12,222*). C *caprea - Reh (cf. GLOSS. II 717,22 St.-S. -ae, caprea reho, nam c[r]apra get dicitur. IV 355,26 -a rehgaiz. al.)*: ERMOLD. Ludow. 3,592 dammas percutere atque -as. ANNALISTA Saxo a. 1009 p. 660,21 erat . . . cervorum -arumque venatu insignis *locus. fort. add.*: ALBERT. M. (?) animal. quaest. 8,10 p. 191,64 comedit . . . capreolus vel -a vulnerata pulegium, ut ferrum . . . exsiliat.

***capraria**, -ae *f.* *quae capras custodit - Ziegenhirtin*: TRAD. Garz. 66 (s. XII.^{ex.}) Liukart -a.

***capraria** (-tia), -ae *f.* *stabulum et grex caprarum - Ziegenstall, -haltung*: CAPIT. reg. Franc. 32,23 in unaquaque villa nostra habeant iudices . . . -tias, hircaritas.

65 **caprarius**, -i *m.* *custos caprarum - Ziegenhirt (cf. GLOSS. III 138,20 St.-S. -us geizzare. 686,31 -us geezhirdi. al.)*: VITA Cond. 10 (MGMer. V p. 650,25) armentarium -umque Amos. FORM. Sangall. I 12 p. 385,27 de capris capita c cum -o et cane. BENZO ad Heinr. 6,2 p. 660,16 natus . . . de patre -o. *al.*

70 **caprea**, -ae *f. script.* -re(a): *p. 241,7. al. metr.*: *cā*: *p. 241,9. cā*: WANDALB. mens. 64. CARM. Bur. B 134,8. *al.*

1 capreolus – *Reh* (interdum fort. i. q. *rupicapra* – viell.: *Gemse*: l.7; *expressius de animali feminino*, e. g. l. 4.11.15; cf. GLOSS. I 275,65 St.-S. -e et ibices unum sunt, quod quidam reh dicunt. III 33,50 -a rehgaiz [L], reh [H], rechizzi [a], stangeiß [F]. 674,8 -a rehinne. *saepe*. v. et l. 42. p. 240,53. 242,33): **a proprie**: **a gener.**: ARBEO Emm. 6 feris saltus et fructa cervis, alcis, bubulis, -eis, ibicum . . . generibus ornata (CHRON. Noval. 2,5 p. 84,53). WALAHFR. imag. Tetr. 120 ludunt . . . uri cum cervis, timidis cum -a dammis. LIUTPR. leg. 38 occurrunt mihi commisti -is . . . onagri. NI-VARD. Ysengr. 4,2 -a . . . Bertiliana. WALTH. MARCHT. hist. 1 in quo (horto ferarum) cervi, hinnuli, -e . . . aspiciantur et capiebantur. al. **β iur. de licentia venationis**: DIPL. Otton. I. 62 cervos, ursos, -as . . . venari. DIPL. Heinr. II. 367 ut nullus . . . capreos vel -as . . . capiat. al. **b α alleg.**: ERMENR. ad Grim. 36 p. 575,38 -arum cervorumque multitudinem habens ecclesia, hoc est omnes prudentes et in fide fortes. **β in imag. et translate de figura tonorum ecclesiasticorum ab Aribone inventa** (cf. *Musik in Geschichte und Gegenwart*. I. 1949/51. p. 611): ARIBO FRISING. mus. p. 4 inveni -am matri (sc. *primitivae monochordi dispositioni*) simillimam. p. 5 nostri theorematis novitatem propter eius mensuram celeritatem noncupavi -am eqs. (cf. ANON. Mell. 106 Aribio . . . musicam scribit, quam . . . -am nuncupavit). p. 29 quatuor troporum naturalis antiquitas in quadripartita modernorum figura et in nostra patet -a. *ibid.* *saepe*.

2 ibex – *Steinbock* (cf. GLOSS. III 200,32 St.-S. -a . . . steingeiz. 226,43 -a [campa B a. corr.] silvatica steingeiz. 408,68 ibex, -a vel oryx steingeiz. al. v. et p. 240,44): **a proprie**: HONOR. AUGUST. cant. 2,4/7 p. 388^A -a habet quatuor naturas, alta petit, bonas herbas . . . eligit, ruminat, vulnera sua per dictamnum curat. 7,3 p. 458^B -a . . . de rupe se praecipitat et praemitit cornua, ne corpus laedatur. **b alleg.**: HONOR. AUGUST. cant. 2,4/7 p. 387^A per -as . . . prophetae designantur, qui in altam contemplationem sublevati Christum . . . prospexerunt.

caprefolium v. caprifolium.

***caprella**, -ae f. *capra* – *Ziege*: MIRAC. Columb. 2 (MGScript. XXX p. 998,30; a. 944/67) qui (*rusticus*) in ipsa rupe -as (cape- var. l.) custodiebat. v. et p. 200,63.

capreola, -ae f. *script.*: -rola: l. 42. -rio: l. 48.

caprea – *Reh* (cf. GLOSS. IV 183,17 St.-S. caprea vel -rola rech): AESCULAPIUS 37 p. 60,17 ex omnibus venationibus lepores, -as et alia agrestia *hydroptici accipiant*. DIAETA Theod. 68 -arum (caprearum var. l.) agrestium *carnes* sicciora sunt minoribus. HILDEG. caus. 4 p. 195,11 -a mundum animal est. al. *per compar.*: ALBERT. M. miner. 2,2,7 p. 37^B,29 gagaronica est lapis diversi coloris sicut pellis -iolae.

capreolinus, -a, -um. *script.* -rio: l. 52sq. al.

1 adi.: *qui est capreae* – *Reh*: IOH. S. PAUL. diaet. 455 -a et leporina caro. THADD. FLORENT. cons. 4,12 carnes . . . sint . . . eduline, -ioline. THEOD. CERV. chirurg. 3,54 p. 177^Q leporinus sanguis sive -iolinus calidus. al. **2 subst. masc.**: *capreolus (novellus)* – (*junger*) *Rehbock*: TRACT. de aegr. cur. p. 112,24 comedant *epileptici* . . . carnes . . . annualis agni, hedini, -i.

capreolus, -i m. *script.*: ka-: GLOSS. III 447,43 St.-S. crape: GLOSS. III 446,22 St.-S. *cod. d.* cabr-: p. 242,5.14. -rio: l. 62.72. p. 242,5. al. -ll-: l. 72. *metr.* cā-: l. 66.71. p. 242,1. al.

I de animalibus: *A caprea* – *Reh* (*expressius de animali masculino*: l. 63. p. 242,2.5; cf. GLOSS. I 115,2 St.-S. -iolus reeh). III 77,19 -us rechboch. 268,11 -us vel campolus rech. *saepe*: **1 proprie**: **a gener.**: AESCULAPIUS 5 p. 10,6 -orum, haedinas . . . carnes. PS. ODO MAGD. herb. 307 fella gerunt . . . -i . . . nemoris. RAHEW. gest. 4,86 p. 345,9 ortum . . . cervorum et -orum copiam nutrientem. ALBERT. M. animal. 2,51 tales -i sunt pulcrorum oculorum . . . habundantes in Affrica . . . in Germania autem est ex eis maxima habundantia. 22,39 -us . . . vocem habens debilem eqs. al. (v. *ind.*). NICOL. BIBER. carm. 575 (ed. Th. Fischer. 1870) agitari . . . -os (-rio- N, -ll- P). al. v. et p. 240,58. 243,46. *proverb.*: IOCALIS

492 velox -iolus cane pigro non capietur. *de pullis*: GLOSS. II 689,5 St.-S. -i rehpochiliu. III 236,9 -us (campolus Q) rech (AQ), rechkeizilin (a). 444,47 -us rechchalp. al. **b iur. de occisione, licentia venationis**: PACTUS Alam. V 7 si quis -iolo (-iolium, -briolum var. l.). gloss. B 9: rehpoch) *mansueto* occiderit. DIPL. Karoli M. 87 p. 126,36 cum utriusque sexus genera feraminum, cervorum, -orum, ex quorum coriis libros . . . cooperiendos ordinamus eqs. DIPL. Otton. III. 358 p. 787,27 -um capere. DIPL. Heinr. II. 80 de genere . . . -orum . . . agitare . . . marem seu feminam. al. **2 translate usu medic. de pulsu**: CONSTANT. AFRIC. theor. 7,3 p. 31b^r quidam pulsus . . . -us vocatur . . . , qui nomen istud a -i similitudine sortitur, quod -us, cum incipiat saltum, quasi quiescere in aere videtur. **B capra** – *Ziege*: GLOSS. I 114,2 St.-S. cabrioli (a, caprioli b) caizii.

II de plantis i. q. cauliculus, clavicula – *Trieb, Wickelranke, Gabelchen* (cf. GLOSS. III 90,51 St.-S. -ioli krapfilii. 194,18): PS. ODO MAGD. herb. 64 -i similes multa se parte plicantes frondes *bryoniae*. ROGER. SALERN. chirurg. 2,141 con . . . succo -orum vitis (ALPHITA I p. 318,45 turiones vittis sunt summitates, qui etiam -i dicuntur). *remissius de planta ipsa i. q. labrusca* – *Wilde Rebe* (*Vitis silvestris* Gmel.): TRACT. de aegr. cur. p. 97,35 succum turionum -i, id est vittis aggregite. ***capres** v. ***copros**.

***capretus** (cavredus), -i m. (cf. *ital.* capretto; v. C. Battisti – G. Alessio, *Dizionario etimologico italiano*. I. 1950. p. 744) *caper novellus* – (*Ziegen*-) *Böckchen*: REGISTR. Trident. I 113 inter cavredos et agnos (cf. 81. 82). WILH. SALIC. chirurg. 2,1 p. 326^B utatur . . . carnibus . . . facilis nutrimenti ut . . . vitulorum, -orum. cf. capritus.

capreus, -i m. *metr.* cā-: l. 37.

1 capreolus – *Reh, Rehbock* (cf. GLOSS. III 674,7 St.-S. caprea rehcaiz, idem -us [capus *cod. corr.* ex capa] rech): FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 29,9 quedam *avium* rapacium magis utuntur hinnulis cervorum et -orum. v. et p. 241,15. *de pullo*: GLOSS. III 721,35 St.-S. -us recalf. **2 ibex** – *Steinbock*: EKKEH. IV. bened. II 128 -us ad saltum benedictus sit celer altum. cas. 21^{med.} fratres ambo -um venantes in cacumen quoddam rupis artissimae ducti (v. *notam ed.*).

***capria** (harpa, katara sim.), -ae f. (καπρία) **1 ovaria porcarum** – *Eierstock der Säue*: ALBERT. M. animal. 8,218 ex porcibus absconditur id, quod carfari (p. 632^a,21 καπρία) vocant, et est pars matricis, in qua haerent testiculi eqs. **2 pituita vaginae porcarum libidine producta** – *Brunstschleim der Säue*: ALBERT. M. animal. 6,100 exit ex eis (*porcis*) quiddam . . . , quod . . . vocatur harpa (p. 572^a,21 καπρία) et est frustum sicut bufo formatum eqs. **3 libido** – *Brunst*: ALBERT. M. animal. 6,106 ex appetitu, quem kataram (p. 573^b,2 καπρία) vocavimus.

***capricornis**, -is m. *fort. i. qui cornua capri gerit, cornutus* – *viell.*: *Bockshornträger, Gehörnter*: BENZO ad Heinr. 5,1 p. 648,47 -es tuebantur solis glandariciis.

capricornus, -i m. *metr.* cā-: l. 57.60. al.

1 ibex – *Steinbock* (cf. GLOSS. III 33,58 St.-S. -us steinboch [rehpoch var. l.]. 55,44. al.): **a de bestia**: CARM. Bur. B 134,8 nomina . . . ferarum: . . . caprea, -us (gloss.: stainbock). *per compar.*: HILDEG. epist. I 24 p. 183^A curre . . . in altitudinem legis . . . sicut -us. **b de sidere**: WANDALB. mens. 11 -i sidera . . . bis duodena. GERB. (?) astrolab. 2,2 circulus -i, id est tropicus hiemalis. 2,9 p. 122,2 ad -i solstitium. HONOR. AUGUST. imag. 1,101 decimum *signum zodiaci* est -us eqs. (cf. p. 240,47). ARNOLD. SAXO fin. 1,2,2 p. 16,37 signi -i. al. *de signo in astrolabio existente*: GERB. (?) astrolab. 2,10 in cuius rotunditatis fronte exstans est denticulus super -um positus. *ibid.* al. *alleg. de diabolo*: RHYTHM. 117,14,1 -us . . . deformis, vultu despiciabilis, alios amentes facit eqs. **2 capreolus** – *Rehbock*: GLOSS. III 81,45 St.-S. -us rebuch. v. et l. 55sq.

caprificus, -i f. (?m.: p. 243,9; n. -um: p. 243,15) *script.*: -rof-: p. 243,4.9. -ruf-: p. 243,35sq. *form. gen. sg.*: -us: ROGER. SALERN. chirurg. 1,754. -is: p. 243,12.

[Schmidt]

1 *ficus caprea* - *Wilder Feigenbaum* (*Ficus carica* L. var. *silvestris*, cf. André, *Lex. bot.* p. 70): ANTIDOT. Bamb. 18 -ufici folia tenera vel cimas. ANTIDOT. Glasg. p. 125,28sq. corium de radicem de -ufici; . . . coria -ofici; . . . de virga -i. RECEPT. Bamb. 36 fici aut -ufici. CHRON. Median. 17 p. 218^B in -o, quae fenestellae eius (*basilicae*) erat adversa. ROGER. SALERN. chirurg. 3,736 fructus -i (id est caprifolii *suprascr.* M). al. **2** *sycomorus* - *Sykomore* (*Ficus sycomorus* L., cf. André, *op. cit.* p. 308): COMPOS. Matr. 74,6 lac -ofici, qui si (co)morus dicitur. **3** *morus* - *Maulbeerbaum* (*Morus nigra* L., cf. Marzell, *Wb. dt. Pflanzennam.* III. p. 217sq. q.): GLOSS. I 304,44 St.-S. -is (-us var. l.) i. murpoum (mulbom q). IV 250,16 -us morbom. **4** *fort. i. q. lathyris* - *viell. Spring-Wolfsmilch* (*Euphorbia lathyris* L., cf. Fischer, *Pflanzenkunde.* p. 269): GLOSS. III 486,43 St.-S. -um (caprifolium *ci. ed.*; v. et l. 33) sprincwrz.

caprifolium, -i n. (?f. -a: l. 39) *script.* -ref.: l. 22sq. *ade* ANTIDOT. Glasg. p. 122,39.

*carastia v. *caristia. caratia v. cerasium.

*caratium, -i n. **vel rarius *cirata, -ae f. (arab. kirāt a κεράτιον, cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 1182) script.**: ka-: l. 42. carrect-: l. 45. -act-: l. 43. *nom. pl. -es: l. 42.*

de pondere parvo i. q. siliqua - Karat: THADD. FLORENT. cons. 124,64 seminis apii ana karates II. GEBER. clar. 1,70 unum caratum de sale. ACTA imp. Winkelm. I 1004 p. 766,26 aurum tarenorum . . . est de caratis sedecim et tercia. PS. ARIST. lap. I p. 199,7 pondus trium carrectorum cupri. MOSES PANORM. marisc. 11 p. 173,1 accipe de suricis . . . ciratam unam. *al. cf. cerati(um).*

*caravala v. *caravella.

*caravanna, -ae f. (*pers. kārwan, cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 1075*) *script.*: grav-: l. 59. camuan-: l. 63sq. carv-: l. 62.70. -ven-: l. 61. -an(a): l. 55.57.59.62.66.68.70. *acc. pl. -us: l. 64.*

1 proprie: a strictius i. q. agmen camelorum, itineris societas - Kamelzug, Reisegesellschaft, Karawane: CHART. ord. Teut. 3 p. 4,11 (a. 1161) salvis . . . mihi omnibus -anis . . . quecunq; de partibus Alexandriae . . . transeunt in Baldach. ANNAL. Ianuens. I p. 139,7 maximam -anam . . . Saladini cepit. ANNAL. Salisb. cont. a. 1192 (MGScript. XIII p. 239,5) v camelorum turmas thesauris onustas, quas vulgo gravanas appellant. HIST. peregr. p. 118,5 congregationes negociatorum Saladini, quas vulgariter -vennas vocant. OLIV. hist. reg. 91 p. 142,14 carvanam mercatorum venientem ex Egypto. SALIMB. chron. p. 4,22 camuannas Saracenorum (*inde* ALBERT. MIL. chron. 164 p. 644,31 camuanus). *al. b latius i. q. classis - Flotte*: ANNAL. Ianuens. II p. 127,1 galeas . . . armarunt . . . pro custodienda -a (-ana *cod.*) lignorum. III p. 42,20 naves . . . alias, que iture erant versus ponentem in -a (-ana *cod.*). p. 115,23 naves -ane nostre. *ibid.* al. **2 translate i. q. stabulum equorum, armamentarium - Marstall, Kammer für Ausrüstung**: STATUT. ord. Teut. p. 103,26 carvanas equorum, mulorum et armorum. p. 109,36 de carvana fratri dare . . . sellam, pannellum vel frenum. *ibid.* al.

***caravannus** (carvanus), -i m. (cf. *caravanna) *excursionis militaris particeps* - Teilnehmer an einem militärischen Streifzug: ARNOLD. LUB. chron. 5,29 p. 209,44 dimidiabant . . . exercitum, ut alii irent, qui carvani dicebantur. p. 210,2 venisse carvanos.

***caravella** (-vala), -ae f. (cf. ital. caravella) *species navis* - Schiffsart, Karavelle: CONST. II 153,3 (a. 1231) qui . . . sint navigantes . . . cum -valis euntibus ad Africam.

***caravenna** v. *caravanna.

***caraula** (-rol-), -ae f. (a choraules, -a ut vid., cf. francog. vet. carole; v. et v. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 644)

1 *saltatio circularis* - Rundtanz: VITA Elig. 2,16 p. 706,17 nullus . . . vallationes vel saltationes (aut -as_J (L add. 4) . . . exerceat (sim. 2,20 p. 711,40). 2 *cancelli* - Gitter: LEG. Lang. p. 179,8sq. si carolas fecerit cum gypso, det per tremisse carolas quattuor. OLBERT. Veron. 19 laxatur mulier in carolis.

caraxo sim. v. cha-

carbasinus, -a, -um. (καρπάσινος) *ex lino tenui confectus* - aus feinem Leinen bestehend: IOH. DIAC. cen. 2,72 Azarias -am vestem suscepit (μ. Ps. Cypr., carborinam σ, carbaliosiam J). CHRON. Laet. 7 lumbum (sic?) -um.

carbasus, -i f., pl. **carbasa**, -orum n. (καρπασος)

1 *de textili, linteo*: a velum navale - Segeltuch, Segel (cf. GLOSS. II 585,36 St.-S. -o selgal lakana. III 229,50 -us segil. IV 124,1 -us genus lini, unde vela navium fiunt, segal. saepe): α *proprie*: ALDH. virg. II 2807 turgida ventosis deponens nauta -a (-bosa, -bassa var. l.) malis. WILLIB. Bonif. 5 p. 20,15 immensa choro flante -a consurgebant. RANGER. Anselm. 3513 -a scinduntur. ASINARIUS 117 -a tenduntur. CARM. Bur. B 100,3,4 iam volant -a. al. β *in imag.*: AMALAR. antiph. prol. 1 a pelago curiositatis -a tendere ad portum tranquillitatis. γ *meton. i. q. navis velis mota* - Segelschiff: COLUMB. epist. 5 p. 170,39 quia . . . ante se -a sulcatis Orco molibus trudit unda. ADAM gest. 4,11 ut . . . per noctem -a traiciantur. b *linum, velarium (tentorii)* - Leinwand, (Zelt-)Plane (cf. GLOSS. II 400,35 St.-S. -a blahun): POETA Saxo 4,215 mirandum, collecta forent ubi -a tanta. 2 *de planta i. q. cannabis* - Hanf (Cannabis sativa L.): GLOSS. II 39,5 St.-S. -us hanf.

***carbella** v. *cardella. **carbicen** v. caryites.

carbo, -onis m. (f.: p. 268,5)

1 *materia solida ad ignem faciendum apta* - fester Brennstoff, Kohle (fere de ligno cocto; de materia fossili: l. 52sq.): A *strictius* (cf. GLOSS. III 1,43 St.-S. -es cholon. 374,57 -o erloscencole. 677,27 -o chol zantere. al.): 1 *proprie*: a *in univ.*: CHART. Argent. I 616,55 p. 470,35 (a. 1129) theloneum de -bus . . . thelonearius non accipit. VITA Mariani 23 p. 371^a daemoniacus -es . . . evomuit. CHART. Rhen. med. II 213 p. 251,24 ad foveam -um. CHART. Walkenr. 108 ut silvam . . . in -es redigant. ALBERT. M. veget. 2,68 -es, qui fiunt ex ipsis plantis, magis sunt solidi. CHART. Hans. 710 p. 249,30 de nave onustata -bus, qui dicuntur steinkalen. CHART. Lamb. Leod. 702 p. 294,26 bona, que sub terra erant, utpote lapides, -es. al. b *de usu*: α *spectat ad urendum, calefaciendum, siccandum sim.*: AESCULAPIUS 22 p. 35,39 ad -es lentiscinos sufflent paralytici, ut eqs. COMPOS. Luc. L 24 tolle -es minutos, adprehende illos in focario. ALDH. virg. I 41 torrida -um incendia. WILH. HIRS. const. 1,92 p. 1024^a succendit -es turibuli. THEOPH. sched. 3,23 cineres . . . sicca ad -es. CAES. HEIST. mirac. II 1,2 p. 19,16 super -es vivos. CHART. Merseb. 423 p. 348,2 ad comparandum in hieme -es fratribus. saepe. β *spectat ad scribendum, notandum sim.*: MILO carm. 1,6,2,187 condignas tibimet prompsi -e Camenas. FROUM. carm. 2,27 talis dictator nigro -e notetur (EGBERT. fec. rat. 1,218. GESTA Ern. duc. II 4 p. 197,26 non creta, sed -e notandus comes. al.). ANNAL. August. I a. 1086 p. 132,27 rosis -bus . . . se studuit corvus albus . . . denigrare. LUDOLF. summ. 4 p. 371,31 qui (pictor) prius -e signat id, quod vult depingere. GLOSS. Roger. I A 4,3 p. 711,1 locus fractus . . . signetur cum -e. al. γ *spectat ad praeparandas medicinas, substantias sim.*: HERACLIUS II 53 -es molles ligni et ossium persicorum cum glutino contriti. WILH. CONG. chirurg. 800 in . . . emplastro debes ponere

. . . pulverem -is. MARC. GRAEC. ign. 33 ignis volans in aere fit . . . ex -bus vitis vel salicis. al. δ *spectat ad fines statuendos*: CHART. ord. Teut. 46 p. 38,21 (a. 1212) usque ad metas petrarum fixas . . . et -es subter. al. CHART. Raitenh. 294 p. 236,14 usque ad lapidem, sub quo pro inditiis -es inveniuntur posite. ε *usu vario*: THEOPH. sched. 1,25 purgabis eas partes stagni . . . panno et -bus siccis . . . tritis. 3,28 move . . . cum -e argentum liquefactum. al. c *in nominibus*: α *personae*: CHART. Laus. 179 p. 181,28 (a. 1227) Reimundus C-o. β *morbi*: CONSTANT. AFRIC. theor. 8,14 p. 38^b variole sunt pustule . . . , antiqui vocant has ignis -es seu filias ignis (cf. P. Richter, ArchGeschMed. 5. 1911. p. 317sq.). γ *substantiae*: ANON. tab. p. 161,13 hoc nominaverunt opus nomine omnis nigredinis . . . videlicet -em montis (ROSIN. ad Euth. 1 p. 276). 2 *in imag.*: ALDH. virg. II 2346 donec scintillans exurat saecula -o. WOLFHARD. Waldb. 3,18 (11) suspensiois urenti -e. CHART. Livon. A I 7 p. 8,34 -es vivos et consolatorios. ALEX. IV. registr. 397 p. 357,5 extinctos iurgiorum veterum . . . -es. al. de convicio: MILO carm. 1,6,2,188 -o manes per saecula perustus. LIUTPR. leg. 10 p. 181,20 -o extincte, veni. 3 *alleg.*: AMALAR. ord. expos. I 8,2 -es . . . sancti spiritus inluminacionem designant. HRABAN. univ. 9,23 p. 280^a -es . . . significant nigredinem peccatorum. ABSAL. serm. 42 p. 241^a per -em . . . quique carnales accipiendi sunt. 4 *per compar.*: METELL. buc. 4,20 (de colore buculae) albo . . . misces orbis nigros quasi -o. B *latus*: 1 *residuum rerum ustarum* - Verbrennungsrückstand: WALAHFR. Gall. 2,6 inveniunt . . . ceram . . . inter cineres et -es (GEBER. summ. 1, 47 p. 578). EKKEB. HERSF. Heimer. 11 p. 602,31 integer inventus est cereus . . . -bus et semiustus roboribus . . . circumdatus. 2 *particula ardens, scintilla levis* - glühendes Teilchen, (ver)glimmender Funke: VITA Rimb. 25 crebros -es decidisse ex illa lampade. ABSAL. serm. 42 p. 241^a extincta flamma lucernae -em melius intuentur caecutientes. VINC. PRAG. annal. a. 1145 p. 662,5 ardentes -es . . . de facibus excutientes.

II *gemma rubicunda* - roter Edelstein, Karfunkel: MEMOR. Mediol. a. 1239 (MGScript. XVIII p. 402,31) amisit -em suum.

III -o aquaticus i. q. Phalacrocorax carbo (L.) - Scharbe (cf. H. Suolahti, Die deutschen Vogelnamen. 1909. p. 393sq.): ALBERT. M. animal. 7,39 mergus magnus niger, qui a quibusdam -o aquaticus vocatur. 7,40 avis, quae dicitur foracoz (p. 593^b, 18 χόραξ) . . . , hanc vocamus nos -em aquaticum, quem vulgariter scholveren vocant.

carbona v. carbonarius l. 65.

carbonarius, -a, -um.

1 *adi.*: ad carbonem pertinens - Kohlen: THEOPH. sched. 3,7 (ed. C. R. Dodwell. 1961) forcipes, qui dicuntur -i et maiores et minores. CHART. Stir. I 605 p. 573,29 -e fovee. in nom. propr.: ANNAL. Mett. a. 688 p. 2,15 populum inter C-am silvam et Mosam fluvium (NICOL. LEOD. Lamb. 8 [MGMer. VI p. 412,1]. al.). per ellipsim: LEX Sal. Merov. 47,1 citra Ligere aut C-a (47,3).

2 *subst.*: a *masc.*: qui carbones comparat - Köhler: COD. Wang. Trident. 236 p. 442,4 (a. 1185) tam -orum quam aliorum, qui in monte laboraverint. CHART. Eberb. 245 p. 393,5 Henricus -us. HUGO TRIMB. sols. 11 p. 42,25 quidam . . . pauper -us et fidelis. b *fem. (v. et l. 54) et neutr. i. q. fossa (castelli)* - (Festungs-)Graben: CHART. Ital. Ficker 48 p. 71,18 (a. 1022) prope de -a de castelo. DIPL. Heinr. IV. 335 p. 440,33 cum . . . -is et fossis et retrofossis ipsius castelli. GREG. CAT. chron. II p. 26,1 a tertio latere -a antiqua. CHART. Ital. Ficker 106 p. 151,11 infra ambitum -e. ACTA imp. Stumpf 530 p. 749,21 sive fossam aut carbon(ari?)am. ANNAL. Rom. p. 480,17 Tusculanenses . . . ceperunt fodere -a et construere macerias. ACTA imp. Winkelm. I 693 p. 553,7 versus erectos -e stipites. ALBERT. MIL. temp. 220 p. 498,20 custodire lazias et -a. al.

***carbonera**, -ae f. (cf. carbo) Anser cinereus (L.) - Graugans: FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 36,13 species anserum, sicut . . . species illarum, que dicuntur -e.

carbonesco, -ere. *carbonem fieri - zu Kohle werden*: TROTULA 54 p. 25,40 sal et furfur in olla dimitte, donec -ant. BERNH. PROV. comm. 11,1 p. 318,31 vinum . . . mitte in furno et dimitte stare, donec -at.

carboneus, -i m. *latrunculus niger - schwarzer Spielstein*: CARM. Scot. II 1 sol. 1,4 candidus hinc unus carbōneique duo.

***carbonosus**, -a, -um. *ex carbonibus proveniens - Kohlen-*: FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 142,20 ad lentum ignem -um.

carbunculosus, -a, -um. *carbunculi modo lucens - wie Karfunkel leuchtend*: ALBERT. M. animal. 22,121 -is oculis.

carbunculus, -i m. *script.* -col.: BOTAN. Sangall. 1,19. 1 *particula ardens, scintilla levis - glühendes Teilchen, (ver)glimmender Funke*: VITA Liutg. II 2,28 p. 125,21 extincta candela -um de lichino emunxit. ABSAL. serm. 36 p. 210^p per scintillas ignei quidam -i intelleguntur. 2 *gemma rubicunda - roter Edelstein, Karfunkel*: a *proprie*: BONIF. epist. 9 p. 6,7 divinam sapientiam, quae est . . . ignitor -o.

MAPPÆ CLAVIC. 146^m. *gemma durioris naturae sicut iacinctus et . . . -us*. HILDEG. phys. 4,14 -us in eclipsi lunae crescit. METELL. Quir. 18,4 ardens . . . -us . . . micans. CARM. Bur. B 170,3,2 lampas oculorum concertat -o. CHRIST. cal. Mog. 2 (MGScript. XXV p. 240,3) robini, quos -os vocant. ALBERT. M. miner. 2,2,2 p. 32^a,15 palatium -i vocatur *balagius*. al

b in imag.: REIN. LEOD. triumph. prol. p. 583,13 aureos sensus -is decet illustrari verborum. METELL. Quir. 8^a,2 Roma, caput mundi . . . hic -us urbe nitebat (*sc. Quirinus*). c *alleg.*: HRABAN. univ. 17,7 p. 471^b -us . . . , hic enim lapis potest significare verbum Dei. 3 *ulcus, anthrax - Geschwür, Karbunkel* (*cf. Gloss. II 596,7 St.-S. -i [-a b] poccas. III 496, 19 -us ubel bladera*): AESCULAPIUS 21 p. 33,27 vulnus in stomacho vel -us si fuerit (ANTIDOT. Augiens. p. 49,26 eligma ad -um stomachi). WALAHFR. hort. 266 -us (*gloss. L: soto*) ater ab imo pectore . . . reprimi. CONSTANT. AFRIC. theor. 10,3 p. 52^b si in corpore -i augmentantur, vulnera significantur. TRACT. de aegr. cur. p. 197,5 malis -is, qui pestilentia dicuntur. MAURVS urin. II p. 22,31 mortifera . . . apostemata, quae a Galeno dicuntur . . . antraces seu etiam -i (WILH. CONG. chirurg. 787. al. v. et vol. I. p. 703,505qq.). ALBERT. M. veget. 6,102 cataplasmata . . . maturat *ficus* -os et erypsipilam. al.

Sroder

***carca** v. **carriculum**. **carcala** v. **calculus** p. 69,13.

***carcametra**, -ae f. (*subesse potest τροχαντήρ, cf. ed. ind. arab. p. 1657*) *musculus quidam ad additamentum maius coxae situs - Rollhügel des Oberschenkelknochens*: ALBERT. M. animal. 1,344 ex musculus coxae est ille, qui a tota ossis yllii oritur superficie et . . . vocatur -a maior.

***carcamusa**, -ae f. (*orig. inc.*) *machina obsidionis - Belagerungsmaschine*: ABBO SANGERM. bell. 1,427 arrietes -as vulgo resonatos dimiserat duos.

***carcanum**, -i n. (*orig. inc., cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 361sq.*) *collare - Halsfessel*: MIRAC. Eparch. 17 (MGMer. III p. 564,5) nonnulli . . . pedum ferreis vel -is lignis absoluti sunt.

carcar v. **calcar**. **carcaro** v. **carcer**.

***carcassium** (-cha-), -i n. (*pers. tirkäš, inde ταρακάσιον, francog. vet. tarcais, carcasis; cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 2081*) *pharetra - Köcher*: GUIC. (?) bers. 10 archatores . . . debent portare -um (-cha- BC) et in quolibet -o (-cha- BC) sint quinque sagitte et tria pilla.

carcer, -eris m. (*f.: p. 270,6*) *script.*: ka-: RHYTHM. 25,10,1. al. -rch(i)e-: l. 68sq. -cir-: l. 72sq. adde PIRMIN. scar. 31 cod. E. al.

locus coercitionis - Kerker, Gefängnis (*cf. Gloss. I 82,32 St.-S. -r charchella. III 124,63 -r charchere. al.*): I *strictus de loco inclusionis poenalis*: I *proprie*: CONC. Merov. p. 107,11 qui pro quibuscumque culpis in -bus (-rche- A, -rchie- R) deputantur. LEX Raet. Cur. 9,2,2 omnes dominicus diebus, qui in -bus sunt . . . iudex eos foras sub custodia expellere faciat. 11,6,1 nec in -e nec in custodia. LEG. Lang. p. 139,23 ut unusquisque iudex in civitatem suam faciat car-

cirem (2, carcere, -em *rell.*) sub terra. CONC. Karol. 1,6 quod in -e poenitentiam faciat in pane et aqua *fornicator*. CAPIT. reg. Franc. 13,1 mittatur in -e usque ad satisfactionem. 77,11 ut comites . . . -em habeant. WALAHFR. Wett. 225 poenalis -is antrum. HROTSV. Dion. 166 -is in tenebras. CHRON. Salern. 101 p. 103,15 in obscura -e (*cf. 105 p. 105,33 in ardua -e*). COSMAS chron. 2,4 p. 87,22 potatores . . . non prius de -e exeant, quam in fiscum ducis unusquisque CCC nummos componat. 2,34 p. 130,22 in subterraneo -e, in quo una fenestrella desuper erat. CHART. Argent. I 616,17 officium custodis cippi sive -is. CHART. Rhen. inf. II 452 p. 248,25 de publico -e, qui hachte dicitur. CHRON. rhythm. Col. 2,100 ut sim -e quitus. CHART. Burgenl. I 544 p. 364,16sq. Keled construet domum super -e Ferrei Castri et loco -is ipsi domui . . . includetur.

15 *persaepe. de carcere monasteriali*: CONC. Aquisgr. I 22 (Corpus consuet. monast. I. 1963. p. 436,18) ut -r . . . talis habeatur, ubi in hieme ignis accendi possit. WILH. HIRS. const. 2,7 -r est talis, in quam cum scala descenditur, nec ostium nec fenestram habet. CONSUET. Marb. 193 (Spicil. Friburg. X. 1965) in -em claustralem. al. *remissius*: ECBASIS capt. 58 me . . . vacuo, claustrali -e septo. 2 *a in imag.*: a *de inferno*: HRABAN. carm. 39,19,4 in baratrum locorum infernalium diversorumque -um. MILO carm. 1,6,3,34 clausum . . . -e Averni. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,159 sidera terrarum . . . ne . . . intrent tendiculas aut tetri -is umbras. al. *philos.*: ALBERT. M. cael. 2,4,1 p. 213^a,7 medium mundi -i (*p. 293^b,3 Διὸς φυλακῆν*) aequaliter undique claudentem vocaverunt et hunc locum poenarum inferni esse dixerunt *eqs.* β *de mundo, corpore*: WALAHFR. Mamm. 14,20 sanctis mundus -r. HROTSV. Theoph. 434 de -e carnis spiritus aethe-ream . . . ascendit ad aulam. THIETM. chron. 7,72 p. 488,8 ex arto corporis -e solutus. ECBASIS capt. 873 non . . . patria est, sed -r mortis obumbrans. al. γ *usu vario*: ALDH. virg. II 385 pueros quod flamma camini . . . diro sub -e coxit. WALAHFR. hort. 134 (*de ventre cucumeris*) intus aluntur multa cavernoso seiunctim -e grana. ANAST. BIBL. epist. 15 p. 437,1 non tam urbis cives quam . . . -is habitatores. CARM. Bur. B 63,4^b,2 dulces nodos Veneris et -is blandi seras resero. b *alleg.*: HRABAN. univ. 14,19 p. 389^a -r iuxta allegoriam . . . significat tribulationem praesentis vitae. 20,28 p. 550^c -r . . . spiritaliter poenam significat praesentem vel futuram *eqs.* c *per compar.*: GESTA Trud. 10,13 p. 295,29 quae (*domus*) prius erat quasi -r infirmorum. CHRON. Pol. 3,11 nos tenes ita quasi conclusos in -e. al. d *proverb.*: WIPO prov. 51 oportet . . . parcere diu positus in -e. 3 *translate*: a *custodia, captivitas - Gewahrsam, Gefangenschaft*: HRABAN. carm. 16,95 dux bonus ille . . . redeunt quo a -e plebes. ANAST. BIBL. epist. 5 p. 406,12 exilio longo et -bus. ANNAL. Sangall. IV a. 982 episcopus -e diu maceratus. WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 51 insignem laurum -r tibi Parthicus offert. CONST. I 242,5 non debent se mittere in -e Lonbardorum. al. *in imag.*: ADAM gest. epil. 58 (vs.) quae (*Brema cum Hammaburg*) diuturna sui flent tempora -is. CARM. Bur. B 103,3,3^b,6 parce precanti, diu ploranti sub tuo (*sc. Veneris*) -e!

II *latius*: A *locus secretus vel circumclusus - abgeschiedener oder umfriedeter Ort*: ARBEO Corb. 14 tranquillitatem -is, quam perdiderat, deflere. WALAHFR. Wett. 44 de -e caro. 62 -is . . . custos. 88 venit adoptivum redeundi in -is antrum tempus. B *locus inclusionis - Verwahrungsort*: I *spectat ad bestias* (*cf. Gloss. II 673,12 St.-S. -bus pherrih*): WALAHFR. Mamm. 20,8 quae (*ursa*) -e postquam processit caveae. METELL. Quir. 72,14 uno . . . acsi plures -e clausi e stabulis tauri mugient. 2 *spectat ad ventum*: CARM. Bur. B 68,4,5 Aquilonem -i . . . deputans. C *latebrae - Schlupfwinkel*: GESTA Tull. 30 Danorum pestis . . . -bus suae nativae habitationis egressa. D *carnarium - Beinhaus*: CHART. Rhen. med. III 187 p. 160,25 (a. 1222) -em ad ossa mortuorum in eo reponenda. p. 160,31. E *tegmen - Hülle*: ALDH. ad Acirc. 45,4 cor mihi (*sc. locustae*) sub genibus, nam constat -esaepum.

carceralis, -e. 1 *adi.*: *ad carcerem pertinens - den Kerker betreffend, Kerker* (*cf. Gloss. II 584,61 St.-S. -is . . .*

[Dauser]

carcarlica): **a** qui carcer est - den Kerker bildend: ALDH. virg. I 35 p. 277, 14 latibulis -bus. EINH. (?) Marc. et Petr. II 17,1 antri -is custos. CONR. HIRS. mund. cont. 793 (Anal. Mediaev. Namurc. XIX. 1966) te . . . commentum . . . femine -bus claustris damnavit? **carceri similis** - kerkerartig: VITA Theog. 2,20 in . . . -is aediculae foveam. **b** in carcere accidens - im Kerker stattfindend: NICOL. I. epist. 67 gradu proprio pulsum -i custodiae manciparunt (CONST. I 409 p. 585, 12. CHART. Helv. arb. 58 p. 93, 1. al. cf. HEINR. TREV. gest. 7 sub pena c. -is). IOH. VIII. epist. B 22 coepiscopum . . . -bus penis afficiens. RATHER. epist. 7 p. 37, 2 pertuli . . . -e supplicium. **al.** in imag.: GERHON. epist. 4 p. 493^b neque claustrali neque, ut ipsae sponsae Dei aiunt, -i muniantur clausura. **c** carceris proprius - dem Kerker eigen: HROTSV. Dulc. 1,8 sub -i squalore (CONR. HIRS. dial. 1056. al.). CHRON. reg. cont. V a. 1241 p. 282, 3 in angustia . . . -i. **al.** **d** carceri attributus - dem Kerker zugeteilt: THEOD. AMORB. Mart. 21 magistrum vigiliae -is.

2 subst. masc.: qui carceratus est - ein Eingekerkert: MIRAC. Adalh. 1,4 (MGScript. XV p. 861, 39; c. 1051) vincti et -es.

carcerarius, -a, -um. **1** adi.: carceris proprius - dem Kerker eigen: MEGINH. FULD. (?) Ferr. 14 squaloris -i. **2** subst. masc.: a custos carceris - Gefängniswärter, Kerkermeister: LEG. Wisig. 7,4, 3 si . . . -us aut custos eos, quos conpeditos habuit, . . . laxare presumerit. NOTKER. BALB. notat. p. 76, 18 Processo et Marthiniano -is. VITA Dagob. 10 rex misit -o baculum . . . mandans . . . , ut . . . retentos relaxaret. ALBERT. M. pol. 6, 6^o p. 610^b, 33 -us et iudex. **al.** **b** qui carceratus est - ein Eingekerkert: VITA Eparch. 9 (MGMer. III p. 556, 1) cum omnes -i ad ecclesiam confugium darent. **c** Custos domus - ?Hauswächter: CHRON. Ioh. Ven. app. I p. 176, 19 laborare . . . ferrum, quantum -us huius pallacii nobis (sc. ferrario) deportant (cf. p. 176, 4).

***carcerens**, -entis m. qui carceratus est - ein Eingekerkert: CHRON. Fred. 3, 88 iubet omnes -es laxare.

carcereus (-ius), -a, -um. **ad** carcerem pertinens - den Kerker betreffend, Kerker-: **1** qui carcer est - den Kerker bildend: HROTSV. Dion. 169 -is . . . in antris (gest. 531). PASS. Thiem. I 211 -a . . . domo. **carceri similis** - kerkerartig: HROTSV. gest. 509 domnam clausam -is (-i corr. ed. add. p. 550, 39) claustris servare cubilis. **2** in carcere accidens - im Kerker stattfindend: RANGER. Anselm. 5924 -is crucibus. in imag.: VITA Liutb. 25 p. 29, 2 -is (-ris Br1) inclusa famula Dei custodiis. **3** carceris proprius - dem Kerker eigentümlich: CHART. Rhen. inf. II 721 p. 422, 32 (a. 1278) squalori -io.

carceria, -um v. carchesium. **carcerius** v. carcereus.

1 carcerio (-car-), -avi, -atum, -are. **1** proprie i. q. in carcerem includere, in carcere inclusum tenere - einkerkern, in Gewahrsam halten: CAPIT. reg. Franc. 77, 12 rex . . . districtionem faciat -andi, exiliandi. COD. Wang. Trident. 164 p. 352, 18 illos homines capiendi et -ando. CHART. Rhen. inf. II 452 p. 245, 4 nec ipsi cives habent aliquod ius aliquem in suis domibus -andi. **al.** in imag.: CARM. Bur. B 63, 3^b, 3 quem blandis -at puella vinculis. **2** translate i. q. implere - anfüllen: EPIST. Worm. I 19 scrinia lineis laneisque et palliis bene carcarata.

subst. **carceratus**, -i m. qui in carcere inclusus est - ein Eingekerkert: SISEB. Desid. 2 praebuit infirmo -oque solatium. CHART. Ital. Ficker 427 p. 437, 36 (a. 1257) quod omnes -i Cremona . . . debeant relaxari. ROLAND. PATAV. chron. 6, 4 p. 90, 2 facta securitate pro -is. **al.**

2 carcerio v. cancerio.

***carcharodus** adi. (καρχαρόδους) dentibus acutis praeditus - mit spitzen Zähnen versehen: ALBERT. M. (?) animal. quaest. 2, 20 quaedam animalia habent dentes serratim ordinatos ut serra et dicuntur karcharodonta (karta-M, kaka-E; p. 501^a, 16 καρχαρόδοντα).

carchesium, -i n. (? f. -a: p. 272, 105q.) (καρχήσιον) script.: cha-: p. 272, 2. kacherisia: p. 272, 6. carcer(ar)ia: p. 272, 10, 12sq.

1 poculum - Gefäß, Becher (cf. GLOSS. II 677, 26 St.-S. ch-a skenchiuz. 707, 50 -a kenninga): ABBO SANGERM. bell. 3, 11 gripphia te tangat, -a (gloss.: vasa pastoralia) togaque crebro. ΕΚΚΕΗ. IV. bened. II 237 nesciat hec Bromius, fugiat -a Bachus. ODO ERN. duc. 6 p. 358^b duo -a lactis immolat sacerdos. fort. add.: GLOSS. IV 215, 56 St.-S. kacherisia (v. notam ed.) chaschar ('Käskar'; cf. J. A. Schmeller, Bayerisches Wörterbuch. I. 1872/77. p. 1276). **2** summa pars mali navis - oberster Teil des Mastbaumes, Topf (cf. Isid. orig. 19, 2, 9 carceria codd.): GLOSS. med. cod. Trev. p. 150, 1 carceria sumitas mali. VITA Serv. 53 p. 123, 22 equali confulgebant -a (carce(ra)ria var. l.) navium processu. fort. i. q. rudens - viell.: Segeltau: SMAR. carm. 1, 10, 25 plures carceria et plures pronesia tendant.

15 **carcinoma** (-chi-), -atis n. (καρκίνωμα) cancri ulcus - Krebs (geschwür): PAUL. AEGIN. cur. 107 p. 65, 9 -a (3, 22, 26 καρκίνωμα) . . . passio est ceratoidis. ANTIDOT. Berolin. 13 p. 70, 23 in durities mamillarum mulierum . . . , hoc est -ta. ANTIDOT. Glasg. p. 114, 30 -ta. DYASC. p. 78^b, 12 polipos et carchinomata consumit dracontea.

carcinus (-chi-, cricos), -i m. (καρκίνος) cancer - Krebs: **1** de bestia: ALBERT. M. animal. 24, 25 cricos animal esse dicunt, quod pedem sinistrum habet magnum et longum eqs. (cf. p. 530^a, 4 καρκίνων). **2** de sidere: NIVARD. Ysengr. 7, 626 severunt hyemem Carchinus atque Leo.

1 ? **carcio**, -ire. abicere - verwerfen: GLOSS. I 86, 37 St.-S. -ire (a, ar- b) faruuerphan.

2 ***carcio** v. *garcio.

***carciola** (kartiola, kareola) subst. (orig. inc.) species plantae - Pflanzenart (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 861): GLOSS. III 105, 57 St.-S. -a witesa ([wittel F]. 172, 63. 199, 3. 474, 40 kartiola. 489, 13 kareola).

carcios v. characias. **carco** v. carrico.

cardocolla v. sarcocolla. **cardamen** v. cardamum.

35 **cardamomum** (-rta-, -dem-, -dom-, -on(i)um), -i n. (m. -us: l. 43) (καρδάμωμον) metr. -dā-: l. 49.

1 cacollae - Kardamom (Elettaria Cardamomum White et Mat., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 199; plerumque de semine aromatico): PAUL. AEGIN. cur. 25 -um (3, 4, 2 καρδάμωμον) siccum et resolutum aceto. ANTIDOT. Lond. p. 17, 26 -o (III. ANTIDOT. Augiens. p. 45, 14 -u scrip. VI. GLOSS. III 527, 30 St.-S. cardomomum cardomo. al. DIAETA Theod. 222 -num (-mus Br.) calidum est, virtutem habet aliquid amaritudinis eqs. CONSTANT. AFRIC. grad. p. 347, 15 -i duo sunt genera; est enim maius et minus eqs. IOH. PLATEAR. simpl. med. 3, 6 p. 11a^r -um . . . est . . . fructus cuiusdam arboris vel potius semen. HIST. de exp. Frid. imp. p. 75, 5 per vallem amenissimam . . . -o (-dom- P1), myrto . . . opimam. Ps. OTHO med. 47 non sine dulcore, rufo rutilante colore, sit -i pretium, tibi collige promi. CHART. Hans. 523 p. 184, 19 species aromatics utpote muschatas, . . . cardemomum.

ALBERT. M. veget. 6, 310 -um est semen herbae, quae etiam -um (-rta- V) vocatur; et semen eius est duorum generum eqs. saepe. **2** per confusionem: a cardamum, nasturtium aquaticum - Brunnenkresse (Nasturtium officinale R. Br., cf. Marzell, op. cit. III. p. 301sq.): GLOSS. III 486, 39 St.-S. -um brunnecesso. 569, 18 cardomomum cresso. 586, 17 nasturcium vel -onium chresso. **ibid.** **al.** **b** cordumenum, careum - Wiesenkümmel (Carum Carvi L.): CONSTANT. AFRIC. grad. p. 357, 32 -um, id est sylvestre carvi, pro ea (ambra) poni potest. p. 372, 24 -um . . . valet epilepticis, nephreticis eqs. v. et supra p. 68, 37.

60 **cardamum** (sa-, kadainon, cordume, -rt(h)a-, -dem-, -men, -mon sim.), -i n. vel **cardamus**, -i m. (καρδάμωμον)

65 **1** nasturtium - Kresse (subesse possunt Lepidium sativum L. - Gartenkresse [e. g. p. 273, 7], Nasturtium officinale L. - Brunnenkresse [e. g. p. 273, 9], Cardamine pratensis L. - Wiesen-Schaumkraut, cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 804sq. III. p. 301sq.): GLOSS. med. p. 15, 4 -on agrion, id est nasturcio agreste (DYNAMID. Hippocr. 2, 51. GLOSS. IV 25, 23 St.-S. wildkresso). p. 73, 7 sardamon nasturtium (GLOSS. IV 95, 12 St.-S.). ANTIDOT. Sangall. p. 89, 21 -o ad horis vul-

nera. ANTIDOT. Glasg. p. 117,19 euforium, -o. GLOSS. III 109, 50 St.-S. -us wildechresse. 271,47 -um (-antum c) nasturcium cresso. IV 183,29 cardemon cresse. 215,51 kadainon cressa. saepe. ODO MAGD. herb. 1517 -a (carth-, cartami, cordume, cardnia var. l.) si iungas his (*medicamentis*), solves fortius alvum. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 380^a -i . . . semen est nasturtii . . . , est nasturtium hortulanum et est aquaticum eqs. (ALPHITA II p. 34,14 -men, id est s. narstucii). ALPHITA II p. 34,15 -us agrestis nascitur in locis aquosis, folia eius assimulantur foliis cardomami eqs. saepe. 2 *eruca* - *Gartenrauke* (*Eruca sativa* Lam., cf. André, *Lex. bot.* p. 295sq.): MATTH. PLATEAR. gloss. p. 385^b -um, id est sinapis alba, calidum est et siccum, diureticum et diaforeticum. 3 *carduus* - *Distel*: GLOSS. II 327,34 St.-S. -mo difstil, id est carduus.

**cardarella*, -ae f.: v. l. 21. *cardarius* v. *caldarius*.

cardaeus v. *cardiacus*. *cardebanis* v. *cardopanis*.

cardella (cor-), -ae f. (m. -us: l. 22) *sonchos* - *Gänse-distel* (*Sonchus oleraceus* L. vel sim., cf. O. Penzig, *Flora polare italiana*. II. 1924. p. 100): BENVEN. GRAFF. ocul. A p. 30^b,4 cum emplastro de ista sanctissima herba, quae vocatur cardarella vel carbella (*sic?*) eqs. (sim. B 15 cordellam . . . cardellum).

cardellus sim. v. *carduelis*. *cardemon* sim. v. *cardam-*

cardenalis v. *cardinalis*. *cardetum* v. *carduetum*.

cardia, -ae f. (καρδία) form. nom. et acc. sg. -an: l. 27. 35. p. 274,1.17.

1 *anat.*: a *cor* - *Herz*: ALPHITA I p. 282,24 -an dicitur cor et accipitur tam pro ore stomachi quam pro illo membro principali; inde cardiaca sive cardialgia, quae tres habet species. v. et l. 35. p. 274,1. b *os stomachi* - *Magenmund*: v. l. 28. 2 *medic. i. q. morbus cordis, febris vehemens* - *Herzkrankheit, heftiges Fieber*: AURELIUS 13 p. 710,13 de cardiacorum dispositione: veteres hanc passionem praecipuum esse dicunt indeque eam cardiacam (cardiam cod.) appellaverunt, nam cor Graeci -an dicunt, verum ipsa res indicat nihil aliud esse quam febrem acutam eqs. (sim. GLOSS. med. p. 15,6). HUCBALD. carm. 2,69 -a cor carpens cassatur, colica cessat. GLOSS. II 686,6 St.-S. -a morbus cordis, inde cardiacus i. herzesuhtiger. III 170,20 -a i. herzesuht (IV 198,4). v. ThLL. III. p. 441,73.

**cardiacalis* (-dya-), -e. a *corde oriens* - *vom Herz ausgehend, Herz-*: WALTH. AGIL. med. 16 p. 113,8 signa sincopis cardiacalis hec sunt: fit sincopis continua vehemens eqs.

cardiacus, -a, -um. (καρδιακός) script.: cor-: l. 70. p. 274,4. -dea: p. 274,11. -dya-: l. 54. -ati(us): p. 274,10. -at(us): l. 61. p. 274,9.

1 *adi.*: A *proprie*: 1 *ad cor pertinens* - *das Herz betreffend, Herz-*: AURELIUS 13 p. 710,16 -a passio plerumque estatis temporibus est (ANTIDOT. Augiens. p. 46,34. TRACT. de aegr. cur. p. 236,9 -a p. est, que totum corpus resolvit in sudorem continuum eqs. al.). MAURUS phleb. p. 9^a,12 quae (*venae in plicatura brachii existentes*) sunt quinque: . . . dicitur . . . secunda mediana, id est -a (WALTH. AGIL. med. 36 p. 137,34 vene cardyace. 70 p. 178,30). al. 2 *morbo cordis vel febrī vehementi laborans* - *an Herzkrankheit oder heftigem Fieber leidend* (cf. GLOSS. IV 25,25 St.-S. -us herzesuhtig): AURELIUS 13 p. 710,23 fiunt -i quinto vel septimo die in convenientibus febribus eqs. EGBERT. fec. rat. 1,1091 -um te faxo indignum vivere sanum. in *imag.*: RABDOD. (?) Bonif. 20 p. 76,19 curabat . . . omnes, si qui essent . . . -i (-ti 2a) propter invidiam. 3 *ab ore stomachi vel sim. oriens* - *vom Magenmund o. ä. ausgehend*: TRACT. de aegr. cur. p. 236,38 est et alia -a passio sine febre a stomacho vel ab epate et venarum repletionem. B *translate i. q. amatorius* - *die Liebe betreffend, Liebes-*: GLOSS. med. p. 73,9 satiriatis, id est desiderium muneris -i.

II *subst.*: A *masc.*: qui *morbo cordis vel febrī vehemēti laborat* - *ein Herzkranker, ein an heftigem Fieber Leidender* (cf. GLOSS. II 337,69 St.-S. -us tebediger. III 312,59 -us herzesuhtiger. IV 168,44 cardiacus tuebigir. al.): AURELIUS 13 p. 712,17 in -is . . . sudor est frigidus. ANTIDOT. Augiens. p. 45,25 ad -os et cefalargicos. ABBO SANGER. bell. 3,65

ancisur vivas, quin -us (gloss.: cardian i. cor; pulsum cordis patiens) moriare. ODO MAGD. herb. 1130 -um, choleraeque fecit copia nigrae, . . . curare. AMARC. serm. 4,418 da -o piponellam. ALBERT. M. mot. animal. 1,2,1 p. 270^b,49 cordiaci . . . et hepatici motus habent ordinatos. veget. 6,154 confert (*nardus*) epilepticis et -is. al. v. et p. 273,32.38.

B *fem. (et neutr.: l. 9)*: 1 *morbus cordis, febris vehemens* - *Herzkrankheit, heftiges Fieber*: GLOSS. med. p. 23,15 diaforeticum, id est -um (-tum L). PS. GALEN. febr. 136 urina tenuis . . . significat . . . -atiam. FORM. epist. IV 1 p. 528,32 adgravatus sum . . . de passione hydropitiae atque cardaeae. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 377^d -a et sincopis non differunt nisi in positione materiae; quando enim materia in capsula cordis . . . , dicitur -a (TRACT. de aegr. cur. p. 233,2. ALBERT. M. [?] animal. quaest. p. 241,10). TRACT. de aegr. cur. p. 235,12 -a . . . passio est cordis et ceterorum membrorum interius debilitatem. p. 236,15 -a dicitur a greco cardian eqs. al. v. et p. 273,29.34. 2 *cardimona* - *Sodbrennen*: PAUL. AEGIN. cur. 51 quibuscumque (*scotomaticis*) . . . secundum compassionem stomachi consequitur -a (3,12,1 καρδιωμός). v. et p. 273,29. 3 *vena in medio brachio sita* - *mittlere Armvene* (cf. J. Hyrtl, *Das Arabische und Hebräische in der Anatomie*. 1879. p. 171sq.): RICHARD. ANGL. anat. I 452 sunt . . . principales (*venae*) cephalica . . . et -a, que cordi et spiritalibus providet et coralis dicitur.

**cardialgia*, -ae f. (καρδιαλγία) *morbus cordis, febris vehemens, cardimona* - *Herzkrankheit, heftiges Fieber, Sodbrennen*: v. p. 273,29.

**cardialis* (-dya-), -e. a *corde oriens* - *vom Herz ausgehend, Herz-*: WALTH. AGIL. med. 16 p. 113,6 duplex est sincopis, scilicet -is et stomachalis. p. 114,16 cura contra sincopim cardyalem de causa frigida.

**cardianus* v. **gardianus*. *cardiat(i)us* v. *cardiacus*.

cardillus v. *carduelis*.

**cardinalatus*, -us m. 1 *munus vel dignitas cardinalis* - *Amt oder Würde eines Kardinals, Kardinalat*: BONIZO ad amic. 3 p. 580,5 -us et abbatias . . . venalitate fedabant. LEO MARS. chron. 3,12 p. 705,9 presbyterii gradum et -us pariter dignitatem . . . recipere. GERHON. aedif. 17 p. 162,4 in -um canonicus promotus. ANNAL. Ianuens. IV p. 175,6 tempore sui -us. al. 2 *sedes cardinalis* - *Kardinalssitz, -kirche*: CONR. MUR. summ. 6,6^m p. 454,39 si aliquis plures habet -us, unum intitulatum et alios commendatos. v. et l. 48.

**cardinalia*, -ae f. 1 *sedes cardinalis* - *Kardinalssitz, -kirche*: CONST. I 188,4 (a. 1160) clerici de -a sanctorum apostolorum obediunt. 188,8 capellani de -a cancellarii. 190,3 p. 266,18 Rollandus interrogatus . . . a clericis de sua -a (cardinalitate V, cardinalatu OTTO MOR. hist. p. 101,22 [rec. MJ]), si domno Victori esset obediendum, . . . confessus est eqs. CHRON. Albr. a. 1168 p. 853,12 Conrado papa Alexander dedit -am Sabinensem et archiepiscopatum de Salzeburch. al. *meton. de clero*: CONST. I 188,4 (a. 1160) -a sancti Marcelli obedit. 2 *munus cardinalis* - *Amt (Stätigkeit) eines Kardinals*: GERHON. vigil. 12 p. 512,40 nolite in officio -ae sustinere, si quis eqs. CAES. HEIST. mirac. I 12,22 p. 332,20 beatus Petrus de -a mea pro me redditurus est rationem.

**cardinalicius* (-tius), -a, -um. *ad cardinalem pertinens* - *einem Kardinal gehörig*: ACTA imp. Winkelm. I 693 p. 547, 11 (a. 1243) optenta una porta civitatis et palatio -tio paucisque turribus (p. 548,4).

cardinalis, -e. *script.*: ka-: p. 276,67. ga-: CHRON. Ven. Alt. p. 73,8. ANNAL. Scheftl. II a. 1271. -den-: CONST. II 396. al. -don-: p. 275,37. *form. abl. sg. (subst.)* -e: p. 276,31. al. *compar.*: p. 275,11. *tmesis*: p. 276,32.

1 *adi.*: A *principalis, primarius* - *hauptsächlich, Haupt-, Grund-*: 1 *de caelo sim.*: ALDH. ad Acirc. 113 p. 153,13 climata -ia. HONOR. AUGUST. imag. 1,54 de quibus (*ventis*) quatuor sunt -es. 2 *de numeris*: GLOSS. med. cod. Trev. p. 146,20 -es numeri ('Kardinalzahlen') I, II, III eqs. *de minoribus usque ad decem numeris*: THIETM. chron. 6,1 consummata millenarii linea numeri et in quarto -is ordinis loco (cf. p. 278,22). 3 *de virtutibus* ('Kardinaltugenden';

[Dauser]

cf. O. Lottin, *Bibliothèque Thomiste. XIV. 1930. p. 233sqq.*: CONC. Karol. 44 p.532,13 temperantia, quae una de -bus ecclesiasticis virtutibus esse cognoscitur. RUP. MEDIOL. Adalb. 4 eum ita singulis virtutibus iniciatum, ut nusquam deesset compagi -ium. DAVID compos. 3,28,3 aliae *virtutes dicuntur* -es ut prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia. ALBERT. M. bon. 121 p.80,61 istae quattuor *virtutes* idea -es dicuntur, quia sunt ut cardo principalium actuum motivarum potentiaram animae, ad quos actus aliarum virtutum habent conexionem sicut ad cardinem. eth. 3,3,1 p.254⁸, istae (*temperantia et fortitudo*) sunt aliis -bus -iores. *ibid. al. 4 usu vario*: AMALAR. interpr. 12 in capite eius catalogi -em ordinem posuit et in fine, id est angelos et seraphim (*sim. 8*). MIRAC. Bert. 7 p.512,20 -is missae conventus. BOVO SITH. Bert. 3 p.527,54 -e sancti Martini altare. *fort. add.*: LAND. MEDIOL. hist. I 3 p.1,73,25 quae . . . meis tabulis -bus . . . denotata esse recolo. *eminens - überragend.*: THEOD. TREV. transl. Celsi 4 catholicae fidei -i maiestate. **B usu eccl. i. q. ad certam ecclesiam attitulatus vel pertinens - einer bestimmten Kirche zugeordnet oder zugehörig, Kardinal-** (cf. St. Kuttner, *Traditio. 3. 1945. p.129sqq.*; Plöchl, *Kirchenrecht. 2I. p.319 sqq.*): **1 spectat ad translationem clericorum** (cf. St. Kuttner, *op. cit. p.137.153sq.*): LIBER diurn. 8 p.8,4 coepiscopum nostrum . . . , cuius ecclesia est ab hostibus occupata, -em vestre ecclesiae . . . constituimus sacerdotem. HADR. II. epist. 34 p.738,30 eum . . . constituimus -em metropolitanum et archiepiscopum Turonicae ecclesiae (cf. 35 p.742,8). *de attitulato pro episcopo proprio*: CHRON. Camer. 3,17 ecclesiam Atrebatensem . . . -em episcopum habere . . . constituit *papa* (cf. St. Kuttner, *op. cit. p.164*). **2 spectat ad titulos Romanos (de cardinali extraneo: l. 42. cf. l. 49; de re v. K. Ganzer, Die Entwicklung des auswärtigen Kardinalats. 1963)**: CONC. Karol. 14 p.86,23 ut . . . in apostolatus culmen unus de -bus presbiteris . . . consecraretur. ANNAL. Fuld. II a. 885 p.104,5 nomina et omnium presbyterorum et diaconorum -ium, . . . qui omnes eum (*papam*) elegerunt. ORDO Rom. 35,28 alii presbiteri astantes duo vel tres cardinales (cf. 35,34,35). LIUTPR. hist. 10 p.167,21 -em subdiaconem. 22 p.174,23 -is archidiaconus. BERTH. (?) annal. a. 1077 p.291,37 dominus . . . apostolicus . . . ad idem colloquium sanctae Romanae ecclesiae diaconum -em . . . transmiserat. EPIST. Hann. 30 M(ainardus) -is dictus episcopus Silve Candide et sua gratia abbas Pomposie. BERNOLD. CONST. chron. a. 1084 p.440,30 ordinationis (*papae*) privilegium solis -bus episcopis, Ostiensi, Albanensi et Portuensi, . . . est concessum. CHART. Bund. 260 p.197,4 R(omanae) ecclesie diaconi -is ac bibliothecarii. 283 p.211,22 per manum Aimerici, . . . diaconi -is cancellarii. ANNAL. Magd. a. 970 p.151,8 confirmavit eum (*Adalbertum*) . . . primatum habere . . . et inter -es episcopos Romanae sedis consortium habere. ORD. canc. pap. 1 p.3,4 archipresbiterum, qui debet esse -is. ALEX. MIN. apoc. 4 p.53,16 XXIV sacerdotes -es respondent XXIV senioribus veteris testamenti. CHRON. Erf. min. p.548,24 hic (*Euaristus papa*) . . . tytulos in urbe Roma divisit -bus presbiteris et dyaconibus. *persaepe. v. et p.277,10,37. 3 spectat ad ecclesias cathedrales extraneas (interdum privilegii more Romano ornatas, e. g. l. 64)*: **a de clericis (de officio: l. 66; cf. St. Kuttner, op. cit. p.154sqq. 165sqq.)**: COD. Karol. 3 p.481,35 quartum capitulum de presbiteris agrorum, quam obedienciam debent exhibere episcopis et presbiteris -bus. IOH. VIII. epist. A 207 p.172,32 ut . . . nullus . . . in patriarchatus eligatur . . . nisi de -bus presbiteris et diaconibus Constantinopolitane sedis. CHART. archiep. Magd. 63 p.91⁸,31 ecclesiam tuam (*sc. Adalberti*) XII presbiteros, VII diacones, XXIV subdiacones -es, qui sandaliis et lisisint utantur, habere volumus (cf. ANNAL. Magd. a. 970 p.151,10). DIPL. Heinr. IV. 156 p.203,19 -em archidiaconatum eiusdem urbis (*Tullensis*). LAND. MEDIOL. hist. II 34 p.34,9 ordinarii -es sancte Mediolanensis ecclesie. GERHON. ad Innoc. p.222,23 ceteri . . . -es sive cathedrales prelati cuiuslibet ecclesiae. **al. b de ecclesiis baptismalibus** (cf. St. Kuttner, *op. cit. p.160sqq.*): CAPIT. reg. Franc. 92,8 ut prepositi -ium ecclesiarum obedienciam sint episcopis suis. 293

p.411,17 ut titulos -es in urbibus vel suburbis constitutos episcopi canonice . . . ordinent. DIPL. Karoli III. 35 p.61,9 cum . . . ecclesiis baptismalibus, quae intra civitatem . . . -es habentur sive aextra civitatem existunt (89 p.146,25 in . . . e. b. aut -bus). **al. c de cathedra abbatis**: SIMON SITH. gest. 2,6 quem (*abbatem*) episcopus . . . pastoralis virga insignitum in throno -i collocaverit. 2,89 p.653,13 quod . . . Cluniacensis abbas . . . in -i abbatis sede staret ut abbas abbatum. **C ad cardinaliam pertinens - einen Kardinalsitz betreffend**: ORD. canc. pap. 1 p.5,3 (codd. EO) Penestrina . . . dignitate episcopali et -i . . . privata.

II subst. masc.: qui ad certam ecclesiam attitulatus est - einer der einer bestimmten Kirche zugeordnet ist, Kardinal (de re v. p.275,20sqq.): **A spectat ad translationem clericorum**: IOH. VIII. epist. A p.9,1 Burdegalensis diocesis episcopum, . . . Frotharium, in Bituricensem ecclesiam -em fieri dederentes (cf. St. Kuttner, *op. cit. p.164*). **B spectat ad titulos Romanos (de clericis extraneis: l. 34sq.38. al.; de re v. p.275,57)**: ORDO Rom. 36,40 summus . . . pontifex, quando benedicitur, eligitur unus ex -bus, de qualicumque titulo fuerit. CHRON. Noval. 1,7 ignorantibus -bus, id est custodibus. BERTH. (?) annal. a. 1078 p.307,38 excommunicationis iam per -em . . . factae. EPIST. Hann. 20 p.49,16 ut nullus umquam papa fieret nisi per electionem -ium. EPIST. Heinr. IV. 18 p.28,7 Hildebrandum legali omnium -ium . . . iudicio scias abiectum. LEO MARS. chron. 3,24 p.715,12 Aldemarium . . . -em simul et abbatem sacravit *apostolicus*. COSMAS chron. 1,22 p.42,29 papa suorum -ium consilio . . . consecrat eam abbatissam. app. 2 p.254,8 qualicumque apparamento septem -es altari sancti Petri ministrare student. OTTO FRISING. chron. 7,22 p.343,27 a . . . -e (-i var. l.) . . . in regem ungitur *Conradus*. CARM. de Frid. I. imp. 678 cardiciam nales, qui iuxta templa beati constiterant Petri. CONST. I 333 p.477,24 magister Melior -is, Massanus episcopus. CHART. episc. Hild. I 486 p.463,27 ego Iohannes tituli sancti Clementis -is, Viterbensis . . . episcopus. CHRON. Erf. mod. a. 1153 rex curiam . . . cum duobus -bus . . . habuit. ALEX. MIN. apoc. 16 p.342,13 Desiderius, -is Romanus et abbas Cassinensis. *persaepe. abusive*: THEOD. TUIT. revel. (ArchGeschNiederrh. 5. 1866. p.293,30; c. 1164) sanctus Corimibi martir et -is. *ibid. al. iron.*: CARM. Bur. B 41,4,6 ibi cursus galearum et conflictus piratarum, id est -ium. 41,17,1 ita dicunt -es, ita solent di cardinales. *de protectore ordinis ('Kardinalprotector')*: DAVID expos. reg. (ZKirchGesch. 19. 1899. p.350,9) dominus noster -is, cui a sede apostolica gubernatio est commissa. SALIMB. chron. p.383,12 Hugolinus, qui fuit -is ordinis fratrum Minorum, id est gubernator et protector (p.383,16. p.453,20). **C spectat ad ecclesias cathedrales extraneas (interdum privilegii more Romano ornatas, e. g. l. 50.55sqq.)**: RATHER. epist. 26 p.146,4 cum titularibus . . . paratos . . . invenissem, vos -es . . . manere . . . cerno rebelles (cf. *notam ed.*). DIPL. Otton. III. 347 -bus et canonicis . . . ecclesie Aquigranensis. DIPL. Conr. II. 252 diaconem . . . , sancte Cremonensis ecclesie -em. ARNULF. MEDIOL. gest. 1,3 unus ex maioris ecclesiae praecipuis -bus, quos vocant ordinarios. CHART. Mog. A 460 ecclesie sancti Iacobi apostoli . . . -is. CHRON. Andag. 8 p.24,2 ecclesie beati Remigii scolasticum, -em quoque et decanum (cf. *notam ed.*). 46 p.115,23 unus ex septem -bus maioris altaris. ORD. iud. Dei A 23 p.628,5 letania a -bus *ecclesiae Suessionensis* dicenda (cf. St. Kuttner, *op. cit. p.168⁶⁹*). SALIMB. chron. p.399,29 fecit *legatus* eum -em Ravenne. *al. adde.*: LAND. MEDIOL. hist. I 1,4 p.39,58 viginti quatuor sacerdotes, qui quasi -es essent, debere constitui *visum est Ambrosio*. SALIMB. chron. p.510,8 Paliologus in Constantinopolitana urbe . . . papam fecerat et -es. **D in cognomine**: CHART. Laus. 896 (a. 1237) Vuibertus dictus C-is habet . . . vineam. CHART. Eichsf. 464 Heinrichus dictus K-is, noster homo. **E in usu verborum: v. p.304,46sqq. cf. l. 42sq.**

***cardinalitas, -atis f. sedes cardinalis - Kardinalsitz**: CHRON. Sigeb. cont. Aquic. a. 1195 p.432,44 ad mitigandum eiusdem Symonis dolorem a papa ei quedam -s confertur. *v. et p.274,48.*

***cardinus** v. *carduinus, *gardinus.

1. cardo, -inis m. (f.: l. 43. p. 278,14; n. pl. -a: l. 62)

I proprie: *A spectat ad ianuas, membra sim.:* **1 stric-tius:** a *vertebra (in qua porta movetur) - (Tür-) Angel (cf. Gloss. I 83,18 St.-S. -o tureo ang. III 324,26 -o ange. IV 134,31 -o scerdir):* **α in univ.:** WALTH. SPIR. Christoph. I 14 ad revoluti -is strepitum. THEOPH. sched. 2,24 hos duos ferros copulabis in una summitate in modum -um. HELM. chron. 30 p. 58,14 porta -bus avulsa. HEINR. WIRZ. cur. 597 necratione vacat, quod habent *cardinales* a -e nomen. *al. de fulcramento axis (cf. Gloss. II 75,7 St.-S. -em, quod dicitur napa):* MAPPAE CLAVIC. 270 tales . . . habeant ipsae colum-nae -es, ut non moveantur, quia configuntur intus. *usu symbolico:* TRAD. Ratisb. 319 (c. 1010/20) suam famulam . . . eo tenore, suo annuatim -e revoluta quinque denarios . . . ut obtulisset, tradiderunt. **β alleg.:** HRABAN. univ. 14,22 p. 400^b -o potest significare rectae fidei firmitatem. p. 400^c quid -es . . . nisi sensus et corda sunt . . . angelorum sive hominum sanctorum. **γ in imag.:** EGBERT. fec. rat. 1,792 ira . . . omne suo fas iustitiae de -e vellit. EPIST. Ratisb. app. 6 in quo (*papa*) sancte ecclesie -o volvitur. METELL. Quir. peripar. 5,1 (ed. P. Chr. Jacobsen. 1965. p. 343) abbas prefuit Arbo, stridens lime -o. **δ per compar.:** ALBERT. M. sent. 1,2,24 p. 86^a,11 in istis . . . principiis tamquam quibusdam -bus volvitur totus mundus. *v. et p. 275,8.* **b articulus - Gelenk:** WALTHARIUS 1051 Waltharius humerumque eius de -e vellit. NIVARD. Ysengr. 7,432 elicit guttur -e Cono cavum. **2 latius:** a *porta - Tür, Tor:* CARM. imag. 2,3,8 caeli cui -o pateat pro munere servo. **b angulus - Ecke:** HUGO FLAV. chron. II 8 p. 374,40 habet hoc altare a quattuor -bus quattuor evan-gelistarum . . . species. **B spectat ad mundum:** **1 stric-tius i. g. polus, axis - Pol, Achse: CARM. Aldh. 4,30 passim orbis per marginem ad usque caeli -em. RHYTHM. 116,3,1 -i oppositum recta linea si serves luminum intuitu *eqs. (v. no-tam ed.).* *alleg.:* HRABAN. univ. 9,6 p. 265^c significant . . . -es ipsi praesentis ecclesiae conversationem. *per compar.:* OTTO FRISING. gest. 1,60 p. 85,27 a nobis (*sc. cardinalibus*), per quos tamquam per -es universalis aeccliesiae volvitur axis. **2 latius:** a *plaga caeli - Himmelsrichtung, -egend:* ALDH. ad Acirc. 3 p. 72,14 arcturus . . . qui boreo aquilonalis poli -e volvitur. CARM. Aldh. 1,36 archon ventorum . . . veniebat a -e, unde Titanis . . . labuntur luminaria. AETHICUS ISTER 18 -es mundi has (*sc. septentrionem et meridiem*) . . . scribit. HRABAN. univ. 12,2 p. 333^b quatuor -es quatuor angulos quadrati significant. CARM. Cantabr. 42,9 miratur celi -es, ultra non curat homines. OTTO FRISING. chron. 2,13 p. 82,12 ut sic secundum iv mundi -es mundi quoque iv regna consti-tuant. *al. solis -o i. g. oriens - Osten:* HROTSV. Mar. 635 reges astrologi solis de -e . . . advenerunt. *al. b culmen (caeli), caelum - (Himmels-)Gewölbe, Himmel:* ALDH. virg. II 259 astriferum clausit *Helias* quadrato -e caelum. ad Acirc. 111,8 ego (*sc. creatura*) complector sub caeli -e cuncta (HROTSV. Mar. 178 de -e c. . . veni). HROTSV. asc. 119 stellato -e lapsi. FROUM. carm. 7,14 te sequor, ut mundus circumfert -e cursus. CHART. Westph. IV 1528 nichil est sub -e phebi, quod non cedat ab invalido. *al. c clima vel orbis terrae - (Erd-)Gegend, Erdkreis, Erde:* ALDH. virg. I 28 usque supremos terrarum -es. virg. II praef. 2 laudem capiat quadrato -e (*cor- N*) *virgo (cf. WALAHFR. carm. 88,7 ecclesiae, regnat quae quadro -e terrae. ERMENR. ad Grim. 33 p. 573,28 -e quadriñdo). PAUL. ALBAR. carm. 9,2 sacra . . . docmate clara, que . . . fulgent per -a mundi (cf. 11,2). ALEX. MIN. apoc. 16 p. 349,14 per omnes mundi -es. al. d aeon - Weltalter:* CARM. de conv. Saxon. 6 (MGPoet. I p. 380) post coepit sex-tus felix se volvere -o, qui meruit . . . germinis alti adventum . . . capessere.**

II translate: *A momentum, quo res vertuntur - Angel-punkt: 1 gener.:* a *medietas - Mittelpunkt:* WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 86 cui (*numero*) pariter pariles decadis sub -e partes contulerat quadruplum replicans binarius orbem. **b summa rerum, discrimen - Hauptsache, Entscheidung:** HEINR. AUGUST. planct. 5 cunctorum -o vel

adi. clarens, -entis. *praeclearus - herrlich*: METELL. buc. 1,62 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) sacram signis -bus amam.

claresco, clarui, -ere. *script. -ris*: GLOSS. I 116,32 St.-S.

1 proprie: **A intrans.**: **1 sensu inchoativo vigente**: **a lucescere, radiare incipere, luminum fieri - aufleuchten, zu strahlen beginnen, hell werden (cf. GLOSS. I 116,29 St.-S. -uit piplichta. II 248,9 enitescere -ere scinan)**: **α in univ.**: AETHICUS ISTER 9 qui (*diabolus*) primus in luce -uit (gloss.: refulsit). WALAHFR. Blaithm. 133 aurora . . . -uit. ANNAL. Xant. a.841 nubecula . . . -uit. *al. per compar.*: VITA Liutb. 20 veluti . . . -ente sole dissipatur nebula. **β c. colore quodam**: *fulgendo inire - strahlend anbrechen*: POETA Saxo 3,322 cum . . . -ret aestas. *efflorescere - erblühen*: CARM. Bur. B 144,1,4 ornatus . . . florum lete -uit. **b albidum vel albidioris temperamenti fieri - hell werden, eine hellere Tönung annehmen**: ALBERT. M. animal. 3,115 aeris viridis virore aliquantulum albescente et -ente. 16,53 ipse (*aer*) est perspicuus et facit -ere substantiam eius, cum quo miscetur. **c limpidum fieri - klar werden**: WALTH. AGIL. med. 100 si . . . exeat spissa et subito -at urina. **2 sensu inchoativo evanido i. q. limpidum esse - klar sein**: ALBERT. M. animal. 1,206 varius color oculi . . . significat spiritum visivum . . . -ere. **B trans. i. q. purgare - reinigen**: RHYTHM. 1,9,2 sordis auribus . . . -it extram.

II translate et in imag.: **A intrans.**: **1 sensu inchoativo vigente**: **a splendescere, enitescere, splendendo conspicuum fieri - erstrahlen, aufglänzen, strahlend sichtbar werden**: **α in univ.**: WILLIB. Bonif. 5 p.23,27 cum . . . doctrinae lux . . . -ret. HUGEB. Wynneb. 7 p.112,39 semper sacra in suo pectore permanentes -uerunt oracula. LIUTG. Greg. 4 ex eo die quantum -uerit sapientia ipsius omni regno Francorum. **30 CAND. FULD. Eigil. I 12 quod in ministro Christi vera Christi susceptio -uisset. GODESC. SAXO conf. p.75,3 quatenus in ecclesia . . . fidei claritas -ret. WALTHARIUS 306 in hoc . . . -at gratia vestra, ut eqs. al.** **β c. colore quodam**: *clare evinere - sich in herrlicher Weise ereignen*: ARBEO Emm. 25 in qua (*ecclesia*) . . . innumera ex merito martyris -unt signa (*HROTSV. Agn. 399*). (*laudabiliter*) *existere - (rühmlich) hervortreten*: AETHICUS ISTER 2 Aethicus, Histria regione, sofista -uit (gloss.: refulsit vel resplenduit vel emicuit). REGINO chron. a.158 Clemens . . . presbiter et Panthenus philosophus -unt. *al.* **b glorificari, celebrem fieri, se manifestare - verherrlicht werden, zu Ansehen kommen, sich offenbaren**: RUD. FULD. mirac. praef. p.329,13 quibus . . . signis et virtutibus . . . -uerint sancti (DIPL. Loth. I. 110 [ed. Th. Schieffer. 1966] quorum [*martyrum*] s. et v. . . . Dei maiestas . . . infidelibus aperte -at). LIUTOLF. Sever. II 3 in itinere miraculis -uerunt reliquiae (MIRAC. Annon. 2,1 [Siegburg. Stud. III. 1966]). CHART. Rhen. inf. I 402 -entibus meritis b. Nicolai . . . mansum reddidit. *al. adde*: WALTH. SPIR. Christoph. I epist. p.64,20 quatinus tuo favore -at libellus limatus. *c. adi.*: BERTH. (?) annal. a.1075 p.280,3 qui . . . miraculis . . . sanctissimus -uerat. *c. nom. c. inf.*: DIPL. Heinr. IV. 408 p.540,32 qui (*sanctus*) . . . fundator illic per miracula . . . -uit esse veracissime. **c apparere, notum, evidentem fieri, cognosci posse - klar, deutlich, bekannt werden, sich herausstellen, erkennbar werden**: **α gener.**: WILLIB. Bonif. 4 p.17,6 si quam in parte huius populi evangeli umquam aditus -ret. COD. Lauresh. 12 p.290,35 -entibus culpis. WETT. Gall. 41 quod (*sc. vindicta sceleris*) absque mora plurimis -uit. THIETM. chron. 2,23 p.66,25 ut fides tua in conspectu omnium -at. *al. c. nom. c. inf.*: GODESC. SAXO gramm. 2 p.442,2 hostis antiquus . . . -uit magna sibi suisque esse ruina. *impers.*: REGINO chron. a.864 p.81,6 ut postea -uit. THIETM. chron. 2,3 ut signis post obitum -uit. *al. c. acc. c. inf.*: VITA Liutb. 35 p.40,18. **65 NARR. de lib. Fab. 3 ubi episcopo -uit sibi adesse litteras. al. interr. indir.**: LIUTG. Greg. 2 p.68,17 praedicatio ex quo fonte processerit, statim -uit. TRANSL. sang. Dom. in Aug. 11. *al. pendet quod*: THEGAN. Ludow. 18 postmodum -uit . . . in nonnullis miraculis, quod eqs. **β iur. (interdum i. q. probari - nachgewiesen werden)**: TRAD. Frising. 439 (a.820) quicquid . . . de alode . . . -uisset. DIPL. Karoli III. 89 p.147,19 quatenus rei veritas lucide -at. DIPL. Arnulfi 131 p.196,32

[Schmidt]

unde investitura . . . ecclesie -ere potuerit. DIPL. Heinr. III. 339 p. 463,33 si . . . ullum datum . . . -uerit. *c. nom. c. inf.*: DIPL. Otton. I. 405 p. 552,8 que . . . vera esse -uerunt. DIPL. Otton. II. 254^a p. 294,20 que (*res*) -uerit . . . pertinere monasterio. *impers.*: *pendet* quod: DIPL. Karoli III. 25 p. 43,14 notitia, qualiter -ere potuisset, quod *eqs.* TRAD. Teg. 14. *al.* qualiter: TRAD. Teg. 299 (c. 1160). **2 sensu inchoativo evanido i. q. praestare - hervorragen**: DIPL. Karoli III. 125 p. 201,17 qui (*abbas*) . . . moribus et doctrina -at. HROTSV. prim. 62 tua progenies . . . culmine . . . -et honoris. **B trans.**: **1 notum reddere, patefacere - bekannt-, offenbar machen, mitteilen**: **a gener.**: HUGEB. Willib. 2 p. 89,12 statim . . . abbas . . . -uerat ista congregatione (*cf. p. 681,44*). CARM. de Nyn. 183 Dominus venerandum -uit orbi . . . illum. **b iur. i. q. evidentem facere - evident machen**: DIPL. Arnulfi 131 p. 197,1 quicumque sue proprietatis firmitates . . . amiserint et -ere vel comprobare potuerint. **2 in lucem proferre - hervorbringen**: AETHICUS ISTER 72 p. 56,3 quamvis . . . Graecia prima . . . inlustres medicos (illustribus medicis *var. l.*) -uisset. **adi. clarescens, -entis. praeclarus - herrlich**: METELL. peripar. 11,22 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) -s Chrisogonus. ***claretum, -i n.** (*francog. vet. claret, cf. theod. vet. claret, v. et v. Warthburg, Frz. etym. Wb. II. p. 740*) *script.*: -rat: l. 28. -raet: l. 44. **vinum melle et speciebus vel herbis conditum - mit Honig und Gewürzen oder Kräutern versetzter Wein, Würzwein, Kräuterwein** (*cf. Gloss. III 373,24 St.-S. -um luterdranc. 697,57 -atum. al.*): **1 gener.**: WILH. HIRS. const. 1,14 quae (*potio pigmentata*) -um, id est liittranch, dicitur. CHRON. Ebersh. 27 p. 445,6 situlam plenam -i. CARM. Bur. B 197,4,4 (ed. B. Bischoff. 1970) -um forte, nectareo sapore. CONR. FAB. Gall. 27^{ex}. -o permixta toxica. ALBERT. M. Is. 5,22 p. 80,54 -um . . . et cetera, quae possunt inebriare. **2 spec.**: **a pharm. et natur.**: TRACT. de aegr. cur. p. 136,1 laxativum. IOB. PLATEAR. simpl. med. p. 14b^v cataputiae contrite bene cum melle decoquantur et cum tali melle et vino fiat -um. HILDEG. caus. 4 p. 186,26 haec (*cariophyllum et piper*) . . . in optimo vino fervere faciat atque ad praedictas herbas in saccellum fundat et ex his -um paret *mulier*. THADD. FLORENT. cons. 41,35 aliquantulum . . . -i facti cum diureticis aperitivis splenis. ALBERT. M. euch. 3,2,1,3 p. 282^b,16 -um . . . et moretum extra modum sunt calida et . . . libidinem provocantia *eqs. al.* **b iur.**: CHART. Turic. 384 p. 270,22 (c. 1218) cellerarius quotannis quartale vini reddit . . . ad -aetum. CHART. Rhen. med. II app. 15 p. 403,16 venatoribus . . . unum sextarium -i dare. CHART. Ger. Col. 102 p. 101,28sq. ut pincerna in pascha . . . non det -um, sed pro -o det unam amam vini . . . et habebit nichilominus omnia iura -i, mel scilicet et piper, ad usus suos. REGISTR. Pant. Col. 23 p. 142,24 propinationem -i. *al.* **c eccl.**: ALBERT. M. euch. 3,2,1,3 p. 282^a, 46 liquores . . . , ex quibus . . . sanguis Christi confici non potest, sicut est . . . -um, cervisia, medo. ***claricanus, -a, -um. voce clara praeditus - mit heller Stimme begabt: v. p. 679,49.** **clarificatio** (-cio), -onis *f.* **1 proprie**: **a spectat ad liquores, substantias i. q. actio limpidandi - Klärung, Reinigung**: SALERN. comp. 21 de -e siropi. *alch.*: Ps. AVIC. lap. p. 634^b,30 res . . . puras . . . exaltate et . . . reducite, et factum est totum -um et fixationum rei magisterium. Ps. PLATO quart. 3 p. 148,1 si reduxeris ex eo, quod clarificatum est quadam -e, super turbidum, convertit ipsum ad clarum. p. 152,40 tempus . . . autumnale . . . convenit separationi rei et -i eius. 4 p. 169,30. **b spectat ad oculos i. q. virtus aetate restituendae - Vermögen, die Sehkraft wiederherzustellen**: TRIUMPH. Remacli 2,31 ex divinae -is praesentia . . . lux orbibus feminae caecae refulsit. **2 translate**: **a glorificatio, laus - Verherrlichung, Lobpreisung**: ANSCAR. mirac. Willeh. 3 (2) virtus . . . ad -em Dei publice manifestata est. pigm. p. 41 ut in tuae resurrectionis -cione . . . exultet *ecclesia*. VITA Serv. 67 p. 145,28 quos . . . sanctorum tuorum -bus iocundas. HUGO HONAU. div. 23,5 (ArchHistDoctrLitt. 37. 1962. p. 157) ex -e . . . , qua filius patrem clarificabat, non est aucta

patris divinitas. **b transformatio in statum caelestem - Verklärung**: ALCUIN. epist. 41 p. 84,36 corporis Christi -o gloriosa esse credenda est.

***clarificativus, -a, -um. ad clarificationem valens - wirksam zur Erhellung**: CONSTANT. AFRIC. grad. p. 382,14 alumen . . . est . . . visus . . . obscuritatis -um.

clarifico, -avi, -atum, -are. script. -ref.: l. 30.

1 proprie: **A spectat ad visum: 1 de candore, luciditate i. q. radiantem, splendidum, clarum reddere - strahlend glänzend machen, erhellen**: **a natur.**: Ps. ARIST. lap. I p. 186,39 rubor eorum (*lapidum*) augebitur et -buntur. *al. medial.*: ALBERT. M. miner. 1,2,2 p. 17^a,13 in combustione . . . perspicuum *vitri* . . . -atur. **b eccl.**: HERM. IUD. conv. 11 p. 104,18 (ed. G. Niemeyer. 1963; s. XII. *med.*) -tam in monte Moysi faciem . . . aspicere. VITA Hildeg. Bing. 3,58 (PL 197, 130^B) montem -bant *cruciculae in firmamento existentes*.

2 de perspicuitate, puritate: a spectat ad liquores, substantias i. q. limpidum, perlucidum reddere, liquare - klar, durchsichtig machen, klären (*cf. Gloss. I 174,3 St.-S. -at hlutrit*): **a gener. (medial.: l. 23. al.)**: WALTH. AGIL. med. 30 p. 128,4 -etur sirupus . . . cum albuminibus ovorum (*sim. ALBERT. M. animal. 17,21 fit, quod, cum ova immittuntur vino . . . , -atur vinum eqs. al.*). ALBERT. M. veget. 6,164 -atur *mustum* infra duos menses. **β alch.**: GEBER. investig. 4 p. 482 cuperosa dissolvenda est in aceto . . . , -anda per filtrum. Ps. PLATO quart. 4 p. 170,8 hoc alkien terreum -at et mundificat. *al. v. et p. 677,60.* **b spectat ad oculos i. q. perspicacem, clare videntem reddere - schärfen, klar (sehend) machen**: ANTIDOT. Cantabr. p. 161,19 adipem . . . piscium . . . si quis unguatur, -eficantur *oculi*. REGIMEN san. Salern. 300 lumina -at . . . phlebotomia. ALBERT. M. animal. 1,208 qui (*visus*) . . . per extenuationem -atur *eqs. saepe. de mente*: HILDEG. epist. I 62 p. 283^A -a animum tuum in me (*sc. Deum*). ALBERT. M. animal. 12,123 factum est cerebrum frigidum . . . , ut subtiliet et -et spiritum. **c spectat ad cutem i. q. purgare - reinigen**: TROTULA 58 p. 33,13 facit . . . recedere . . . omnes maculas faciei ipsamque -at *aqua quaedam* (ALBERT. M. veget. 6,303). **B spectat ad vocem sim.**: **1 incipere - anstimmen**: CONSUER. Eins. 12 p. 78,29 primum . . . -et responsorium *hebdomadarius melodiae*. **2 levem, magnum, acutum reddere - klar(klingend), laut, hell machen**: ODO MAGD. herb. 188 -at raucam crudum *allium* . . . vocem. *medial.*: ALBERT. M. animal. 5,48 ut ex coitu -etur (*p. 545^a,12 μελω και λαμπρότερον*) vox eius (*equae*). *al.*

II translate et in imag.: **A glorificare, splendore augere, celebrem reddere - verherrlichen, mit Glanz ausstatten, zu Ansehen bringen**: **1 saec.**: CONST. II 154 p. 189,24 (a. 1231) imperiale fastigium . . . potentie sue scepra -at, cum . . . sue radios claritatis effundit. **insignem reddere - auszeichnen**: FORM. Marculfi 2,1 p. 170,2 (ed. A. Uddholm. 1962) clericos erudicio scribaturarum -at. WIDUK. gest. 2,28 p. 96,11 dominus me . . . magna potestate -vit. *medial. i. q. gloriam assequi - zu Ruhm gelangen*: CONST. II 200,1 (a. 1236) dum -amur in fama. **2 eccl. (interdum c. sensu clare manifestandi, comprobandi, e. g. l. 62)**: ANNAL. regni Franc. a. 827 p. 174,11 corpora . . . martyrum . . . multis signis atque virtutibus -ta sunt. RIMB. Anscar. 2 p. 20,23 quanta gratia Dominus servum suum . . . -are dignatus fuerit. METELL. buc. 7,6 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) laudes dignare tuas (*sc. Quirini*) ita -are, quo radius virtutis . . . non obscuretur. MIRAC. Annon. 2,1 (Siegburg. Stud. III. 1966) ad certificandam . . . sanctitatem . . . Annonis Christi pietas eum longe vel prope -are non destitit. **c sensu sublimandi**: CHART. Stir. IV 305 p. 181,30 (a. 1268) universa humane nature conditio lumine divine ymaginationis -ta. *al. medial. i. q. beatitudinem aeternam assequi - zur ewigen Seligkeit gelangen*: DIPL. Heinr. IV. 489 quoniam . . . in futuro nos feliciter -ari credimus. **B exornare - schmücken**: SALUTARIS POETA 2 (MittellatJb. 5. 1968. p. 229; c. s. XIII.) collige flores (*sc. morales doctrinas*) et puerile caput -are stude. **C explanare, ostendere - deutlich machen, zeigen**: **1 manifestum reddere, probare - klarstellen, beweisen**: EPIST. Bonif. 80 p. 178,29 si -tum fuerit ita

eum confiteri. *fort. huc spectat*: CHART. Ital. Ficker 29 p. 40,31 (a. 976) quas (*res*) . . . in Venetias adduxi, . . . invenire et -are. **2 aperire - bekanntgeben**: CHART. Basil. A II 72 (a. 1260) presentibus -o noticiam subscriptorum. *interr. indir.*: CHART. Wirt. I app. 21 (s. XII.) fidelibus -amus, quomodo *egs.* **D luce intellegentiae complere - erleuchten**: NADDA Cyriac. I 22,6 de apostolis iam sancti spiritus presentia -tis. METELL. Quir. 1,57 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) -a duces!

adi. clarificatus, -a, -um. **1 liquatus, limpidae - geklärt, klar**: LAMB. ARD. hist. 87 p. 601,46 vino . . . pigmentato et -o ('*clairrette, Würzwein*' ed.) . . . in cuppis fluctuante. **2 magnus - laut**: CARM. Bur. B 61,13^a,2 risus.

clarificus (gl-), -a, -um. **1 adi.**: *a proprie i. q. collustrans, lucens, radians - hell (machend), (er)leuchtend, strahlend*: BONIF. carm. app. 8,10,7 -a perfundens luce sacellum (*sc. lucerna*). SEDUL. SCOT. carm. 2,3,11 Titan, -o qui resplendebat amictu. 2,20,25 -i . . . splendore iacinthi. *al.* **b translate et in imag.**: *a praeclarus - herrlich*: ALDH. virg. II 766 cuius (*Antonii*) -am (gl- *P a. corr.*) . . . noscere vitam. **β fort. i. q. illuminationem ferens - viell.**: *Erleuchtung bringend*: ALDH. virg. II 1394 quatenus altithronum . . . possent -is (-e *W*) pagani credere signis. FLOR. LUGD. carm. 3,212 -um sancti Iesum . . . adorant.

2 subst. masc.: *qui lucem veritatis fert - einer der das Licht der Wahrheit bringt*: LIOS MON. 5 quod . . . plures finxerunt falsidicorum, dogmate -i manifesto scribere temptant.

*adv. *clarifice. firmiter - unwiderleglich, fest*: EPIST. pont. Rom. sel. I 2 p. 32,6 ut -e ostenderent, quod *egs. v. et l. 22.*

clarigatio (-reca-, -ica-), -onis f. **1 gener. i. q. postulatio exhibendi - Forderung auf Herausgabe**: AETHICUS ISTER 72 p. 55,5 -ecatio (-ic- *var. l.*) pignorum non tardat inopum in Graecia. **2 milit. i. q. evocatio - Aufgebot**: GESTA Bereng. 2,68 iussio (gloss.: -o) torva . . . Italo iam perfurit arvo, conveniant *egs.*

***clariger**, -era, -erum. **1 proprie de latrunculis ludi i. q. albus - weiß**: CARM. Scot. II 1 sol. 4,10 -e bini luctantur . . . turme. **2 translate i. q. nobilis, gloriosus - edel, ruhmreich**: CARM. Paul. Diac. app. I 1,27 stemmate -o, regali sanguine cretus *Hlutharius*.

clarisonus (-isso-), -a, -um. **1 acutus, dulcis, altus - hell-, wohlklingend, hoch**: CARM. Cantabr. 10,10,2 fistula -a (-ss- *G*). BERNH. GEIST. palp. 1,292 vox. *in imag.*: METELL. buc. 6,21 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) risit -is modulis michi musa Maronis. **2 magnus, clarus - laut**: STEPEL. Trud. 18 in -is summae maiestatis laudibus. WALDO Anscar. 7,11 tonuit fragor altus . . . vocis -ae, quae verbum pertulit ad me. **3 voce clara praeditus - mit heller Stimme begabt**: HUCBALD. carm. 2,124 -ae (*claricanae DV*) . . . Camenae (2,134.144. *ibid. saepe*).

claritas, -atis f. *plur.*: p. 680,2.

1 proprie: *A spectat ad visum*: **1 de candore, luciditate**: *a lux (clara), fulgor, nitor - Helligkeit, (helles) Licht, das Glänzen*: *a gener.*: ARBEO Corb. 27 ex fenestris . . . tanta vim -s luminis radiebat . . . , ut diei superaret -em *egs.* HRABAN. carm. 39,16,3 -e pro fulgoris. ALBERT. M. veget. 4,62 -s . . . , quae est radiorum solis. *al.* *de statu collustrato*: FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 208,11 per -em domus magis discernit causas *falco*. **β techn., natur., medic.**: THEOPH. sched. 3,39 donec calefactae . . . perdant -em, quam poliendo acceptant *auriculae*. HILDEG. scivias 2,2 p. 451^B flamma . . . in splendida -e . . . consistit *egs.* MAURUS urin. I p. 12,29 sunt . . . sinthomata: febris, . . . -s albedinis oculorum. ALBERT. M. cael. hier. 3,2 p. 83^b,22 -s . . . dicitur divaricatio ipsius radii per reverberationem ad aliquod corpus in superficie splendens *egs.* miner. 1,2,2 p. 17^a,12 aquae naturae . . . infunditur -s luminis ignei. *al.* **γ eccl. et theol.**: BONIF. epist. 10 p. 8,24 magne -is . . . angelos. HRABAN. carm. 39,85,5 in paterna -e . . . Christum cernere. RIMB. Anscar. 3 p. 23,16 neque ipsa -s *Dei* talis erat, quae oculos contemplantium impediret. *al.* GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p. 397,48 Maria . . . inaestimabili -e . . . omnes hilarans. ELIS. SCHON. vis. 2,9 p. 44,8 Petrum et Pau-

lum -e . . . circumamictos. ABSAL. serm. 42 p. 241^B spiritualis visus cordis duas exigit -es . . . : unam exteriorem, in qua sancti sunt cum Christo . . . , alteram interiorem, quia iusti viri per virtutes intus illuminantur *egs. saepe. spectat ad* **5 miracula**: ARBEO Corb. 39 in . . . noctis medie tante -is lumine reperte sunt cereae ardentae, qui *egs.* ANNAL. regni Franc. a. 823 p. 163,22 imago sanctae Mariae . . . -e . . . effulsit. VITA Liutg. I 33 ex signo visae -is *fulgoris. al. v. et p. 679,55. meton. de Deo, personis trinitatis*: AETHICUS ISTER 10 p. 4,33 qui (*diabolus*) prior . . . -em immensam cerni gloriatus est. **10** GODESC. SAXO theol. 1 p. 90,75q. spiritus sanctus est -s procedens a -e ingenita et a -e genita. HILDEG. epist. I 14 p. 168^D pater -s est et illa -s splendorem habet. p. 169^A. 140 p. 370^C serena -s dicit: '*egs.*' **b color albidus - helle Färbung**: ALBERT. M. animal. 3,32 cor dat . . . sanguini . . . -em, propter quod . . . sanguis in arteria currens est clarissimus. *v. et p. 681,72. meton. i. q. album (oculi) - das Weiße (des Auges)*: BENVEN. GRAFF. ocul. A p. 16^a,15 per medium -is oculi apparet pupilla. **2 de statu cognoscibili i. q. exstantia (distincta) - (deutliches) Hervortreten**: ALBERT. M. animal. 1,433 nimia . . . venarum cervicis -s. **3 de perspicuitate, puritate i. q. limpeditas, perluciditas, munditia - Klarheit, Durchsichtigkeit, Reinheit**: *a spectat ad liquores, substantias*: *a gener.*: RUD. FULD. Leob. 2 propter nimiam -em fontis. **25** BENVEN. GRAFF. ocul. A p. 16^b,10 propter -em humoris cristallini. *adde*: BOTAN. Sangall. 20,1 ad fistola sanandas: herba benedicta . . . -em facit. **β alch.**: PS. PLATO quart. 3 p. 148,14 signum -is est, ut . . . convertitur fex in illam. **b spectat ad sensum videndi, mentem**: ALBERT. M. animal. 1,205 propter eandem causam defectus -is spiritus visivi (8,231 puritas et -s et munditia s. deservientis ei [*imaginatiō*]). ALBERT. M. [?] animal. quaest. 16,8 p. 279,56 -em . . . recipit s. a virtute . . . cordis). **B spectat ad vocem sim. i. q. sonus dulcis - Wohlklang**: WALAHFR. carm. 64,1,4 gaudium cordis patescat -e carminum. EPIST. Worm. I 30 p. 56,6 quinque mirē -is vascula (*sc. campanas*). BERTHA Adelh. 7 p. 761,27 delectabili vocis donata est -e.

II translate et in imag.: *A lumen splendens - heller Schein*: HRABAN. epist. 2^a p. 382,33 quae (*crux sancta*) -e sua cuncta clarificat. **TRANSL.** Pus. 10 qui . . . in -e conditoris suat, voluntatem ipsius intelligunt. WALTH. SPIR. Christoph. I 9 per te (*sc. Deum*) -em lucis inveni. HERM. IUD. conv. 12 p. 108,9 (ed. G. Niemeyer. 1963) christiane fidei -s infulsit. *al.* *adde*: OTLOH. prov. T 16 (ed. W. C. Korfmacher. 1936) tanto subtilius quisque de tenebris iudicat, quanto eum verius -s lucis illustrat. **B magnificentia - Herrlichkeit**: **1 in univ.**: *a splendor, celebritas, gloria - Glanz, Ansehen, Ruhm*: RATPER. cas. 16 dedicatione . . . basilicae . . . non sine signorum -e . . . peracta. WIDUK. gest. 3,10 rex . . . cum novi matrimonii -e acturus . . . pascha. RUOTG. Brun. 1 dispar . . . -s . . . donorum s. *spiritus*. THIETM. chron. 1,10 cum . . . scriptis multorum vitae eiusdem . . . fulgeat -s. *al. v. et p. 678,49. meton. de cantu i. q. res pretiosa - Kostbarkeit*: AMALAR. off. 3,40,10 quando intermittitur 'gloria in excelsis Deo' sive alia -s sacri ordinis ad tempus *egs.* **b sublimitas, venerabilitas - Erhabenheit, Ehrwürdigkeit**: *a saec.*: WIDUK. gest. 3,12 cum eius (*filiae imperatoris*) -s precellat omne, quod . . . scribere valeamus. **β eccl.**: DIPL. Otton. III. 389 p. 820,2 Romanam ecclesiam . . . testamur . . . sue -is titulos obfuscasce. *al. de sanctitate*: LIUTG. Greg. 11 ut . . . singulorum *discipulorum* . . . signa -is non abscondam. *c nobilitas, dignitas - Adel, Rang*: EINH. Karol. 2 p. 4,13 qui . . . -e generis . . . ceteris eminebant. HROTSV. Dulc. 1,1 parentelae -s ingenuitatis . . . exigit *egs.* LAMB. HERSF. annal. a. 1063 p. 87,36 pro natalium suorum -e vel obscuritate. *al.* **2 in allocutione vel titulo honorifico**: *a saec. i. q. celsitudo, maiestas - Hoheit, Majestät*: AGOB. epist. 10 p. 201,28 obscuro precellentissimam -em vestram (*sc. consilarii imperatoris*). WIDUK. gest. 1 praef. legat . . . tua (*sc. filiae imperatoris*) -s istum libellum. *al.* **70** CHART. Francof. 369 bona . . . possederat ab imperiali -e. **b eccl. de episcopis i. q. sanctitas - Heiligkeit**: LIBER diurn. 84 p. 102,22 ut sinceritas . . . nostrae fidei vestrae -i manifestus

clareat. CHART. episc. Halb. 56 p.42,15 quidquid superna manus nostre humilitati . . . apposit, ante vestros pedes -is pro libito utendum effundimus. *al.* C *sinceritas, virtus - Lauterkeit, Tugend*: GUNZO epist. 7 p.34,25 argentum . . . ad eloqui -em refertur *egs.* VITA Mathild. II 1 puer . . . mirae -is. *D explanatio, descriptio explanans - Aufhellung, aufklärende Darstellung*: GEBER. clar. 1,1 incipit liber -is totius alkimice artis *egs.* E *acies, subtilitas - Scharfsinn, Feinheit*: WIDUK. gest. 3 praef. quod ingenii sermonisque -e egeat *opus nostrum*.

claritudo, -inis *f.* **1 proprie**: *a spectat ad visum*: **α perluciditas - Durchsichtigkeit**: HILDEG. phys. 4,8 p.1255^B -o *topazii* assimilatur aquae. **β acies visus - Sehstärke**: TRACT. de aegr. cur. p.159,48 ad -em oculorum. **b spectat ad auditum i. q. sonoritas - Wohlklang**: EPIST. Worm. I 30 p.56,10 tantē . . . -is tinnitus in eis (*campanis*) latet. **2 translate**: **a in univ.**: **α splendor - Herrlichkeit**: IOH. SCOT. carm. 2,8,50 σαρκικά nam φύσις divinas temperat αὐγὰς (gloss.: -es). **β sinceritas - Lauterkeit**: DIPL. Conr. II. 285 p.400,23 pro fidelitate et egregia -e animi sui (*sc. ducis*). **γ acies - Scharfsinn**: NADDA Cyriac. I prol. 2,4 maxima . . . ingenii -o. **b in allocutione vel titulo honorifico**: **α saec. de imperatore i. q. maiestas - Majestät**: DIPL. Loth. I. 91 p.225,4 (ed. Th. Schieffer. 1966) has nostrae -is litteras fieri decrevimus. **β eccl. de abbate i. q. venerabilitas - Ehrwürden**: ERMENT. epist. (MGMer. V p.605,10; s. IX.²) vitam beati Filiberti . . . -i (-e *A 3b*) vestrae mittere.

***clarividus**, -a, -um. *clare videns - klar (sehend)*: HUCBALD. carm. 2,112 -o cernens conspectu cunctipotentem *Paulus. de propheta*: HUCBALD. carm. 2,99 -um calvum, cui conscia caelica cuncta.

clarus, -i *m.* *lanx - Schlüssel*: WALTH. SPIR. Christoph. II 1,11 melliflui . . . ientacula -i.

claro, -avi, -are. **1 declarare - deutlich zeigen, erhellen**: HERRAT. hort. p.163 disponit mirabiliter praesentia -ans (CARM. de Iuda 3,159 [ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. 1959. p.283] quitquid dispono -ante suo [sc. Christi] mihi dono *egs.*). **2 ref. i. q. se ostendere - sich zeigen**: WALAHFR. Wett. 415 (gloss. O) abbas . . . clerico se in visione -vit.

claron v. chlora.

***claror**, -oris *m.* *lux clara - helles Licht*: HUMB. Sim. 2,23 p.167,19 a calore eius (*solis*) et -e.

***claruo**, -ere. *patēfacere - offenbar machen*: HUGEB. Wynneb. 7 p.111,21 Dominus . . . merita . . . Christi confessoris -uere volebat (13 p.115,38 m. . . -uere [clarificare 4.^{4b}] pandereque precurabat). *cf. p. 677,13.*

clarus, -a, -um. *script.* gl-: p.683,45.684,34. *adde* Gloss. I 249,32 St.-S. *al.*

1 proprie i. q. λαμπρός - hell: **A spectat ad visum** (*cf.* Gloss. III 232,46 St.-S. -us scon. *al.*): **1 de candore, luciditate**: **a lucens, radians, fulgens - hell(leuchtend), strahlend, funkelnd**: HUGEB. Wynneb. 13 p.117,46 -a cuius (*Dei*) miracula . . . choruscant in cosmo. PAUL. DIAC. Lang. 1,5 circa aestivale solstitium . . . etiam noctu -issima lux cernitur. EIGIL Sturm. 18 cum -o lumine ad orationem . . . ibat. TREGAN. Ludow. 19 oculis. ANNAL. Xant. a. 841 sole. THIETM. chron. 4,8 stella. THANGM. Bernw. 8 -issimis gemmis. THADD. FLORENT. cons. 182,10 igne. *saepe. spectat ad visiones sim.*: HRABAN. carm. 39,74,3 -issimum signum crucis. ERMENT. Har. 6 iuvenem -issimi habitus. HRORSV. Mar. 279 -o diademate Christi. *al.* **b luminosus, illustratus - hell(l)icht, lichterfüllt**: HRABAN. carm. 37,3 aestas -a micat. WIDUK. gest. 1,36 p.53,1 post pluviam -a redit serenitas. THIETM. chron. 6,1 mane. RUP. TUIT. vict. 9,1 (ed. R. Haacke. 1970) austri -issimi. CHART. episc. Wirz. I 124 p.108,23 diem. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p.208,7sq. de domo non -a . . . ad domum -iorem. *al.* **c qui albidī temperamenti est - hell(getönt)**: MAPPAE CLAVIC. praef. p.188,21 colores . . . spissi et -i (ALBERT. M. animal. 1,623 color *cutis* . . . rubicundus non -ae rubedinis, sed spissae). OTTO FRISING. gest. 1 prol. p.11,18 albedo -a, mors pallida, eo quod claritatis altera, palloris

altera causa, sic appellatur. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p.127,21 subrubei *girofalci* . . . fiunt grisei -i. ALBERT. M. miner. 1,2,2 p.16^b,28 secundum quod illud perspicuum *lapidis* . . . fuerit -ius et obscurius *egs.* animal. 3,32 sanguis in arteria currens est -issimus. metaph. 1,4,12 p.64,39 (ed. B. Geyer. 1960) virorem -iorem vel minus -um *egs. al.* *albus - weiß*: CARM. Scot. II 1 sol. 4,4 bis bini (*sc. latrunculi ludi*) . . . consistunt ordine -o. FROUM. carm. 10,4 percipe -as candidulus vestes. BENVEN. GRAFF. ocul. A p.16^a,15 extra ex parte palpebrarum est -issimus *oculus. fort. add. (ni spectat ad l. 37)*: ALBERT. M. animal. 23,93 cum lardo bene -o. **d in nom. propr.**: REGINO chron. a.761 C-um Montem (*'Clairmont'*). CHART. Rhen. med. I 475 p.532,35 comes de C-avalle (*'Clairvaux'*). REGISTR. Patav. I p.368,9 Heinricus dictus C-a Dies. CHART. Lux. III 43 castrum, quod vocatur C-a Costa (*'Schönecken'*). *al. adde*: HRABAN. carm. 19,9 ultima quem -um, hunc (*'Brunwardum'*) causat prima 'nigellum' sillaba. 92,2,3 'ferrum' me (*'Isanbertum'*) -um' dudum dixere parentes (*cf. 32,6sq.*). **2 de statu cognoscibili i. qui bene cerni potest, distinctus - gut sichtbar, sich deutlich abhebend**: BONIF. epist. 63 p.131,9 litteris. EPIST. var. II 26 p.343,1 in volumine . . . -a . . . liminaria relinquuntur. ALBERT. M. animal. 1,433 venae . . . -ae enormes. **3 de perspicuitate i. q. limpidus, perlucidus, qui sine colore est - klar, durchsichtig, farblos**: **a spectat ad liquores, vitrum sim.**: PS. GALEN. febr. 181 urinam nimis -am. ALCUIN. epist. 8 p.34,11 de vino optimo et -o. POETA Saxo 3,192 Moini prope -a fluenta. SALERN. comp. 21 ut . . . siropus -us fiat. HILDEG. phys. 4,8 p.1255^B *topazii*. MAURUS urin. II p.6,10 aqua. ALBERT. M. animal. 1,197 -us sicut grando. 1,198 color . . . vitri liquefacti est . . . -us. veget. 1,176 oleum. *al. v. et p.684,41. de clareto*: CHART. Argent. IV 26 p.22,20 (a.1224/28) camerarius -am potionem det. *alch. in nomine ficticio*: GEBER. clar. 2,77 p.473,21 aqua -a, que a philosophis aqua permanens vocatur. **b spectat ad sensum videndi, mentem**: ALBERT. M. animal. 1,207 spiritus oculi est -us (8,231 nimis -us s. divaricat formas *egs.* 12,123). **4 de statu impermixto i. q. purus - rein**: COMPOS. Luc. N 15 auricpimentum. **B spectat ad vocem sim.**: **1 acutus, altus, dulcis - hell(tönend), hoch, wohlklingend**: EINH. Karol. 22 voce -a quidem, sed quae minus corporis formae conveniret (HRORSV. Pafn. 1,17 nunc gravis, nunc -ae vocis. CARM. Cantabr. 10,6,1 vocis eius [*lusciniæ*] pulchritudo -ior quam cithara. EKKEH. IV. cas. 34 v. -us . . . musicus. *al.*). CARM. Cantabr. 10,1,1 modulamina. *al. in visione*. RIMB. Anscar. 3 p.23,27 vox suavissima, omni sonoritate -ior. **2 magnus, longe sonans - laut, weithin schallend**: TRAD. Frising. 1 (a.744) Christus . . . -a voce intonat dicens: 'egs.' (WALAHFR. carm. 25^a,1,2 -a v. pastores nova concrepabant gaudia mundo. *al.*). HRABAN. carm. 82,1,1 laudes. *al.* **3 levis - klar (klingend), glatt**: WALAHFR. hort. 287 vocem raucionam -o rursus redhibere canori. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p.167,12 hiare suum (*sc. falconis sani*) -um est et non raucum.

II translate et in imag.: **A praeclarus - herrlich** (*cf.* Gloss. IV 136,3 St.-S. -us zorfer. *al.*): **1 in univ.**: **a splendidus, egregius, celebris, laudabilis - glanzvoll, hervorragend, berühmt, ruhmvoll**: LIUTG. Greg. 5 ab . . . discipulis suis, post magistrum -issimis praedicatoribus. PAUL. DIAC. Lang. 2,13 p.79,17 in arte gramatica . . . -issimus. WALAHFR. hort. 186 auxilium -a virtute probatum. EINH. Karol. prol. p.1,25 regis . . . maximi -issimam vitam. POETA Saxo 1,271 vexilla. HRORSV. Dion. 101 fama -us meritum praesul. WIDUK. gest. 3,54 p.134,7 licet multis gestis . . . -us haberetur. THIETM. chron. 7 prol. 14 ista dies . . . -a. OTTO FRISING. gest. 1 prol. 9,20 virorum fortium -a facinora. *saepe. excelsus - sich auszeichnend*: WIDUK. gest. 1,25 vir . . . omnium virtutum insignis -us. 1,30 genere ac potestate, divitiis quoque. *ibid. al.* **bonus - gut**: ALBERT. AQUENS. hist. 2,28 p.321^D -issima visa oportunitate. **b sublimis, venerandus - erhaben, verehrungswürdig, ehrwürdig**: **α saec.**: WALAHFR. carm. 88,25 ab antiquo -o . . . senatu. POETA Saxo 2,459 quem (*regem*) nobile -um . . . fecit genus et maturior

[Schmidt]

aetas. THIETM. chron. 7 prol. 12 rector. CONST. II 15,2 imperator Heinricus -e memorie (CHART. Raitenh. 357 privilegium -e m. . . ducis). *al.* **β** *eccl.*: HUGEB. Willib. 4 p.92,18 inluster -usque Christi crucicolus. HRABAN. carm. 39,1,2 -us mundi formator. TRAD. Frising. 492 p.421,32 qui (*episcopus*) ipsam traditionem manibus suis -is accepit. WANDALB. martyr. compr. 50 martyria. HROTSV. prim. 396 -i sacratio templi. DIPL. Otton. III. 259 -i illustrisque abbatibus. OTTO FRISING. gest. 1,29 p.47,17. *saepe*. *adde*: NIVARD. Ysengr. 5,631 Ysengrimus . . . frater, cui -ior etas. **c** *ingenuus, nobilis - vornehm, adlig*: ALDH. virg. II 1784 natalibus. WALAHFR. carm. 88,2 rex . . . -us . . . parente. AGIUS vita Hath. 2 qui (*promaiores*) . . . -issimi fuerunt. HROTSV. gesta. 473 cui nomen -um dictavit summa parentum nobilitas illam . . . vocitans Aethelheitham. TRAD. Salisb. I 2 mulierculē -i generis. THIETM. chron. 4,39 ex -a . . . prosapia editus. THANGM. Bernw. 1 p.758,13 sanguine. *saepe*. *de artibus*: AGIUS comput. 1,8 numerus . . . disciplinis -ior est reliquis. FROUM. (?) carm. p. XII,38 rhetoricae . . . -ae. **2** *superl. in allocutione vel titulo honorifico*: **a** *saec. i. q. gloriosus, illustris, generosus - ruhmreich, erlaucht, edel (cf. H. Dahm, Die Ehrenprädikate der . . . Stände des Mittelalters. Diss. Marburg. 1943. p.68)*: **α** *de imperatoribus, regibus sim. (de maiore domus: l.25)*: VITA Gertr. A 3 post obitum viri -issimi Pippini (FORM. Dion. 11 Flavio Constantino augusto . . . et Galligano viris -issimis). TRAD. Frising. 353 Hludiwici -issimi augusti. ERMENR. ad Grim. 4 p.539,7 pro . . . eius (*regis*) . . . -issima laterali costa. DIPL. Loth. II. 29 (ed. Th. Schieffer. 1966) -issimē imperatrici. OTTO FRISING. gest. 1 prol. p.11,25 augustorum -issime Friderice. *saepe*. **β** *de ducibus, comitibus sim.*: TRAD. Lunaelac. 1 p.1,7 (a.777) ego Machelm, vir -issimus (OTTO FRISING. gest. 1,24 imperatoris apocriarii, viri -issimi. *al.*). CHART. Epternac. 8 p. 29,22 ego (*sc. dux*) . . . , vir illuster, una cum coniuge mea -issima. TRAD. Scheftl. 10 p.15,29 princeps -issimus Tassilo. DIPL. Heinr. IV. 442 p.594,6 christianum ducem Veneticorum atque -issimum. *al.* **γ** *usu vario*: CHART. Bund. 11 (s. VIII^{ln}) hic requiescit -esimus . . . proavus (*v. notam ed.*). VITA Lupi Trec. 9 (MGMer. VII p.300,9) -issima matrisfamilias. CHART. Rhen. med. I 105 p.109,6 -issimis . . . viris manifestissimum esse constat. *de civitate*: CARM. de Frid. I. imp. 1245 (ed. I. Schmale-Ott. 1965) gens o -issima. *al.* **b** *eccl. i. q. venerabilis, sanctus - hochwürdig, heilig (cf. H. Dahm, op. cit. p.46¹⁴⁰)*: **α** *de papa*: ALCUIN. epist. 94 p.138,16 pater -issime (gl- K2). **β** *de (archi)episcopis, abbatibus*: WANDALB. Goar. 2,30 ad abbatem et -issimum virum Gerungum (ADAM gest. 4,9 -issimus vir Eginio *episcopus. al.*). LUP. FERR. epist. 12 -issimo praesuli. *al.* DIPL. Otton. III. 154 p.565,19 Willigisi . . . archiepiscopi -issimi. *al.* **B** *magnificus, pretiosus, speciosus - prächtig, kostbar, ansehnlich*: WALAHFR. Mamm. 26,55 Dei -issima dona. CARM. lyr. 2,1 (NArch. 50. 1935. p.582) auriolus. HROTSV. Agn. 91 ille (*Christus*) . . . me desponsavit . . . -a dotando corona. WIDUK. gest. 3,73 muneribus. RUOTG. Brun. 18 p.16,17 unice -us et spectabilis adolescens. THANGM. Bernw. 8 evangelia auro et gemmis -issima. GREG. IX. registr. 384 p.300,32 vestibus. ALBERT. M. animal. 1,510 cum erecto et -o corpore. *al.* **C** *serenus, comis, propitius - heiter, freundlich, geneigt*: VITA Burch. Wirz. 6 vultu -us. CARM. Cantabr. 27,8,4 familiaritas. THIETM. chron. 4,49 qui (*imperator*) facie -us . . . exivit ab hoc seculo. WERR. (?) Albert. 2 (MGScript. XXV p.139,35) qui (*imperator*) . . . duci non satis animo -us erat. *al.* *deditus - ergeben*: DIPL. Loth. I. 104 (ed. Th. Schieffer. 1966) erga nos eorum (*fidelium*) animos in nostra devotione -iores reddimus. **D** *sincerus, integer, rectus, bonus - unverfälscht, lauter, recht, gut (cf. Gloss. I 12,32 St.-S. -um hlutar. al.)*: CAND. FULD. Eigil. II 14,17 in dogmate -o legis iustitiae. LIOS MON. 3 -um (gloss.: verum) fore, quod fuit atrum (gloss.: falsum). WIDUK. gest. 2,37 vita -os *monachos*. SUMMA dict. Saxon. 7,19 ipsum (*accusatum*) denunciant -e fame. BERTH. RATISB. serm. (SBWien 147/V. 1904. p.14,34sq.) fides -a, quam Deus nobis

in baptismo -am dedit, omnino -a est servanda ab omnibus infidelitatibus. *al.* **E** *apertus, planus, indubitabilis - klar (erkennbar), deutlich, eindeutig*: **I** *gener.*: HUGEB. Wynecb. 7 p.111,22 -a . . . pandebantur *merita*. GODESC. SAXO theol. 7 p.195,25 ut fiat. . . -ius. *al.* *impers.* -um est *i. q. evidens est - es ist einleuchtend, unverkennbar*: CAND. FULD. Eigil. I 11 -um est, qualem . . . patrem . . . voluisti, talis esto *egs*. OTTO FRISING. gest. 1,5 p.18,8 de effectu quoque -um est, quod *egs*. 2,30 p.137,8 -um est, qualiter *egs*. **2** *iur.*: CONST. II 153,7 (a.1231) hoc diploma est . . . -um. CHART. Salem. 446 p.28,35 quamvis satis -um ius habuerit *monasterium*. *notus - bekannt*: CHART. Ital. Ficker 39 p.59,21 (a.998) si . . . ullum suorum datum . . . -um factum fuerit. CHART. Walken. 178 p.135,40 cartam . . . -am cuntis fieri volumus. **3** *theol. i. q. (magnifice) revelatus - (herrlich) offenbart*: FLOR. LUGD. carm. 3,210 Christus iactari retia mandat . . . , -us convescitur illis (*cf. Vulg. Ioh. 21,1-14*). **F** *acer, doctus - klar (denkend), scharfsinnig, gelehrt*: PAUL. DIAC. Lang. 2, 13 p.80,16 ingenio -us (WIPO gest. 1 p.10,24). WIDUK. gest. 2,1 p.65,22 vir . . . litterarum studiis satis -us. *al.* **subst.**: **I** *masc.*: **A** *proprie in ludo i. q. latrunculus albus - weißer Stein*: CARM. Scot. II 1 sol. 2,2 supponuntur -i duo. **B** *translate*: **I** *qui venerabilis, nobilis est - ein Verehrungswürdiger, Edler*: **a** *in univ.*: ALDH. virg. II praef. 33 -orum vitam . . . edicere. POETA SAXO 5,115 de -is genitus fulsit praeclarior *Carolus*. **b** *superl. in titulo honorifico*: CONR. MUR. summ. p.36,1 (ed. W. Kronbichler. 1968) utrum scribat . . . illustris vel spectabilis vel -issimus. p.132,13 omnes . . . inferioris dignitatis inter clericos et laicos -issimi appellentur *egs. ibid.* **2** *qui gratus est - ein Beliebter*: OTLOH. prov. A 44 (ed. W. C. Korfmacher. 1936) largitas -os facit. **II** *fem.*: *albugo (ovi) - das (Ei-)Weiß*: BERNH. PROV. comm. 4,3 p.284,43 cum glara ovi. THADD. FLORENT. cons. 80,3 -am ovi unius. THEOD. CERV. chirurg. 2,20 p.150^E in -a ovorum, quē sit fortissime conquassata, adeo quod in spumam iam sit tota conversa. *al.* *cf. 2. *glarea*. **III** *neutr.*: **A** *proprie*: **I** *quod limpdatum, sine colore est - das Durchsichtige, Farblose*: ALBERT. M. animal. 1,198 nutrimentum -i (*sc. humoris glacialis oculi*). 1,199 quia superfluitas -i -a est. *alch. i. quod purum est - das Reine*: PS. PLATO quart. 3 p.148,2 convertit ipsum (*turbidum*) ad -um. **2** **a** *albugo (ovi) - das (Ei-)Weiß*: TRACT. de aegr. cur. p.357,23 de . . . -o ovi . . . fac emplastrum. HILDEG. caus. 3 p.171,23 -o ovi bene despumato. *al.* **b** *spuma albuginis ovi percussae - Eischnee*: THEOPH. sched. 1, 24 tolle -um, quod percutitur ex albugine ovi sine aqua (*sim.*). HILDEG. caus. 3 p.184,6). 1,40 vetus -um sine aqua percussum. **3** *vinum clarificatum - klarer Wein*: CHART. Laus. 453 (a.1220) reddit quartam partem tam de -o quam de spisso. **B** *translate i. quod splendidum, praecipuum est - das Glanzvolle, Bedeutende*: EINH. Karol. 1 p.3,4 quae (*gens Merovingorum*) . . . nec quicquam in se -um . . . praeferabat. WIPO gest. 6 p.28,1 si quid insigne et -um acciderat. OTTO FRISING. gest. 1 prol. p.12,7sq. ut . . . per -a -iora . . . appareant. **neutr. pro adv.**: *lucide - hell*: HROTSV. Agn. 420 a quo (*Christo*) . . . -um rutilante corona donatur. **adv. clare vel rarius clariter**. **I** *proprie*: **A** *spectat ad visum*: **I** *lucide - hell*: IONAS BOB. Ved. 10 p.319,6 (cod. B) sepulchrum cum lampadibus . . . -r fulget. HROTSV. prim. 223 quae (*lumina*) . . . tenebras -e pollutens scindebant luce nitoris. **2** *plane, acriter - deutlich, genau*: BONIF. epist. 63 p.131,14 minutas litteras . . . -e discere. HRABAN. carm. 39,57,2 caecorum multa millia cernebant -e lumina. NIVARD. Ysengr. 5,393 non -e video. *al.* *oculis suis - mit eigenen Augen*: RHYTHM. 42,16,3 videbunt redemptorem -r. **3** *subtiliter - fein*: HERACLIUS II 25 album . . . -issime teres. **B** *spectat ad auditum*: **I** *magna voce, dulciter - laut, wohlklingend*: LAUDES Veron. 13,2 (MGPoet. I p.120) quod caeli -r enarrant gloriam altissimi. VITA Pirmin. I 9 p.30,17 quae (*campana*) . . . sonum assuetum -e reddidit. HROTSV. prim. 402

coepere . . . carmina . . . -e resonare. RUOTG. Brun. 30 p. 30, 21 singultus . . . -ius perstreptens. *al.* 2 *pure - rein:* THEOPH. sched. 3, 8^{ex}. ut -e sonent *cymbala*. 3 *distincte - artikuliert:* WALTH. SPIR. Christoph. I 18 non . . . balbutiente lingua solito -ius exclamavit: 'egs.'

II *translate et in imag.*: A *praeclare - großartig, herrlich:* AMALAR. off. 3, 40, 10 -ius in animis . . . resplendet 'gloria eqs.' *al.* THEGAN. Ludow. 6 incedebat -e decoratus (POETA SAXO 3, 283 corpore sancti Richarii -e decoratam . . . ecclesiam). METELL. buc. 7, 11 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) claras -e . . . res commemorare. *al.* B *recte - richtig:* VITA Pirmin. I 3 omnium genera linguarum -e loqui. C *aperte, indubitabiliter - klar (erkennbar), eindeutig:* 1 *gener.:* RBYTHM. 42, 18, 4 referebat *Christus* escripturas -r. LIUTG. Greg. 11 luce -ius . . . agnosci (GODESC. SAXO fragm. p. 24, 10 liquet l. -ius. *saepe [v. ind.]*. THANGM. Bernw. 56. *al.*) WALAHFR. carm. 6, 35 quam -e Satanae servitur honori. MEGINH. FULD. Alex. 9 in hoc . . . signo . . . -issime ostenditur. HROTSV. prim. 202 visu -e . . . audita probare. ALBERT. M. metaph. 1, 3, 10 p. 41, 20 (ed. B. Geyer. 1960) licet primus -e dixerit Anaxagoras. *al.* omnino - grundsätzlich: NIVARD. Ysengr. 5, 689 vos etiam excipio non -e. 2 *iur. et publ.:* DIPL. Karoli M. 118 p. 165, 39 sicut . . . priuilegius -r innotuit. COD. Karol. 80 p. 613, 36 -r . . . per . . . apices missis vestris dirigere eqs. *expresse - ausdrücklich:* DIPL. Otton. III. 155 p. 567, 5 mercatum sic -e . . . perdonavimus, ut eqs. *cf. p. 675, 23sq.*

claxendix v. claxendix. *classis v. classis.* *Schmidt clasma n. (f.: l. 32) (κλάσμα) laesio, damnum - Schaden, Unheil:* ALDH. virg. I 38 p. 289, 11 ceteris . . . violati foederis -a . . . reconciliantibus. II 2257 autumat . . . sibi -a tetrum . . . gessisse puellas. LEG. Lang. p. 218, 20 si aliqua -a fuerit in finibus vestris. p. 218, 25.

**clasmatura*, -ae f. (?*cf. ital. chiasima; v. C. Battisti - G. Alessio, Dizionario etimologico italiano. II. 1951. p. 894*) *morbus quidam pedum equorum podagrae similis - eine podagraähnliche Fußkrankheit der Pferde:* MOSES PANORM. infirm. 32^{tit.} malitiam pedum sicut sbattitura et -a, id est podagra. 32 p. 130, 12 si . . . -a fuerit, signum suum est facere putredinem in planta pedis eqs.

**classa v. *glassa.*

**classialis*, -e. *qui classe peragitur - Flotten-:* ETHELW. chron. (MGScript. XIII p. 123, 22; s. X.²) cum barbarorum -i . . . impetu.

classicus, -a, -um. *script. clausi-:* p. 686, 2.

I *adi.:* A *bellicus - Kriegs-:* ALDH. virg. II 1549 salpax -a clangit. CARM. de Karolo et Leone 475 -a signa sonant. *in imag.:* LEG. Wisig. 9, 2, 8 p. 370, 20 -a legis tuba evocando. *venatorius - Jagd-:* CARM. de Karolo et Leone 179 -a . . . cornua concrepant. B *ad classem pertinens - Flotten-:* ALDH. virg. I 2 -is nautarum cohortibus stipatus. HELM. chron. 55 p. 107, 19 venit . . . cum -a manu. *huc spectare vid.:* SYLL. Bern. 3, 10 parva lintre vehor, non michi -a (*an subest subst.?*)

II *subst.:* A *neutr. (masc. -us: l. 64):* 1 *strictius:* a *signum tuba vel cornu datum - Trompeten-, Hornsignal (cf. GLOSS. II 557, 39 St.-S. -um heribouchen. 569, 54):* α *proprie:* SISEB. carm. 6 -a turbant. GERH. AUGUST. Udalar. I 12 p. 402, 2 -um omni exercitui notum clangere praecipit. VITA Heinr. IV. 2 p. 13, 18 non -a quietem rumpebant. *al. per compar.:* LAMB. HERSF. annal. a. 1063 p. 82, 28 episcopus . . . tamquam militari quodam -o suos . . . hortabatur. HONOR. AUGUST. gemm. 1, 73. β *meton. i. q. tuba vel cornu (belli) - (Kriegs-)Trompete, Horn (cf. GLOSS. III 216, 36 St.-S. -um herhorn. IV 136, 4 -us vich horn. al.):* WALTHARIUS 184 horrendam confundunt -a vocem (ODO ERN. duc. 2 p. 324^e). MILO carm. 1, 6, 2, 325 cecinit saevus fera -a. *al.* b *campanarum sonitus - Glockengeläut:* WILH. HIRS. const. 2, 1 p. 1039^b pulsare ad -um (LIBER ordin. Patav. 7, 21 p. 1042, 39 pulsatis omnibus signis in -um. *al.*). *plur. meton. de campanis:* GESTA Camer. cont. II F 377, 4 silentibus . . . -is. 2 *latius i. q. sonitus strepens - lärmender Klang:* ALDH. virg. II 2613 -a sinistra horrendum incussere metum. B *fem.:* clas-

sis - Flotte: MIRAC. Bert. 6 qua (*tempestate*) . . . Franciae fines . . . invaderentur ab illa -a (*clausi-, classe var. l.*) plurima eqs.

classis, -is f. (*m.: l. 34sq.*) *script.:* gl.: l. 20.

5 -aus(is): HIST. Lang. Goth. 2 clauses. -as(is): l. 21. *form.:* sing.: nom. -es: l. 40. acc. -im: l. 22. adde CARM. de Cunone 139. *abl. pl. -is: l. 34sq.*

I *caterva - Schar, Abteilung:* A *de hominibus:* 1 *strictius:* ALDH. carm. eccl. 3, 47 -bus . . . geminis (*sc. canentium*) psalorum concrepet oda (AEDILV. carm. 15, 24. *al. cf. ALDH. virg. I 30 binis -bus*). PASS. Kil. II 20 puerorum -es, quas ad studium litterarum erudiebat. 2 *latius i. q. ordo - Stand:* ALDH. virg. I 60 p. 322, 15 monasticae -is caterva. B *de avibus i. q. grex - Schwarm:* VITA Magni Fauc. II 2 (AnalBoll. 81. 1963. p. 327, 26; cod. s. XI.) fuge presidium abstulit -i pennigere. C *de navigiis:* 1 *proprie i. q. copia navium (parva) - Flotte, Flotille (cf. GLOSS. I 438, 36 St.-S. -em chiel vel schefmenige. al.):* ANNAL. regni Franc. a. 800 p. 110, 7 in . . . mari . . . -em instituit. ANNAL. Fuld. II a. 806 in Corsicam . . . -is (gl. 3) . . . missa est. MARIAN. chron. a. Chr. 739 clasem . . . contra Sarracenos direxit. SIGEB. GEMBL. chron. a. 807 -im amisit. EKKEH. URAUG. Hieros. 33, 4 -es numerosas navium rostratarum . . . ceperunt. *saepe. remissius de statione navium:* NARR. itin. nav. p. 183, 15 occisi . . . ad -em reportati ibidem . . . sepulti sunt. 2 *meton.:* α *usu plur. i. q. navis - Schiff:* α *strictius de navibus bellicis (cf. GLOSS. I 366, 1 St.-S. -bus i. herescufun. al.):* CONC. Karol. 44^A p. 477, 3 ex -bus nostris et dromoniis collectis potestatem habuit veniendi. LIUTPR. antap. 4, 5 cum multitudine -ium (ANNAL. Magd. a. 1147 p. 188, 45. *al.*) EKKEH. URAUG. Hieros. 33, 5 Italiam navigio venit ibique -es fabricari constituens. *al.* β *latius:* ALDH. ad Acirc. 103, 4 -bus index (*sc. pharus altissima*). b *nauta - Seemann, Matrose:* HUGEB. Willib. 3 p. 91, 6sq. nautus ille cum -is suoque nauclerio . . . remigiis crepitantis, -is clamantibus celocem ascenderunt.

II *sonitus - Klang, Geläut:* A *proprie:* WILH. CLUS. Bened. 9 p. 203^b, 46 signorum -e. B *meton. (sc. per errorem) i. q. classicum - (Kriegs-)Trompete:* GLOSS. III 232, 12 St.-S. -es wichorn.

**classo*, -are. (*cf. classicum*) *pulsare - anschlagen, läuten:* CONSUET. Eins. 24 p. 91, 12 -entur omnia signa.

**clastrulum v. *claustrulum. clastrum v. clastrum.*

**clatica subst. (anglosax. cladia; cf. Diefenbach, Novum Gloss. s. v.) subtemen - Einschlag beim Gewebe:* GLOSS. III 7, 27 St.-S. -a uueual.

clatrus, -i m. (*cf. κλεῖθρον*)! 1 *radius - Stab:* GLOSS. II 337, 13 St.-S. -i sunt fustes rotundi, quibus obfirmatur cavea vel quod vulgo dicitur lanne. IV 239, 18. *plur. sensu colectivo i. q. cancelli - Gitter:* ALDH. virg. I 36 p. 284, 7 apertis -orum obstaculis. II 1235. *v. et vol. I. p. 353, 27. in imag.:* ARNULF. delic. 777 effractis . . . -is (*claustris var. l.*). 2 *claustrum - Verschluss:* CONR. MUR. summ. p. 89, 7 (ed. W. Kronbichler. 1968) latro . . . visum sine -o et custode rapit. 3 *catena - Kette:* l. 48.

1. *clava* (*clauva*), -ae f. 1 *baculum, fustis nodosus - (Knoten-)Stock, Knüppel, Keule, Streitkolben (cf. GLOSS. III 227, 36 St.-S. -a cholbo. IV 126, 28 -a fustis i. genus armorum ligneum vel ferreum et nodosum, stanga. al.):* PAUL. DIAC. Lang. 6, 52 eum (*hostem*) . . . -a, quam manu gestabat, percuteus (PAX Valenc. p. 608^a, 60 si percussit de -a eqs. *al.*) WALTH. SPIR. Christoph. II 1, 66 iactat bis senos Alcidis -a triumphos. VITA Norb. I 13 p. 686, 25 odii signa, cultellus . . . et -a non modica. ALBERT. STAD. annal. a. 1172 habens . . . in manibus -am trinodem. WILH. CONG. chirurg. 196 ex ictu -e vel lapidis *al. v. et supra p. 512, 51. in imag.:* ALCUIN. epist. 139 p. 221, 16 contritum non Herculea, sed evangelica -a₁ (Herculeo, sed evangelico clavo TK) caput serpentis. *proverb. (cf. H. Walther, Lateinische Sprichwörter und Sentenzen des Mittelalters. I. 1963. p. 327):* NIVARD. Ysengr. 3, 844 -a velut stulto, pellis amata tibi est. 2 *pilum - Mörserkeule:* CHART. Rost. C 1, 123 p. 114 (ed. H. Thierfel-

[Rudolph]

der, Rostocker Stadtbuch. 1967; c.1261/72) habuit . . . clavam et mortarium. **3 aculeus - Stachel (in imag.)**: RAHEW. Theoph. 262sq. timor . . . quam baiolat edit -am cor pungens; . . . -a minans penas eqs.

2. *clava v. *clova.

clavalis, -e. in modum clavae formatus - keulenförmig: WILH. SALIC. chirurg. 5,2 p.356^B cauterium -e, quod est satis commune ad adustiones parvas faciendas ubicunque.

***clavane v. 2. *clavo.**

clavarius, -i m. summus magistratus fiscalis - oberster Finanzbeamter (cf. E. Mayer, Italienische Verfassungsgeschichte. I. 1909. p.300): ANNAL. Ianuens. I p.18,7 -i . . . in hoc consulatu primitus ordinati fuerunt.

***clavattella, -ae f.** (clava) ?cauterium modo clavae formatum - ?keulenförmiges Brenneisen: TRACT. de aegr. cur. p.268,26 -am supermitte, vermes morientur et sanabitur vulnus.

clavatura, -ae f. **1 claustrum - Riegel, Verschluss.** ROLAND. PATAV. chron. 8,11 quod firme sunt -e. **2 laesio unguulae equi clavo vel acumine effecta - Hufverletzung beim Pferd durch einen Nagel oder einen spitzen Gegenstand, 'Nageleintritt'**: IORDAN. RUFF. equ. 6,52 p.97,6 quaedam species -ae laedens funditus tuellum intrinsecus. p.97,24 discooperta . . . -a. 6,53 p.98,13 si . . . laesio clavelli transeat inter tuellum et unguulam, quae est secunda species -ae eqs. cf. *inclavatura.

clavatus v. 1. clavo. *claucarium v. *clocarium.

clausus sim. v. glau-. claudio v. claudo.

claudicatio (clad-, -cio), -onis f. actio claudicandi, clauditas, debilitas - das Hinken, Lahmsein, Lähmung: **1 spectat ad homines**: **a proprie**: LEX Baiuv. 4,28 de plaga -is; si quis aliquem plagaverit, ut . . . claudus fiat. ARBEO Corb. 36 in sua permansit -e. WANDALB. Goar. 2,31^{tit} de muliere . . . -a -e (clad- i) sanata. DECRET. Frision. B p.287^a,9 pro nervis debilitatis ad -cionem, quae . . . dicitur lemete. WILH. SALIC. chirurg. 3,25 p.351^B ambulare absque . . . -e. **al. b in imag. et per compar.**: HILDEG. epist. II 118 si . . . in tuis vides . . . -em, tunc fuge. ALBERT. M. summ. theol. I 6,25,3,3,2 p.221^B,40 sicut . . . -o non est verus actus in genere gressus eqs. **2 spectat ad equos**: IORDAN. RUFF. equ. 7 tit. p.114,15 de cognitione -um.

claudio (clad-), -avi, -are vel raro claudicor, -ari (l.45sq.).

II spectat ad iunctionem: **A de statu i. q. communitio, societas** — *Gemeinschaft, Bund*: VITA Filib. 28 (MGMer. V p. 599,12) ut numquam . . . fuissent divisi a con-e cordis *Audoinus et Filibertus*. WALAHFR. carm. 1,13 ecclesiae pia membra sua in -e . . . confortata. **B de rebus iungentibus vel conunctis**: **1 strictius**: **a articulus, membrum** — *Gelenk, Glied* (cf. GLOSS. I 665,21 St.-S. con-es lidi gilazza): VITA Genov. 33 (MGMer. III p. 229,8) compagis (*i. -es*) digitorum . . . vixillum crucis muniens. Iso Otm. 1,13 p. 52^b, 10 tendentibus sese -um retinaculis. WALTH. SPIR. Christoph. II 5,74 ut . . . *Aquilina* suspensa . . . exueret miseros lapsis -bus artus. TRANSL. Libor. 14 dissolutis ante -bus solidatis. ORD. coron. imp. 9,8 hic ungat ei . . . -em brachii dextri. *al. abund.*: VITA Arid. 57 (MGMer. III p. 607,16) sensit membrorum -es locis, quibus fuerant dissolutae, adiungi. **b plur. i. q. costae (navis)** — *Verbände*: ALDH. virg. I 10 quassatis cymbae -bus. **2 latius**: **a corpor. i. q. ligamentum** — *Binde-mittel*: ALDH. virg. II 1388 scopulus calcis -e quadratur. **b spirit. i. q. vinculum** — *Band*: TIT. metr. II 3,1 lapides vivi pacis con-e ligantur. CHART. Naumb. 104 p. 89,4o indissolubili caritatis -e connectimur. *expressius*: EGBERT. fec. rat. 1,1414 -es flagrantis quinque feruntur amoris.

*compagia v. *compagium.

compagienses v. compagenses.

compagina v. 2. compago.

compaginatio (comp-), -onis f. *coagmentatio* — *Zusammenfügung*: **I spectat ad constructionem, ordinem**: **A proprie**: **1 strictius**: **a in univ.**: ALBERT. M. caus. univ. 2,3,10 p. 559^b, 3 domus . . . -is forma est et figura; et huius causa efficiens secundum actum est clavus et colla tenens, quae si secundum actum non compaginet, domus non est. summ. theol. I 18,70,1 p. 728^a, 20 domus potius cum sit esse figurae cuiusdam, scilicet compositionis et -is, ultimum compaginans et continens figuram domus, sicut est clavus vel colla vel incastratura, sunt proxima causa esse domus. **b dispositio, compositio** — *Anordnung, Zusammenstellung*: GESTA Trud. cont. II 4,24 nunc geminas, nunc quatuor columnas congruenti -e coaptans abbas eqs. **c (con)formatio** —

Bildung, Formung: ALBERT. M. animal. 6,15 in animali, quod patitur aborsum ante -em lineamentorum creaturae. **2 latius i. q. moderatio** — *das Verwalten*: ALBERT. M. eccl. hier. 3,30 p. 630^b, 17 'nisi' sit 'approbatus ad -em', id est dispositionem, 'divinae intelligentiae'. cf. l. 39sqg. **B meton.**: **1 strictius**: **a res composita, constructa** — *Gefüge, Bau*: HRABAN. hom. II 94 p. 324^c in Deo -o membrorum non invenitur. HILDEG. scivias 3,2 p. 581^a -o lapidum. ALBERT. M. animal. 12,154 natura . . . ossium in -e assimilatur naturae venarum in -e earumdem et idem est de -e nervorum; horum enim omnium -o naturae et -i similis est caelorum . . . ; omnia enim haec continua sunt illo modo continuitatis, quo continua dicuntur compaginata exeuntia a principio uno. metaph. 5, 1,1 p. 208,19 (ed. B. Geyer. 1960) in illo (*ligno*) sedet tota navis -o. *de corpore restituto*: VITA Macar. 65 (MGScript. XV p. 620,31; c. 1067) ut . . . reliquiarum nova con-o . . . periclitaretur. **b res (coloribus) congesta** — *Klitter*: LIBRI Karol. 1,23 p. 51,27 non cuiuslibet picturae con-em nos quaerere hortabatur *David*. 2,28 p. 89,35 hoc est signum nostri imperatoris, non con-o colorum. **2 latius**: **a forma** — *Gestalt*: WOLFHARD. Waldb. 1,6 (4) ibidem . . . aliquantum temporis corporea -e quiescens *Waldburga sepulta*. **b aedificium** — *Bauwerk*: Hist. Walc. 54 p. 528,11 monasterii -e sublimate. **II spectat ad iunctionem**: **A proprie i. q. coniunctio, coaptatio** — *Verbindung, Aneinanderfügung*: GREG. CAT. defens. 1 (MG Lib. Lit. II p. 535,38) -em capitis ecclesiae et membrorum eius indissolubilem custodiamus. OLIV. hist. Dam. 12 p. 181,14 duos cogones coniunximus . . . socia -e vacillandi periculum prohibentes. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 8,24 p. 197,19 ad curationem vulnerum . . . requiruntur . . . constrictio laterum et -o partium . . . ; tela araneae . . . partes compaginat. **B meton. i. q. iunctura, commissura** — *Verbindungsstelle, Fuge* (cf. GLOSS. I 338,47 St.-S. incastraturę tabularum i. e. con-es giuogithan): PS. GERH. CREM. sal. II 2 tege *ollam* cum alia ore ad os et tunc linias . . . -em oris ollarum. ALBERT. M. veget. 6,214 sub qualibet -e duorum foliorum.

compaginator, -oris m. **1 dispositor, moderato** — *Ordner, Verwalter*: ALBERT. M. eccl. hier. 3,30 p. 630^b, 26 Graecus (*PG 3,445^B*) ἀρμοστήν habet, quod aptius -em seu dispositorem vel aptatorem dicere possumus. cf. l. 39sqg. **2 interpres** — *Vermittler*: CHART. Wirt. II 425 p. 212,35 (a. 1181) qui (*Marquardus*) . . . huius cambicii diligens -r extitit.

compagino (comp-), -avi, -atum, -are. *coagmentare* — *zusammenfügen* (cf. GLOSS. IV 137,25 St.-S. con-vit gefuoc): **I de constructione, ordine**: **A proprie**: **1 in univ.**: ALBERT. M. anim. 1,1,7 p. 14,32 (ed. C. Stroick. 1968) lapides et lateres et ligna sic -ta vel composita *sunt domus*. div. 4,1 p. 74,26 pro omnibus his, quae partibus -tis unum aliquid integrum constituunt. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 16,12 p. 283,28 sicut est de navi, ubi unus praeparat ligna . . . et alius ligna -at. v. et p. 1023,65,67. *expressius*: HONOR. AUGUST. spec. add. p. 6,3 archa ex ligno . . . et auro facta erat, i. Christi persona ex humanitate et divinitate con-ta. **2 c. colore quodam**: **a conficere, fabricari** — *herstellen, anfertigen*: STEPH. EDD. Wilfr. 17 p. 213,1 bibliothecam librorum . . . con-are. LIBRI Karol. 1,9 p. 26,25 picturam diversorum colorum fucis con-tam. *al. CONSUET. Marb. 165 p. 178,10* (Spicil. Friburg. X. 1965) armariolum . . . optime -tum. **b extruere, aedificare** — *errichten, erbauen*: LAUDES Veron. 4 (ed. G. B. Pighi. 1960. p. 152; a. 781/810) per quadrum est -ta *Verona*. CASUS Petrish. 5,1 p. 669,39 altare . . . ex quinque quadris lapidibus -tum. CATAL. Weing. (MGScript. XV p. 1313,29) sub Diethmaro monasterium . . . tam muris quam superedificiis con-tum dicitur. *in imag.*: CAND. FULD. Eigil. I 17 de ecclesia Christi ex lapidibus vivis . . . -ta. **B translate**: **1 componere, conscribere** — *zusammenstellen, abfassen*: ADAM gest. 3,71 tam diversi hominis diversam hystoriam diverso themate -ans. BERNOLD. CONST. microl. 25 p. 999^a lectionarius, quem sanctus Hieronymus -vit. REIN. LEOD. inept. 1 p. 595,5 Engelbertus . . . quedam theorematum compotistis utilia -vit. v. et p. 1026,23. **2 disponere** — *anord-*

[Hebler]

nen: GUNZO epist. 14 p.48,3 linearum compositiones ita -at geometria, ut eqs. 3 *effingere, efficere - bilden, ergeben*: GERB. geom. 6,3 p.83,27 qui duo tetragoni . . . coniuncti XXV rursus tetragonum -bunt.

II de iunctione, unione: **A proprie:** **I strictius:** **a aptare, adiungere - anfügen, anschließen:** CAND. FULD. Eigil. I 17 arcubus hinc et inde in eandem (columnam) -tis. MIRAC. Remacli 2,19 turris recenti opere monasterio -ta. **b configere, conserere - aneinanderfügen, -reihen:** THEOPH. sched. 1,17 hoc glutine tabulae -tae. ALBERT. STAD. Troil. 4,677 statura similes dentes -at ordo. *in imag.:* URSO gloss. praef. p.19,17 varios afformos producit *Deus* alterutrum -tos. **c coniungere, conectere - verbinden, verknüpfen:** BURCH. URSB. chron. p.117,26 naves fortius -verunt. *v. et p.1024,32. in imag.:* WILH. HIRS. mus. 9 p.24,18 prima . . . diapason species . . . medietatis vinculo, scilicet prima superiorum a, medietate -atur. **2 latius:** **a congregare, unire - zusammenschließen, vereinen:** BEDA hist. eccl. 3,6 p.139,1 provinciae . . . in unam sunt pacem et velut unum con-tae in populum. HIST. Walc. 28 proximorum multitudo, qui impetu uno simul -ti eqs. EPIST. Reinh. 83 p.70,4 quatinus . . . , quos unus maternus profuderat uterus, unius confederationis con-et amor. HUGO TRIMB. laur. 134 Godehardus cum grege nos albo precibus -et. **b inserere - einfügen (in imag.):** AMALAR. off. 1,7,9 quomodo nos -ar oporteat corpori Christi. CARM. Bur. B 8,4,8 quem sic ambit ambitus . . . , templo sancti spiritus non -atur. **B translate:** **1 act. i. q. pacisci, inire - vereinbaren, schließen:** HIST. Walc. 38 specialem societatem mutuae fraternitatis . . . -vit inter utrasque ecclesias. **2 medial. et pass.:** **a se colligere - sich sammeln, fassen:** LAMB. TUIT. Herib. 2,20 p.125,5,1 tanta artabatur sui divisione, ut in nulla -retur firma cogitatione. **b accommodari, similem fieri - sich anpassen, angleichen:** AMALAR. off. 1,12,33 ut -emur humilitati sepulturae eius (sc. Christi). **c congruere - entsprechen:** AMALAR. off. 1,8,10 quarta feria et quarta septimana quadragesimae con-antur quartae aetati saeculi.

III de compressione, constrictione: **A proprie:** **I pinserere - zerstampfen:** AENIGM. super turb. 7 p.497^a,15 saxo -etur paucissimas in particulas. **2 tenere - festhalten (in imag.):** CHART. Heinr. Leon. 96 p.147,15 ut . . . actio perpetuis -retur vinculis. **B translate i. q. comprehendere - zusammenfassen:** HIST. Walc. 26 p.517,23 tres . . . celebritates sub una observatione -vit. CHART. Turic. 1150 p.246,34 nec . . . inepte sub uno scripture contextu -ari possunt, que eqs. **c. sensu epitomandi:** EPIST. var. II suppl. 7 p.627,7 ex . . . dictis . . . expositorum nonnulla -are ex multimodis.

adi. compaginatus, -a, -um. 1 conexus - verknüpft: ALBERT. M. veget. 6,129 adhaeret . . . haec substantia et -a est quinque venis cotyledonis. **2 iunctus, unitus - verbunden, vereint:** EPIST. Teg. I 40 coagulatione . . . spiritualis commemorationis iugiter vestrae dilectioni sumus -i.

subst. compaginata, -orum n. quae coagmentata, composita sunt - das Zusammengefügte, -gesetzte: v. p.1024,13.

***compagium** (comp-), -i n. **articulus - Gelenk:** HUGEB. Willib. I p.88,19 exigua membrorum stringebantur con-a.

compagijs v. campagus.

? **compagnes v. 2. compago p.1027,6.**

***compagn(i)a** (comp-, -pangia), -ae f. (1. companium, ital. compagna, cf. S. Battaglia, Grande dizionario della lingua italiana. III. 1964. p.383sq.).

I strictius i. q. societas, associatio - Genossenschaft, Vereinigung, 'Compagnia': **A proprie (praecipue spectat ad civitatem Ianuae):** **1 in bonam partem:** **a spectat ad proceres civitatis (de re v. W. Silberschmidt, ZRGerm. 51. 1931. p.144sq.; W. Goetz, SBMünch. 1944/I. p.100sq.):** ANNAL. Ianuens. I p.5,2 -na trium annorum et sex consulum incepta fuit. p.16,3 prefata -ia peracta incepta fuit alia IV annorum. *ibid. al.* **b spectat ad (novos) socios civium:** ANNAL. Ianuens. I p.40,15 Enrichus marchio . . . habitaculum civitatis Ianue et sacramentum -ne . . . iuraverat (II p.84,7 ipsi *marchiones* -nam Ianue iuravit et h. c. cf. ACTA imp. Winkelm. I 33 p.26,33 marchio . . . iuravit con-nam c. Saone).

2 in malam partem de coniuratione nefaria: RYCCARD. chron. a.1231 p.175,14 inquisitiones fiunt . . . de -pangijs, falsariis, aleatoribus, . . . homicidis. **B meton.:** **1 de vicinijs vel vicis civitatis Ianuae:** ANNAL. Ianuens. I p.25,8sq. de quibus . . . consulibus taliter placitabant duo in unam -iam et duo in alteram et sic per ceteras -ias eqs. *saepius*. p.27,19 tunc . . . erant -ie facte de septem octo. ACTA imp. Winkelm. II 1028 p.690,24 congregatis sex hominibus per quamlibet -nam electis. **2 de militibus i. q. manus (parva) - (kleine) Schar:** ANNAL. Ianuens. II p.125,8 Milemimenim cum sua -na (-nia var. l.) fugiit (*opp.* innumerabili exercitu).

II latius i. q. foedus - Bündnis: BERNH. MAR. annal. a.1169 p.258,42 pro securitate et -ia, quam Ianuenses cum Lucensibus fecerant (CONST. I 313,5 coniurationem nullam facient *Senenses* nec -iam nec securitatem . . . cum aliqua persona, civitate vel loco). CHART. Ital. Ficker 196^a,1 p.242,47 persone, que non essent ex ista -ia. ANNAL. Cas. a.1204 (MG Script. XIX p.318,51) comes . . . auxilio . . . baronum, cum quibus iuraverat -iam, liberatus est.

1. *compagato (comp-), -atum, -are. (*cf.* compaginare, compagere *ThLL. III. p.2072,1*) **1 componere - zusammenstellen:** HUGEB. Willib. praef. p.87,2 pauca excerpere, con-are (compaginare var. l.) edisserereque me libet. **2 coniungere - verbinden:** COD. Karol. 58 p.584,11 dilectione, quam (i. qua) in invicem con-ti sumus. *partic. pro subst. masc.:* COD. Karol. 94 p.633,8 dilectio con-tus (i. dilectione -tos) nec dirimari umquam quisspiam valebit.

2. compago (comp-), -inis f. *form. acc. pl.:* -ginas: p.1027,1. ? -gnes: p.1027,6 (*ni corruptum ex compages*).

1 spectat ad constructionem, ordinem i. q. res (naturaliter vel ratione) composita, constructa - Gefüge, Verband, Bau: **A de corpore eiusque partibus:** **1 strictius:** **a gener. (huc spectare possunt etiam nonnulla exempla infra [l.69sq.]) allata et invicem:** ARBEO Emm. 18 cum . . . membrorum con-e solum prospexissent (WALTH. SPIR. Christoph. I 17 ut m. tota -o diffueret. *al. cf.* UFFING. Ida 1,20 flexilis artuum -o). ORD. iud. Dei app. I 3^e totius con-e corporis vacillante. UFFING. Ida 2,4 lateralis -o. CARM. Bur. B 83,6,9 occultata nervorum -e. *v. et p.1023,12. 15.* **b natur. et medic.:** AESCULAPIUS 44 p.74,20 ex vesicae -e. MAURUS (?) anat. II p.9,2 corporis animalis machinam et -em . . . membra varia . . . constituerunt. ALBERT. M. animal. 6,16 dissolvitur -o destructis cordis et ligamentis. *fort. add.:* Ps. GALEN. incis. 31 per omnem -em pedis. **2 latius i. q. corpus, cadaver**

- Leib, Leiche: HROTSV. Cal. 9, 9 iube, ut . . . disiuncta . . . -e rursus conliminata Calimachus resurgat. IOH. WIRZ. descr. 19 p.173,17 quorum (*monachorum*) . . . -es . . . videri possunt. **B de machinis, aedificijs:** WOLFARD. Waldb. 1,7 (5) trabium spatiosa -o. CHART. Solod. I 24 p.25,29 murorum -es, quibus . . . civitatem munivit *episcopus*. RAHEW. gest. 3,43 p.216,30 ut . . . vix aut nusquam in ea (*turri*) iunctura -is apparet. **de machina mundi:** AETHICUS ISTER 100 p.74,34 mundi con-es totque cardinibus angens laboravi.

II spectat ad iunctionem (cf. GLOSS. I 275,12 St.-S. con-o samahafti. IV 229,23 con-o gauuagida. *al.*): **A de actione vel statu:** **1 strictius i. q. coniunctio, colligatio, cohaerentia - Verbindung, Verknüpfung, Zusammenhang:** AMALAR. off. 1,7,3 perspicuum est capitis et membrorum -em unum corpus esse. HEINR. AUGUST. planct. 1088 mutua -o, vir adherent atque virago. WOLFHELM. carm. 35 (PL 154,420^d) naturarum . . . -o duarum. GESTA mon. Mans. (MGScript. XV p.933,36) divulsa -e lapidis et cementi. *praevalente notione actionis:* METELL. buc. 7,34 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) aspiciant cuncti, plaustrum -e iuncti si quid neglectum. **2 latius i. q. communio, societas - Gemeinschaft, Bund:** NICOL. I. epist. 90 p.508,37 praeceptores tantae fallaciae . . . ab omni christiana con-e remotos. EPIST. Ebr. 3 (QuellForschItArch. 20. 1928/29. p.31) quemadmodum filii unitatis -i inviscerati. **B de rebus iungentibus vel coniunctis:** **1 strictius:** **a articulus, membrum - Gelenk, Glied (cf. GLOSS. II 331,23 St.-S. membrorum con-bus lidagalazzom. IV 192,57 -o pedis i. enchel):** VITA Galli I 6 exsolutae sunt iuncturas con-um ip-

sius. ARBEO Emm. 36 p.82,3 compaginas (-es var. l.) membrorum dissolvere (LULL. epist. 98 p.219,22 m. con-bus quassatis. al.). UFFING. Ida 1,14 articularium -um destituitio. MIRAC. Bernw. 6 ut manus et pedes . . . occasuros a sua arbitratoretur. BURCH. Iud. 91 (ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. 1959. p.253) compagnes . . . regina notando corporis egs. **b locus articuli - Gelenkstelle:** ALBERT. M. animal. 3,71 directe super eas (armillas) est capitis ossium -o. **c munimentum - Halt (in imag.):** CARM. var. (NArch. 2. 1877. p.400; c. s. XII.) cardo sacer mundi, -o piissima rerum, . . . papa. **2 latius:** **a corpor. i. q. ligamentum - Binde-mittel:** Ps. GERH. CREM. sal. II 25 liga -e sapientiae. **b spirit. i. q. vinculum - Band:** CONSUET. Marb. 143 (Spicil. Friburg. X. 1965; s. XII.^{1a}) ut fraterna -e teneantur caritatis unanimes fratres.

compagus v. compagus.

***compalatius** (-cius), -i m. (comes palatii) **comes palatinus - Pfalzgraf:** PETR. CAS. (?) chron. 4,18 p.770,42 filia -i Ticinensis. ACTA imp. Winkelm. I 780 ad -cium Neapolis (837 ad -cios N. CONST. Melf. 1,72 [edd. H. Conrad al. 1973] circa -os . . . N.).

compana v. 1. campana.

***companaticum** (comp-), -i n. (m. -us: l.29) et ***companagium** (camp-, -nandium), -i n. (cum et panis, francog. vet. companage, cf. Tobler-Lommatzsch, Altfrz. Wb. s. v.) **obsonium, pulmentum - Zubrot, Zukost** (cf. GLOSS. IV 217,18 St.-S. -nandium zümöse; de script. v. Diefenbach, Gloss. p.136): ADALH. brev. Corb. 10 (Corp. consuet. monast. I. 1963. p.373,10) con-cus (com- var. l.) . . . secundum consuetudinem tribuatur (p.374,5). CHART. Rhen. med. II app. 16 p.452,22 (c.1220) panem et campanagium (mitbrode) et manipulum (p.456,40 tres panes et -cum). ACTA imp. Winkelm. I 938 p.714,14 de caseo . . . , carnibus et aliis pro -gio. al.

***compane vel -is, -is n. vel m.** (cum et panis) **obsonium, pulmentum - Zubrot, Zukost:** FOLCUIN. Bert. 2,90 p.166,13 (chart.) modius i cum -e. CHART. Rhen. med. I 135,47 p.172,26 accipit panes vi et -e et cervisam. *ibid.* al. cf. 2. *companionum.

***compangia v. *compagn(i)a.**

companio (comp-), -onis m. **socius (panis vel cibi), commilito - (Brot-, Speise-)Genosse, Kamerad:** LEX Sal. Merov. 63,1 si quis hominem ingenuum in hoste in companio de con-es (compagnes C 6, companiei C 10) suos occiderit.

***companis v. *compagne.**

1. companionum (comp-), -i n. **contubernium (sociorum) - (Kameraden-)Gruppe: v. l.43.**

2. *companionum, -i n. (cf. *compagne) **obsonium, pulmentum - Zubrot, Zukost:** GESTA Trud. cont. I 13,3 quid haberent fratres ad -um, scilicet ad piscem, ad ova, ad caseos. CHART. Col. (NArch. 13. 1888. p.619,2) XL pauperibus unicuique panem . . . et XII denarios pro cervisia et -o.

compar (comp-), -is adi. et subst. **script. ꝥcum:** CARM. de Bened. 166^b. **form.:** *sing. abl. -i: l.68. p.1028,62. plur.:* *gen.:* -rum: p.1028,38.40.46. *-riorum: p.1028,65. abl. -is: l.69. p.1028,52. struct.:* *fere c. dat. c. gen.:* l.64. p.1028,12. *cum: p.1028,17.*

adi.: *par, aequalis - gleich (artig, -wertig, groß):* **I strictius:** **A gener.:** **1 de hominibus:** ARBEO Corb. 4 p.193,11 Helias dum fuisset passioe nobis compar. EPITAPH. Har. (MGScript. X p.15,4) -r in alterutris, dispar in his variis Hariolfus (THIETM. [?] chron. 5,23 ad equivocum suum . . . in sceleribus -em, licet facultatibus disparem). **2 de rebus:** **a spectat ad qualitatem:** ARBEO Emm. 41 cuius (panis) comparare (comparare A3) pulchritudini . . . non comedit. WALAHFR. imag. Tetr. 167 adest tibimet . . . par morum probitas, semper victoria -r. **TRAD. Ratisb. 304 -i servitio.** 377 p.259,34 cum -i utilitate. **b spectat ad formam:** EPIST. Aldh. 2 p.497,1 una eademque littera -is linearum tramitibus aptata. **c spectat ad mensuram:** ANNAL. Rod. a. 1143 p.716,5 terra haec . . . -r est et dimidia illius terrae (a. 1151 p.721,25). **B theol. de trinitate:** WALAHFR. carm.

72,10,2 spiritus . . . utrique (sc. patri et filio) -r (WANDALB. martyr. hymn. 8,3. cf. GODESC. SAXO theol. 19 p.268,12 in spiritu, qui est trinitas, non est . . . ulla pluralitas . . . , sed omnino -r aequalitas). GODESC. SAXO theol. 6,5 p.146,11 Dei verbum, genitus Deus de ingenito Deo, -r est patri suo. **ad-de:** WALAHFR. carm. 83,13,4 doxa . . . simul ac potestas sit tibi trino deitate soli -r. EKKEH. IV. pict. Mog. 20 quem (hominem) pater et natus creat et vi -e flatus. **C iur. et eccl.:** **1 de hominibus i. q. par genere vel gradu dignitatis - ebenbürtig, standes-, ranggleich:** LEG. Wisig. 3,1,1 quas (personas) dignitas con-es exequabit in genere. LAMB. ARD. hist. 119 ut honoris eorum (sc. Flandrensis curiae parium) . . . se -em gloriatur et participem Arnoldus. CHART. civ. Erf. 239 p.151,10 ipsorum generi -es sumus. **2 de sententiis i. q. (verbotenus) congruens - übereinstimmend, gleichlautend:** LEG. Wisig. 6,1,2 p.248,2 si . . . professio . . . compar fuerit cum verbis accusatoris. MAGING. epist. 2 ut vix una et conpar sententia ipsorum nostrae pateat parvitati.

II latius: **A respondens, cognatus - zugeordnet, verwandt:** ALBERT. M. summ. creat. II 1,5,3 p.73^b,34 de sententia Platoniorum, quia ipsi ponunt animas fuisse . . . in -bus stellis positas (nat. anim. 2,7 p.30,90 -em vocavit Plato [cf. Tim. p.42^B τοῦ συνόμου . . . ἄστρου] stellam eam, a cuius motore . . . semen intelligentiae in animam hominis transfusum est. al.). **B consors - teilhabend (an):** AETHICUS ISTER 82 p.64,4 virago edidit lactante, non conpar coitu virorum ac mulierum.

subst. masc. et fem.: *qui (quae) par est - ein Gleicher, eine Gleiche:* **I strictius:** **A gener.:** HROTSV. Cal. 9,31 qui . . . dedignatur subcidignioribus et . . . conatur praeferribus. WILH. HIRS. const. 1,28 p.960^c si conversum valentiorum a suis -bus segregatum inter imbecilliores offenderit . . . occulturn frater circumiens. **B iur. et eccl. (milit.:** l.40) *i. qui (quae) genere vel gradu dignitatis par est - ein(e) Ebenbürtige(r), Standesgenosse(-in), Gleichberechtigte(r), -rangige(r):* **1 de eiusdem ordinis hominibus:** CHART. Hersf. 111 p.197,37 (a.1075) ut . . . illud (praedium) . . . sponse -isue donaret. ARNULF. MEDIOL. gest. 2,2 suorum -um (-ium var. l.) declinans Heribertus consortium. HARIULF. Arnulf. 1,3 in subditos pius . . . , in amore -ium (-um var. l.) . . . gratus. **DIPL. Conr. III. 142** (ed. F. Hausmann. 1969) complures eorum (comitum) -es adfuerunt. **GESTA Godefr. Trev. 8** quia con-um suorum, episcoporum videlicet, nullus . . . compareret (HERBORD. Ott. 1,42 p.722,19 mei nominis ordo, . . . videlicet . . . pontificalis, hoc adempto -e . . . lugebit). **CONST. II 427,61** quicumque de periurio cum VII suorum con-um vel maiorum convincitur. *ibid.* al. **spectat ad mediatores, arbitros:** CONST. Melf. 1,81 (edd. H. Conrad al. 1973) appellationes non ad -es vel adiunctos . . . , sed ad celsitudinem nostram vel ad . . . camerarios . . . deferantur. **2 de eiusdem domini vassallis:** CAPIT. reg. Franc. 77,20 si quis de fidelibus nostris . . . convocavit ad se aliquem de con-is suis. **GESTA Camer. cont. I A 21** ut . . . praesentibus -bus suis in rectum staret HUGO de iniustitia sua. **CONST. I 68,4** secundum rectum iudicium -um (CHRON. Laet. 10 p.498,24 iudicio -um). LAMB. ARD. hist. 121 Arnoldus . . . , Flandrensis curie -r ('pair') et socius. al. **3 de eiusdem familiae (regni: l.62) servis, ancillis, ministerialibus:** CAPIT. reg. Franc. 16,7 potest . . . -em suam, ancillam domini sui, accipere servus. **GESTA Trud. cont. I 13,10 p.316,34** masculus . . . si fuerat coniugatus et non cum sua -e, hoc est, quae non esset ancilla nostrae ecclesiae. **TRAD. Ratisb. 805** qui (ministerialis regni) timens filium . . . , quia de -i sua eum non habebat, . . . posse . . . hereditate privari. **WIBALD. epist. 156 p.261,21 -es sui, videlicet ministeriales Corbeiensis ecclesiae.** **VITA Conr. Salisb. 6 p.66,42 -iorum suorum iudicio proscripti sunt ministeriales. al.**

II latius vidente sensu amicitiae, coniunctionis: **A de hominibus (animalibus: p.1029,26):** **1 socius (-a), sodalis, amicus (-a), commilito - Genosse (-in), Gefährte (-in), Freund(-in), Kamerad (cf. l.40):** **a in bonam partem:** **a in univ.:** LEX Sal. Karol. 32,9 si quis -i suo pittum excusserit. HRABAN. carm. 49,6,5 scriptor evangelii Marcus cum -e Luca.

WALAHFR. (?) *carm.* 50,2,1 -r amande, vale. VITA Liutb. 28 egressa . . . -e sua. ECBASIS capt. 752 dispar -bus. CAES. HEIST. mirac. I 4,25 quae (*puella*) -is suae profectui invidens *eqs. al.* **β** *de monachis, sanctimonialibus*: IONAS BOB. Columb. 2,16 p.267,1 quaedam ex his (*famulis Christi*) . . . cum -bus. HROTSV. Abr. 2,1 cede . . . mei . . . -is Effrem . . . institutionibus. *vicinus* - (*Platz*-) Nachbar: NOTKER. BALB. gest. 1,31 p.42,21 ut . . . , qui opus haberet, in sinu -is (*comparis var. l.*) sui caput . . . reclinaret. **γ** *de comitibus*: CONSUET. Trev. 12 p.14,7 pueri . . . iungunt se ad ambulandum, singuli ad -em suum. **β** *in malam partem*: ODO GLANN. Maur. 24 (4) Heimericus quidam et eius -r Gerardus. BERTH. (?) *annal.* a.1076 p.283,46 colloquium cum suis -bus habiturus *rex. expressius de complice*: THIETM. *chron.* 6,93 huius (*Bolizlavi*) compar et quasi collega Hardwigus. **2** *cognatus, propinquus* - *Sippengenosse, Verwandter*: **a** *in univ.*: EPIST. Wibald. 421 p.559,4 si quid in suos -es . . . commissum fuerit. CHART. Rhen. inf. I 239 eligant . . . inter se unum de -bus suis. **β** *germana* - *Schwester*: CHART. Steph. Wirz. 4 (a.1057/65) in -is mee Sigiburge die memoriali. **3** *coniunx* - *Gemahl(in)*: **a** *uxor* - *Gattin*: COD. Lauresh. 1033 (a.860) compar mea Gisaldrud. VITA Mathild. I 7 rex eiusque -r. OTTO FRISING. gest. 1,41 p.59,32 -is suae filium. *al. de animalibus i. q. muliercula* - *Weibchen*: ALBERT. M. animal. 15,36 quando inflectit *malacium* membra ad sibi -is membra *eqs.* **β** *maritus* - *Gatte*: PAUL. DIAC. *carm.* 9,8 haec (*regina*) patriam . . . -e cum magno . . . stabilivit. **B** *de rebus (geminis, duplicibus)*: **1** *res ex altera parte respondens* - *Gegenstück*: ANSELM. Bis. rhet. 17 p.135,14 interrogare, cur negocialem *constitutionem*, iudicialis -em, in eodem tractatu (*sc. ad Herennium*) omiserit *Tullius*. CHART. Bern. II 302 vendidi possessiunculam sitam in Omenstal iuxta -em eius. **2** *par* - *Partner(in)*: RUD. TRUD. (?) *mus.* 1,20 p.54 transponitur primus tonus . . . a D in a, -e sua. *alch.*: GEBER. *summ.* 2,2 p.619,9 sulphur . . . et illius -r (*sc. arsenicum*).

subst. neutr.: **1** *ισόκωλον* - *Isokolon*: CONR. MUR. *summ.* p.86,91 (ed. W. Kronbichler. 1968) est -r proprie, dum sub quadam paritate sillabicus numerus clausis contextitur a te. **2** *res ex altera parte respondens* - *Gegenstück*: ALBERT. M. animal. 1,380 ab extremo vero puncto caudae foramine oritur unum *nervum*, quod, quia -r non habet, impar vocatur. **3** *secundum (quod duplat)* - *das Zweite (das verdoppelt)*: PS. GERH. CREM. sal. I 3 est *alumen* -r unius et tertium duorum (*an subest masc.?* cf. II 74 duplator unius). **4** *plur. i. q. vicinia* - *Nachbarschaft*: CHRON. Ratisb. (MGScript. XXX p.1490,2; s. XII.²) Carlomanno . . . cum suis con-bus (*syn. proximis finibus*) sorte contigit omnis Baioaria.

adv. *compariter. *commode, apte* - *passend, treffend*: ALBERT. M. *somn.* 3,2,4 p.201^a,41 qui multa et multoties iacit iacula, quandoque iacit dispariter signo, quandoque -r (*cf. p.463^b,21 ἄλλοτ' ἄλλοτον βαλεῖς*).

***compara** (-per-) *vel *cumpra*, -ae f. (1. comparare, *ital. compra, cf. S. Battaglia, Grande dizionario della lingua italiana. III. 1964. p.346*).

1 *emptio* - *Kauf*: ACTA imp. Stumpf 149 p.199,1 (a.1164) medietatem castris . . . , que -pera tibi obvenit, *confirmamus*. **2** *pactum emptionis* - *Kaufvertrag*: ACTA imp. Winkelm. I 33 p.25,43 (a.1209) confirmamus . . . comuni Saone emptionem, quam fecerunt de Quiliano, et -peram Albizole . . . ; tenor autem -pare Quiliani sic incipit: '*eqs.*' **3** *bona empti* - *gekauftes Gut*: CHART. Bund. 614 p.118,19 (a.1220) promisit . . . venditor . . . guarentare predictam cumpram ab omni homine. *al.*

comparabilis (comp-), -e. *comparacioni aptus, aequabilis* - *zum Vergleich geeignet, vergleichbar*: CHRONOGR. Corb. p.48,1 quod est -ius. CARM. Bur. B 112,3,6 virgo . . . solis oculo -is. ALBERT. M. gener. 2,2,9 p.435^b,15 dixit *Empedocles* . . . , quod -ia (*p.333^a,19 συμβλητά*) sunt elementa. *summ.* theol. I 15,61,6 p.633^a,7 quod scientia Dei in aliquo sit -is scientiae hominis. *al. subst. neutr.*: GUNDR. ad Ermenr. (MGScript. XV p.154,39; a.839/42) multos actus eius agno-

vimus tam insignes et in vita huius lucis agentem et post hanc vix -ia facientem. ALBERT. M. gener. 2,2,9 p.435^b,27 in omnibus -bus est unum aliquid, quo mensuratur. *ibid. al.*

adv. *comparabiliter. *convenienter* - *entsprechend*: 5 CHART. Carinth. IV 2541 p.440,34 (a.1253) pro sexcentis marcis talium denariorum, pro quorum novem solidis marca argenti valeat con-r estimari.

***comparabilitas**, -atis f. *status rei comparabilis* - *Vergleichbarkeit*: ALBERT. M. phys. 7,2,3 p.511^a,23 utrum instrumenti . . . diversitas . . . impediatur -em motuum. *spectat ad rationem*: ALBERT. M. praedicam. 4,1 p.223^b,26 haec -s vel ratio comparationis . . . est ad aliquid et non absolutum *praedicamentum*.

***comparamen**, -inis n. (2. comparare) *convenientia* - 15 *Übereinstimmung*: ARNULF. delic. 518 quo, queso, -e . . . tue modos melodie digne componere?

comparate v. 2. comparo.

1. comparatio (comp-, -cio), -onis f. *acquisitio, emptio* - *Erwerbung, Kauf*: **1** *proprie*: **a** *in univ.*: TRAD. Weiss. 38 p.40,15 (a.693?) *quicquid* tam de alode quam de -e vel de qualibet contractu nobis . . . obvenit. DIPL. Karoli M. 199 p.268,20 *que (res)* . . . ad ipsum sanctum locum per . . . donationes . . . , venditiones, -es commutationesque pervenerunt. TRAD. Frising. 483 rem proprietatis aut acquisitionis sive con-is. DIPL. Otton. I. 242 p.344,20 offerionibus, con-cionibus. CHART. scriin. Col. A II 1 p.51,29 si . . . ministri nostri . . . supersunt -i. CHART. Ulm. 117 p.142,27 in . . . venditione sua (*sc. Dietrici*) vel in nostra -e. *al. expressius i. q. negotium emptionis* - *Kaufgeschäft*: CAPIT. reg. Franc. 62,27 ut nullus con-em faciat cum paupere dolose. **β** *spectat ad redemptionem (e servitute: l.33)*: TRAD. Frising. 1595^b (a.1232/45) Gebehardus . . . ancillas . . . pleno iure censualem tradidit . . . ad petitionem et -em Cunradi. CHART. com. Mansf. I 34 p.22,34 -is . . . propositum . . . prepedire (*antea*: aream . . . redimendo comparavi). **2** *meton.*: **a** *instrumentum emptionis* - *Kaufurkunde*: LEG. Lang. p.129,1 (a.724) si quis cartolam donationis . . . vel forte con-e (*con-em var. l.*) ostenderit. p.136,2 aut per donatione aut commutatione aut con-e . . . firmare *possessionem*. **β** *bona acquisita* - *erworbenes Gut, 'Errungenschaft'*: TRAD. Frising. 399^a (a.818) suam propriam con-em seu lucrationem. 593 quicquid ibidem con-is vel acquisitionis habui. *al.* CHART. Sangall. A 401 vindiderunt . . . solum cum casas de -e in fundo Quaradevas. **c** *stipendium (presbytero ad missas celebrandas ablatum)* - 45 (*Meß*-) *Stipendium (de re v. J.A. Jungmann, Missarum Sollempnia. II. *1958. p.32)*: CHART. Eichst. 97 p.147,28 (a.1276) ut . . . solas missarum con-ciones et oblationes . . . percipient *canonici*.

2. comparatio (comp-, -cio), -onis f. *struct.*: *c. gen.*: 50 *l.58sqg.70. ad: l.64.68. p.1031,1.8.10. al. cum: p.1031,16. inter: p.1031,11. sensus vergit in pass.: l.57.*

I actio comparandi, collatio - *Vergleichung, Vergleich* (*cf. Gloss. I 584,24 St.-S. -o uuidarmezzini. IV 217,4 proportio recta -o ebenmaze. al.*): **A gener.**: **1** *proprie*: **a** *in univ.*: ALCUIN. epist. 81 p.123,13 de numerorum ratione vel magis con-e, qui in veteri lege inveniuntur *eqs. HROTSV. Pafn. 1,15 num . . . planetae proferunt sonum, ut mereantur -em cordarum?* OTLOH. prov. O 42 (ed. W. C. Korfmacher. 1936) omnis . . . virtus in -e maioris minus claret. OTTO FRISING. *chron.* 2,48 p.125,21 in oratione Agrippae ex horum (*Germanorum*) -e Iudeos ad subiectionem . . . hortantis. CHART. Port. 133 habita taxatione et -e debita eorum (*bonorum*). ALBERT. M. *summ. theol.* II 14,87,3 p.154^a,34 si fit -o quantum ad causalitatem mali. *al. cf. p.1032,2. expressius de facultate, condicione conferendi*: BRUNO QUERF. Adalb. B 20 (ed. J. Karwasińska. 1969) sine -cione humanus Otto imperator ad Heinr. II. p.101,21 (ed. J. Karwasińska. 1973) quae conventio Christi ad Belial, que -o luci ad tenebras? ADAM gest. 3,35 ut *ecclesia Coloniensis* iam -em evaserit omnium . . . ecclesiarum. ALBERT. M. animal. 1,16 huiusmodi sunt -es multimodae. **β** *per -em usu adv.*: PS. GERH. CREM. sal. I 19 p.24,14 tu (*sc. aurum*) es avarus et non das

aliquid ex te per -em ad me ([*sc. Mercurium*]; cf. II 9 respectu mei). -c -e *i. q. more* - nach Art von: VITA Emm. 27 p.66,22 nisi . . . silvas . . . con-e ferarum adpeterent *tortores Emmerammi*. 2 *meton. i. q. discrimen* - Unterscheidungsmerkmal: FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.63,19 quam diversitatem habent pulli a generatione, per quam habent -es diversas. B *spec.*: 1 *math. (philos.: l.11.18sqg.)*: a *strictius*: HERIG. rat. 2,5 -o ad divisorem eodem modo fiet (MATHEM. var. Bubnov p.268,18 post factam -em maximi divisoris ad eos [numeros]). ALBERT. M. summ. theol. I 6,26,2,1 p.260^a,24 -o non est nisi inter univoca. *ibid. al. modus comparandi* - Art des Vergleichens: ANON. minut. 1,6 unciarum -es ex notioribus monstrare. b *latus*: a *proportio* - Verhältnis, Proportion: ANON. geom. I 3,4 qualis -o fuerit graduum ad XII, talis -o staturae metientis ad totam planitiem. 3,14 qualis -o ipsius partis staturae cum tota linea . . . habebitur *eqs. ibid. al. β relatio* - Beziehung, Korrelation: ALBERT. M. veget. 6,490 ex situ et -e planetarum et stellarum in ipsis *signis*. nat. anim. 1,7 p.16,60 forma, quae est in anima, duplicem habet -em, unam quidem ad rem, cuius est forma . . . , et aliam ad intellectum. metaph. 5,1,11 p.235,32 (ed. B. Geyer. 1960) non-entis . . . nullae proprietates sunt et nullae -es. al. γ *dispositio* - Hinordnung: v. p.1036,2. 2 *gramm.*: a *strictius*: ERMENR. ad Grim. 18 p.556,13sqg. si . . . extrinsecus fit -o, tunc ablativo iungitur . . . ; sin vero ad prenomi-natos pertinet -o, genetivo iungitur. GODESC. SAXO gramm. 1,94 p.414,15 si volueris per ablativum -em fieri, tunc *eqs.* p.414,20 quando de solis praenominatis vis maiorem -em ostendere, tunc *eqs.* b *latus*: a *collatio gradatim facta* - Steigerung: WALTH. CAST. carm. 2,15,4 (MG Lib. Lit. III p.560) non ergo maioris est cesar dictionis (*quam papa*) vel gradus sunt quatuor -is (ALBERT. M. summ. theol. I 6,26,2,1 p.259^b,28 in gradibus -is). v. et l.36. β *gradus, status (in collatione gradatim facta)* - (Steigerungs-)Grad: v. l.28. in *imag.*: CAES. HEIST. hom. I p.63^b si quaeritur, cuius -is fuerit *Verbum*, respondetur, quia omnes -is gradus recipit: in positivo gradu *eqs.* 3 *rhet.*: a *in univ.*: ADALB. SAMAR. praec. dict. p.57,22 (ed. F.-J. Schmale. 1961) positionum modi sunt . . . septem; nam alius fit per similitudinem, alius per -em *eqs.* (CONR. MUR. summ. p.103,12 [ed. W. Kronbichler. 1968]). GERHON. epist. 11 p.525^a alia -is proprietas est, alia directae locutionis simplicitas. CONR. MUR. summ. p.103,23 (ed. W. Kronbichler. 1968) -o est duorum vel plurium per equalitatem collatio. al. b *spectat ad criminis defensionem*: RUP. TUIT. spir. 7,12 p.1772^a -o . . . criminis est hoc modo *eqs.* ALBERT. M. summ. theol. II 14, 87,3 p.154^b,42 si vero fit -o in fastu excusationis peccati *eqs.*

II *de aequalitate i. q. compensatio, pretium compensativum* - Ausgleich, Gegenwert: TRAD. Lunaelac. 109 (a.829) tradidimus . . . hereditatem nostram . . . abbati . . . et contra in-cionem accepimus . . . pecunias (TRAD. Ratisb. 189 vir . . . accepit in -em earundem causarum . . . iugera XII).

comparativus (comp-), -a, -um. 1 *adi.*: a *ad comparationem pertinens* - Vergleichs-: ERMENR. ad Grim. 18 p.556, 10 -us gradus. b *comparabilis* - vergleichbar: ALBERT. M. gener. 2,2,9 p.435^b,21 dicit *Empedocles*, quod *elementa* sunt -a (cf. p.1029,69). c *relatus (ad aliquid)* - (auf etwas) bezogen, relativ(iert): ALBERT. M. veget. 6,484 forma . . . complexionalis est in eis (*plantis*) duplex, absoluta . . . et -a. 2 *subst. masc.*: *gradus comparationis* - Komparativ: ERCHANB. FRISING. (?) gramm. p.71,15 -us semper communis est inter masculinum et femininum, nam neutrum in 'ius' desinit. CONR. HIRS. dial. 305 fixis mobilibus -is. al. in *imag.*: HUGO TRIMB. sols. epil. 191 mundi quidem aureus quondam positivus adeo disparuit, quod con-us sibi datur terreus.

adv. comparative. 1 *modo comparationis, comparandi* - in Form eines Vergleichs, auf vergleichende, relativierende Weise: EBERH. BAMB. epist. 8 p.501^b ostendi multa per similitudinem explanari, non tamen omnino rem rei -e coaequari. ALBERT. M. cael. 4,1,2 p.247,36 (ed. P. Hofffeld. 1971) -e . . . loquentes de gravi et levi (*postea*: absolute). HUGO TRIMB. sols. epil. 152 ut similitudinem aut con-e fabulosa predicet

et non assertive. 2 *ratione comparandi* - im Sinne des Vergleichens: ABSAL. serm. 43 p.249^c nomen comparationis electivae, non -e accipiendum est. 3 *comparazione adhibita* - relativ: ALBERT. M. mem. 1,4 p.105^a,19 primo modo animal in *tabula pictum* accipitur absolute et secundo modo accipitur -e ad alterum.

comparator (-per-), -oris m. 1 *emptor* - Käufer: FORM. Wisig. 13 alia *venditio*: . . . ad securitatem -is adiungitur, si *eqs.* 2 *coemptor* - Aufkäufer: CHRON. Ven. Alt. p.171,29 Bececani yrci -peratores erant . . . sive in foro carne vendentes.

comparatrix, -icis f. *quae parat* - eine die verschafft: GREG. IX. registr. 425 p.344,10 gratificans gratia, perempnis glorie infallibilis -x.

1. ***comparatus** (comp-, -per-), -us m. (1. comparare) 1 *proprie i. q. acquisitio, emptio* - Erwerbung, Kauf: TRAD. Weiss. 46 p.48,4 (a.695) quod nobis ex successione parentum . . . seu de -u vel qualibet attractu . . . ob venit (cf. 39 p.41,12). CAPIT. reg. Franc. 32,32 ut . . . iudex praevideat, quomodo sementum . . . de con-u (comparata 1) vel aliunde habeat.

20 DIPL. Conr. I. 4 quas (*possessiones*) . . . per donationes . . . et de con-u (conperatu B) . . . possidere dinoscitur *ecclesia*. DIPL. Karoli M. 259 p.375,12 (spur. s. XI.) locum . . . abba . . . ex -u adquisivit. al. 2 *meton. i. q. bona acquisita* - erworbenes Gut: FORM. Marculfi 2,12 (ed. A. Uddholm. 1962) tam de alode paterna quam de con-u (-um, -o var. l.). FORM. Augiens. B 26 de con-u vel de quod pariter laboravimus. COD. Lauresh. 3690^a IV mancipia cum omni con-u suo. cf. 1. comparo (comparatum).

2. **comparatus** v. 2. comparo.

comparco, -parsi, -ere. *parcendo colligere* - einsparen: FOLCUIN. vita Folcuin. 5 p.428,27 quod de demeno suo defraudans -sit (consparsit 2; cf. Ter. Phorm. 44 conpersit), id illis (*pauperibus*) adcrevit.

***comparentes** (comp-), -um m. *cognati* - die Verwandten: 35 LEX Baiuv. 4,27 cum XII sold. conponat parentibus (con-bus var. l.) suis. de *proavis*: CHRON. Ven. Alt. p.60,5 nos autem et nostros -es eas (*civitates*) . . . fundavimus.

1. **compareo** (comp-), -ui, -ere. *form.*: *praes. inf.* -uere: l.51. *imperf. con.* -raretur (var. l.): l.70. *fut.* -abo: 40 p.1033,12. *plusq.* -ravisset: l.61. -partus: l.56. *depon.*: l.56.70. *impers.*: p.1033,14.16sq.

1 *proprie*: A *apparere, in conspectum prodire, venire* - erscheinen, sichtbar werden, sich zeigen, auftreten (cf. GLOSS. I 441,43 St.-S. non con-uit nirscin a nieth irscin d): 1 *gener.*: a *in univ.*: ARBEO Emm. 27 cadavera nullo ulterius -uisse comprobatur. HUGEB. Wynneb. 13 p.116,11 omnia . . . tumata con-uerunt. HROTSV. Sap. 5,25 malefica illaesa -uit. CARM. Bur. B 54,3,7 ut -atis (*sc. daemones*) et post discedatis. ? *trans. i. q. praesentare* - erscheinen lassen: 50 HUGEB. Wynneb. 10 p.114,27 mirabilia, quae . . . Dominus . . . con-uere hominibusque preparare dignatus est. b c. *colore quodam*: a *repraesentari* - wieder gegenwärtig werden: HUGEB. Willib. praef. p.87,11 virtutum signa . . . suisque oculis . . . Willibaldi corporaliter cognita suisque plantis . . . visibiliter con-uere. β *oriri* - aufgehen: HERIG. Ursm. 2,25 matutino -partus lucifer ortu (cf. Vulg. Is. 14,12).

2 *iur.*: RAHEW. gest. 4,33 imperator . . . citari iubet Mediolanenses; cum autem nemo -ret, qui *eqs.* CHART. Solod. I 344 p.192,18 abbate . . . in persona propria et priore et conventu per procuratorem -entibus coram nobis (CHART. Pruss. II 72 p.65,12 licet postmodum c. n. . . -avisset *episcopus*. CHART. Beron. 161). CONST. II 262,5 quod ipsi (*papae*) citanti . . . facturi iusticiam deberent (*sc. imperator*) per nos vel per responsales ydoneos -ere. al. B *ante oculos, conspicuum esse, exstare* - sichtbar, zu sehen, vorhanden sein: 65 1 *in univ.* (c. *negat. interdum i. q. latere, evanescere* - verschwinden sein, verschwinden): CARM. Aldh. 1,72 plaustris . . . non con-ent curricula (REGINO chron. a.798 sidus Mauri in toto caelo non -uit). ARBEO Emm. 34 ut nubs in nullis -retur (-raretur A1) plagibus. VITA Leb. 6 p.794,17 ille inter eos stans subito non -uit (cf. Vulg. III reg. 20,40). HROTSV. Abr. 3,8). ANNAL. Mell. Sanct. II a.1261 in hac penitentia

(*flagellantium*) -uit quisque xxxiii diebus. *al.* 2 *c. colore quodam: a cognosci posse — erkennbar sein: MAPPAE CLAVIC.* 38 sumis laminas aureas et argenteas, teris in mortario . . . donec non -ant (249. THEOPH. sched. 1,37 p.81,14). *adde: VITA* Heinr. IV. 1 p.12,31 ut in posteris . . . regiae vindictae vestigia hodieque -ant. *b se conspectui dare, versari — sich sehen lassen, aufhalten: CONST.* I 316,3 (a.1186) ne quod ei (*imperatorii*) adiutorium facerent vel aliquo modo secum -rent *episcopi. c manere — bestehen: TRANSL.* Marci in Aug. 4 Ratoltscella, quae nunc usque -et. *d adesse — beistehen: EPIST.* Worm. I 46 p.83,29 vobis . . . semper devotissime -abo.

II translate i. q. videri — scheinen: DIPL. Heinr. II. 467 p.595,16 rectum illorum -uit esse. *expressius i. q. placere — gut scheinen, gefallen: CHRON.* Salern. 38 p.39,15 si domini mei prorsus -et, ego illuc pergo. 96 p.96,18 ex eis (*filibus*) elige, qualem vestris oculis -et. *al. cf. S. Battaglia, Grande dizionario della lingua italiana. III. 1964. p.391 nr. 10.*

adi. comparans, -entis. sensibilis — fühlbar: Ps. GALEN. febr. 265 fit ei (*peripleumonico*) pulsus incertus et veluti non -s et veluti formicans. *cf. l.25.*

2. compareo v. 1. comparo.

**comparresco, -ere.* (comparere) *sensibilem fieri — fühlbar werden: AURELIUS* 11 p.705,31 pulsus venae eorum (*peripleumonicorum*) vel non -ent . . . ; item veluti formicant *egs.*

**compariatio, -onis f.* (pariare) *assimilatio, aequatio — Angleichung, Gleichstellung: VITA* Serv. 8 p.31,12 sic . . . -e sua hunc dignetur, si dici fas est, . . . Iesus.

**comparicium v. *camparicium.*

comparilis (comp-), -e. *par — gleichwertig: LEX* Baiuv. 10,2 cum sold. componat et universa *cum parilia* (comparilia *var. l.*) restituat.

**comparitas, -atis f.* 1 *proprie i. q. aequalitas, congruentia, affinitas — Gleichheit, Übereinstimmung, Verwandtschaft: ALBERT.* M. nat. anim. 2,7 p.30,63 anima rationalis magis debetur caelo quam corpori terrestri; igitur secundum naturam magis habet -em ad stellam quam ad corpus proprium. p.30,73 proportio et -s. 2 *meton. i. q. compares, comparium communitas — Standesgenossen(schaft): a strictius de familia, clientela: DIPL.* Loth. I. 146 p.331,11 (ed. Th. Schieffer. 1966; spur. s. XII.) quorum (*ministerialium*) nulli liceat extra -em suam uxorem ducere. *CHART.* Turic. 1171 cum . . . possessiones prediales hominum . . . martirum Felicis et Regule extra -em, scilicet ad personas extraneas, . . . transferri non possint. *CHART.* Beron. 173 p.214, 27 extra -em et terminos conditionis eorum (*hominum*). *al. b latius: CONST.* I 429,6 (s. XI.ex.) liber vel personatus serviens . . . cum totidem sue -is testibus . . . se expurget. *fort. add.: CHART.* Argent. I 69 (a.1116) testes . . . de laicalis ordine: . . . Sigefrit urbis prefectus, Wernhere, Humbreth ceterique eorum -is homines. 73. *ibid. al. in hac formula.*

comparius v. compar.

1. *compario* (comp-), -avi, -atum, -are. *script.:* cum-: *l.71. p.1035,32. -per: p.1034,3sq. 1035,5. -pare: p.1034, 2.15. -ad(um): p.1035,32. -ath(um): p.1035,31. -pat(um): p.1035,33. form.:* *perf.:* -uit: *CHART.* Rhen. med. I 41 p.46,6. -rarunt: *p.1034,8. depon.:* *l.70. p.1034, 21. struct.:* *spectat ad venditorem sim.:* ab: *p.1034,3. 12.18.26. ad: p.1034,12.36. apud: p.1034,5. circa: p. 1034,8. de: p.1034,33. erga: p.1034,5. pro: p.1034,7. spectat ad pretium: abl.:* *p.1034,2.44.53.1035,6. al. cum: p.1034,41.43.65.72. de: p.1034,18.42.1035,3.5. ex: p. 1034,25. pro: p.1034,6.24. metr. -pā: p.1034,72.*

I acquirere — erwerben (cf. GLOSS. I 709,54 St.-S. -ari giuuerthirid uuerthan. III 414,9 -tus gechoufet. *al.): A strictius: 1 in univ.:* *a de emptione (saepe i. q. emere — kaufen, e. g. l.71. p.1034,10.16.19.33): a spectat ad res immobiles: LEG.* Burgund. const. I 84,2 nec extraneo . . . ter-ram liceat -are ([*-ari A2*]). *EDICT.* Roth. 227 de emptionibus et vinditionibus: si quis con-vertit [cum *var. l.*] *t. eqs. al.*) *TRAD.* Frising. 4 Ioseph *episcopus* adquisivit et con-vit man-

5 *sos (cf. TRAD.* Brixin. 39 quam [*hobam*] -vit xx solidis. *al.*). *VITA* Corb. 17 locum condigno . . . pretio con-are (compare 3 *a. corr., -perare 9^b*). *CHART.* Brixin. 109 quam (*aream*) a Friderico . . . pro denariis -peravit (*CHART.* Advoc. 193 aream, quam . . . fratres erga dominam . . . et apud suos pueros . . . prov marcis . . . iustoempionis tytulo -verunt). *CHART.* Friburg. 189 p.160,31 bona . . . pro Iohanne laico. *CHART.* ord. Teut. (Thur.) 268 quas (*curias*) circa me . . . -arunt. *al. absol.:* *CHART.* scrib. Col. A II 1 p.215,8 (a.1165/85) Arnoldus . . . -vit tribus pueris suis *egs.* (*cf. p.215,1 emit*). *al. redimere — loskaufen: HUGEB.* Willib. 4 p.95,24 illam ecclesiam christiani homines sepe con-bant ad (*a var. l.*) paganis Sarracinis. *cf. l.37sqg. β spectat ad res mobiles: LEX* Baiuv. 9,14 ut nullus presumat furtivam rem con-are . . . ; quod -are (compare *var. l.*) voluerit *egs.* *LEX* Sal. Karol. 39 si . . . ille, qui eum (*caballum*) ducit, se con-asse (*ex LEX* Sal. Merov. 37,1 emisse) aut cambiassé dixerit. *TRAD.* Ratisb. 796 ad carbonés . . . a custode monasterii de eisdem nummis -andos. *STATUT.* ord. Teut. p.65,16 pro victualibus -andis. *al. absol.:* *LEX* Baiuv. 16,4 nullus sine domini preiudicio con-etur. *CAPIT.* reg. Franc. 32,8 vinum . . . con-ando emere. *al. γ spectat ad iura, census, honores: TRAD.* Ror. 120 (QuellErörtBayerGesch. N. F. XXI. 1966; a.1247/48) ius advocatie . . . et duas piscationes . . . pro xxx talentis . . . -vimus. *CHART.* Raitenh. 232 p.190,13 ex quibus (*libris*) . . . decimam . . . a comitibus . . . decrevimus -are. *CHART.* civ. Erf. 189 p.112,5 pensiones (*cf. 290 decem marcas annue pensio-nis*). *CHART.* select. Keutgen 326. *al. adde: NECROL.* III p. 371,25 que (*Wilbirch*) -vit missam. *cf. p.1030,44sqg. δ spectat ad homines (praecipue servos, mancipia): LEG.* Wisig. 5, 4,12 qui a parentibus filium con-vit. *EDICT.* Roth. 230 si quis con-verit mancipium (*LEX* Raet. Cur. 3,4 [ed. E. Meyer-Marthaler. 1959] si quis homo de alterum hominem m. con-*ret. LEX* fam. Worm. 21. *al.*). *CAPIT.* reg. Franc. 102,18 hominem vendere aut -are. 158,2 qui ipsos (*servos*) con-tos habuerit (*cf. HROTSV.* Dulc. 1,7). *CHART.* Turic. 195 Tettam ad Tiopertum -vit. *al. e servitute redimere — freikaufen: EDICT.* Roth. 156 de filio naturale, . . . si pater con-verit eum et liberum thingaverit. *cf. l.11sqg. b de concambio: TRAD.* Patav. 10p. 10,23 (a.764,81) con-vi terram, coloniam integram cum alia colonia. *CAPIT.* reg. Franc. 46,6 homines . . . con-ant sibi proprietates de ipso nostro beneficio. *GERH.* AUGUST. Udalr. I 11 alius . . . cum . . . libro cavallum . . . -vit. *HELM.* chron. 38 p.77,4 quicquid in foro mercari volueris, panno lineo -bis. *al. c de occupatione: DIPL.* Ludow. Inf. 41 p. 161,35 quod (*novale*) ipse . . . ibidem -vit et existipavit. *d usu vario: FORM.* Marculfi 1,35 p.132,13 (ed. A. Uddholm. 1962) quod . . . abba . . . de rem monasterii . . . visus est augmentasse aut con-asse. *GERH.* AUGUST. Udalr. I 14 p.404,5 reliquias sanctorum. *DIPL.* Otton. III. 311 negocium suum excolat, scilicet -ando, emendo, vendendo. *DIPL.* Conr. III. 267 p.462,38 (ed. F. Hausmann. 1969) cum omnibus possessionibus . . . hereditate seu pecunia -tis. *al. adde: CAES.* HEIST. hom. exc. 303 habeo (*sc. advocatus*) . . . linguam cupream . . . , argenteam . . . , auream: quamcumque harum trium linguarum volueris, -es. 2 *c. colore quodam: a sup-portare — beschaffen: FORM.* Marculfi 2,46 (ed. A. Uddholm. 1962) propter necessitate fratrum con-andum. *b colligendo addere — hinzuerwerben: TRAD.* Ratisb. 259 (a.996/1000) si-*quid interim augere sive -are valeat ad eandem vineam. c cogere, expedire — aufbringen, flüssig machen: CHART.* Rost. B I 3,52 p.78 (ed. H. Thierfelder, Rostocker Stadtbuch. 1967; a.1258/60) dedit filie . . . xl marc(as), si in facultatibus suis idem . . . poterit -are. *d assequi — erlangen: THIETM.* chron. 6,90 nepos meus gratiam et incolatum cum predio suimet et auro -vit. *e conferre — zusammentragen: THANGM.* Bernw. 6 scriptoria . . . in diversis locis studebat, unde et copiosam bibliothecam . . . -vit. *f c. sensu augendi i. q. coacervare — aufeinanderhäufen: HUGO* TRIMB. sols. epil. 184 magnum malus maximum crimen con-atur. *cf. p.1036,7. B latius: ALDH.* virg. I 42 p.294,7 caeli -antur triclina. *BONIF.* carm. 1,9 cum quibus et malis con-es regna futura.

Dipl. Conr. III. 18 p. 32,20 (ed. F. Hausmann. 1969) quatenus inde sibi . . . apud Deum remunerationem -ret. *al. in chartarum arenis*: Cod. Lauresh. 289 (a.767) qui sibi de caducis -at eterna premia (CHART. Stab. 27 p.70,14 qui . . . de caduca -perat sine fine mansura. *al.*). CHART. Raitenh. 152 p.132,40 celestia -are temporalibus et transitoriis.

(?) annal. a. 1069 p.274,31 in recordatione peccatorum suorum ad -em lacrimarum facillimus. HERM. IUD. conv. 10 p.102,6 (ed. G. Niemeyer. 1963) christianiani . . . cordis mei duritiam . . . ad -is gratiam satagebant emollire. CATAL. biblioth. Ruf 91 p.368,15 Ioannis de -ponctione (περι καταπόσεως PG 47, 393sqg.). CAES. HEIST. hom. exc. 79 lacrimas et signa -cionis vel contricionis. *saepe. adde*: CARM. Bur. B 197,6,8 respexit Bacchus vestras -es (comp- *cod.*). *expressius i. q. actus paenitentiae* - *Akt der Reue*: AMALAR. off. 3,19,23 lavatio manus mundationem cordis signat per lacrimas et -es *eqs.* **β** *humilitas, devotio* - *Demut, Frömmigkeit*: CONC. Karol. 39^A,137 p.414,19 cum con-e cordis recitentur *psalmi*. RIMB. Anscar. 3 p.21,25 -is divinae . . . amore languescere. MIRAC. Pirmin. 1 opera, que in sanctis . . . Deus . . . operatur, . . . mentem ardore con-is tangunt. DAVID compos. 3,65,1 cum . . . multa videantur esse devotionum genera vel -um, possunt . . . in septem distingui differentias *eqs. al.*

***compunctis** (comp-), -e. *mus. i. q. in fronte et retro puncto instructus* - *vorn und hinten mit einem Punkt versehen*: FRUTOLF. (?) brev. 14 p.102,5 gutturalis con-is.

***compunctivus** (comp-), -a, -um. 1 *adi.*: **a** *sensu act.* *i. q. commotionem, contritionem provocans* - *ergreifend, Zerknirschung hervorruhend*: RIMB. Anscar. 35 p.68,7 ex . . . -is rebus ex sacra scriptura sumptis . . . unicuique . . . psalmo propriam aptavit oratiunculam. CAES. HEIST. hom. exc. 202 p.146,5 demone predicante verbis valde -is. MIRAC. I 7,47 p.67,27 species aromaticae sunt memoria -a dominicae conceptionis *eqs. al.* **b** *sensu pass.* *i. q. commotus, contritus* - *ergriffen, bewegt*: MIRAC. Bert. 8 p.514,1 con-o corde laetantes, lacrimis gaudiosis flentes. 2 *subst. masc.*: *qui contritus est* - *Zerknirschter*: CAES. HEIST. hom. exc. 212 piscine -os exprimunt, quorum sepe madent oculi.

adv. ***compunctive**. *corde contrito, humiliter* - *zerknirschten Herzens, demütig*: MIRAC. Bert. 7 p.512,26 -e mutua confessione rebaptizaverunt *eqs.* ANDR. STRUM. Ioh. 85 qui (*papa*) ad . . . missarum sollempnia -e solebat accedere.

***compunctor**, -oris *m.* *qui compunctionem provocat* - *Erwecker der Zerknirschung*: ΕΚΚΕΗ. IV. bened. I 56,11 cordis -r benedictat.

***compunctuosus** (comp-), -a, -um. *compunctus, contritus* - *bußfertig, zerknirscht*: ARNOLD. LUB. chron. 5,15 p.191,13 qui . . . se devotos et -os (comp- 3) exhibent.

***compunctus vel -um** (comp-), -i *m. vel n.* *punctura* - *Stich*: LEX Ribv. 4 capit. p.52,48 (A 9) de con-o.

compungo (comp-), -punxi, -punctum, -ere. *script.*: -puc(tus): FORM. Augiens. B 2 (*var. l.*). *v. et l.* 65. -pict(us): PASS. Mauric. 229.

1 *corpor.*: **A** *strictius i. q. pungere, pungendo lacerare* - (*durch-, zer*)*stechen* (*cf.* GLOSS. III 414,62 St.-S. -xerunt stächen. IV 314,40 -ta lacerata kestochin): TIT. metr. III 7,24 sibi con-tis depredans omnia membris *Christus*. VISIO Godesc. B 6,2 (ed. E. Assmann. 1979) qui sauciati et -ti erant, iterum reintegrati sunt. *cf. p.* 1127,12. **B** *latius i. q. affligere* - *peinigen*: ALBERT. M. eth. 7,2,5 p.511^b,7 tales (*sc. senes*) corpus habent semper morsum et -tum defectibus.

II *spirit.*: **A** *stimulare, incitare* - (*an*)*treiben, bewegen*: ALDH. virg. II 2070 Deus . . . satrapae mentem stimulus -it acutus, . . . ut *eqs.* LIBER hist. Franc. 14 p.260,18 quomodo corda regis ad credendum con-rent (-rentur *var. l.*). BEDA hist. eccl. 4,12 p.228,4 Caeduaalla suscepit imperium et . . . tandem superni regni amore con-tus reliquit. VITA Willeh. 9 praedicationis verbo multorum ad viam salutis . . . corda -ens. HROTSV. gest. 1494 recti con-tus acumine zeli. *al. in formulis chartarum*: FORM. Augiens. B 4 his ammonitionibus con-tus (conpuctus 3). DIPL. Ludow. Germ. 10 divina inspiratione -ti (DIPL. Karolom. [II.] 2 p.287,1. *al.*). DIPL. Karoli III. 7 divino . . . intuitu et futurae certitudinis eventum con-ti. DIPL. Arnulfi 84 superno nutu -ti. 121 p.178,6 divino -ti afflatu. TRAD. Brixin. 12 divino instinctu con-tus (*cf.* CHART. Brixin. 35 p.41,3 divini amoris i. -tus). *al.* **B** *affigere, tangere, commovere* - *ergreifen, rühren, erschüttern*: 1 *gener.*: **a** *in univ.*: ANSO Ermin. prol. (MGMer. VI

[Widhalm]

p.461,12) dum apostolorum praecepta . . . recitantur . . . , corda audientium con-untur. TRAD. Frising. 20 ego . . . Etta con-ta divina misericordia (item in formulis chartarum: COD. Lauresh. 3696^a Theotbirc . . . divino amore con-ta. CHART. Welt. 2 divino timore . . . -tus. al.). WALAHFR. Wett. epil. 2,13 plangimus interno -ti corda dolore. CAND. FULD. Eigil. I 23 p. 232,41 divina visitatione -tus. FLOR. LUGD. carm. 28,5 hunc elementa sibi sumant con-ta dolore. THANGM. (?) vita Epiph. 6 fletibus suorum praesul . . . ad lacrimas usque -tus. HIST. peregr. p. 124,14 con-at . . . corda vestra . . . , quod eqs. al. c. sensu compatiendi: ARCHIPOETA 1,22,4 cum salvator lancea pungitur, saxeus est, qui non con-itur eqs. b contristare – betrüben: VITA Mathild. II 11 p. 291,27 nos graviter -it recolentes illum . . . erga nos esse tam amarum. LOCALIS 94 -i . . . satis gustus facit ebrietatis. 2 eccl. i. q. dolore peccati, contritione afficere – mit Reue, Zerknirschung erfüllen (pass. et medial. i. q. paenitere – Reue, Zerknirschung empfinden): TRAD. Frising. 7 p. 33,17 (a. 754) praevaricatorum praecepta Dei in multis modis . . . huius rei mecum con-tus. HRABAN. carm. 39,3,6 ut . . . meae . . . sim miseriae -tus memor ultimae. HROTSV. Abr. 9,3 quisquis conpunctionem sentit, et ipse con-itur. AMARC. serm. 3,463 (ed. K. Manitius. 1969) ut ille (peccans) ex virtute tue con-atur pietatis. CONSUEV. Marb. 82 (Spicil. Friburg. X. 1965) solent . . . plerique . . . pro suis . . . angustiis se . . . rogare et -i. CHART. Naumb. 270 p. 253,12 bene in Christo -tus . . . vovit . . . a . . . iniuria recedere. HIST. de exp. Frid. imp. p. 109,5 intime con-tus obiit. CHART. Raitenh. 291 p. 233,3 divina gracia con-tus propter gravamina eqs. al.

adi. **compunctus**, -a, -um. 1 commotus – bewegt, ergriffen: AMARC. serm. 1,465 (ed. K. Manitius. 1969) con-o pectore. HIST. peregr. p. 124,31 de cordibus con-is erumpunt lacrimae pietatis. 2 contritus, humilis – zerknirscht, demütigt: SISEB. Desid. 2 fuit . . . in omni sua actione -us. HROTSV. Pafn. 7,14 orare . . . non sonoritate . . . vocis, sed con-i rugitu cordis. UFFING. Ida 1,20 fundit . . . preces eo quisque fructuosior, quo corde -ior. al.

subst. 1. **compunctus**, -i m. qui contritus est – der Zerknirschte: ЕККЕВ. IV. bened. I 16,28 da pie -is pavimenta rigare fluentis.

2. **compunctum**, -i n. paenitentia, oratio paenitentiae – Reue (gebet): EPIST. var. II 26 p. 343,6 fides, con-um et orationes . . . libello altero conscribantur.

adv. **compuncte**. devote – demütig: AMALAR. off. 4 praef. 1 quatinus . . . dulcius atque -ius Deo assistatur in ecclesia.

***compurgator** (comp-), -oris m. coniurator iuris iurandi purgationis – Schwurhelfer beim Reinigungseid: CHART. Steph. Wirz. 223 (a. 1214) assumptis quatuor con-bus honestis . . . personis . . . purgationem . . . adimplevit. CHART. Patav. 18 (Mon. Boica XXIX 2 p. 342,15) si . . . lesor con-es . . . habere non potuerit. CONST. II 427,40 infamis persona . . . numquam suo iuramento, sed cum tribus procedet con-bus. CHART. Dortm. 152,10 assumptis -bus fidedignis.

compurgo (comp-), -are. mundum reddere – reinigen, läutern: GLOSS. I 91,16 St.-S. con-ar pim gahreinit vel kahlutrit. Widhalm

compuro v. comburo. **compus** v. compos.

computabilis (comp-), -e. 1 probatus, ratus – gültig: CHART. Eberb. 417 p. 193,5 (a. 1270) cum duabus marcis bonorum et -ium denariorum Coloniensium. 2 aestimabilis – anzurechnen(d), wertvoll: ЕККЕВ. SCHON. opusc. 4 p. 281,30 ut . . . con-e sit residuum temporis mei perhenniter ante te (sc. Dominum).

***computagium**, -i n. (cf. francog. vet. comptage) summa (computationis) – (Gesamt-)Zahl: CHART. ord. Teut. 112 p. 93,6 (a. 1257) debent solvere . . . quintam decimam . . . de -o caprarum, de apibus.

***computarium**, -i n. kalendarium – Kalender: VITA Mathild. I 15 p. 581,17 -um, in quo erant nomina procerum scripta defunctorum (inde II 26 p. 301,11).

computarius, -i m. calculator – (Be-)Rechner: 1 qui artis computandi gnarus est – ein der Zeitrechnung Kundiger,

Komputist: COLUMB. epist. 1 p. 156,31 non esse pascha nimirum tenebrorum a multis comprobatur -is. p. 157,32. 2 *ratiocinator* – Rechnungsbeamter: COMMEM. de casis Dei (ed. T. Tobler, Itin. Hieros. I. 1879. p. 301,13; s. XI.ⁱⁿ) in sancto sepulcro Domini presbyteri IX, . . . -i II, notarii II.

computatio (comp-, -cio), -onis f.

1 *strictius i. q. calculatio, numeratio* – das Rechnen, (Be-)Rechnung, Zählung (c. sensu aestimationis: l. 14.31.33): A *proprie* (cf. GLOSS. IV 297,48 St.-S. in actu con-is tethero gitalu): 1 *gener.*: CAES. HEIST. hom. II p. 62^a habet digitus . . . septem . . . distinctiones, in quibus circulariter -o nostra

discurrit. CHART. Pruss. I 119 p. 90,35 dimidium miliare in latitudine . . . -e facta a palude eqs. MENKO chron. p. 547,32 centum viri secundum Latinam -em fugientes in Hunesa sunt

submersi. ALBERT. M. animal. 9,46 propter malitiam . . . -is mulieris impraegnatae opinatur, quod sit filius octo mensium. eth. 4,1,10 p. 290^a,10 diligens . . . -o (p. 1122^b,8 ἀκριβοῦς) parvifica est. 2 *comput. et astron.*: a *in univ.*:

ALDH. epist. 1 p. 478,2 perplexa oroscopi -o. BEDA temp. rat. 20,52 ut -o omnis . . . a principio anni sui etiam apud Romanos incipiat. ALCUIN. epist. 126 p. 186,32 haec facilius videtur con-o, ut sciamus eqs. NOTAE Welt. a. 1074 (MG Script. XVII p. 572,9) luna secundum antiquam -em XIII.

ANNAL. Frising. a. 1153 secundum -em lunarem. ALBERT. M. cael. 2,4,8 p. 195,74 (ed. P. Hoffeld. 1971) per -es cursus astrorum. al. b *ars computandi* – Kunst der Kalenderrechnung, *Komputistik*: ANON. Mell. 91 Herimannus . . . philosophus in -e subtilissimus extitit. 3 *publ. et iur.*: a *in univ.*:

CONST. I 437,11 (a. 1023) de -e consanguinitatis. 30 CHART. Burgenl. I 284 volo . . . in memoriam provocare -cionem terrarum. CHART. Tirol. notar. I 833 -cio vini suprapignorati, sicut vadit vinum in vindemia. CHART. Salem. 209 p. 241,9 in quibus (annis) iuxta congruam con-em de preventibus . . . curtis xxx^a marce colligi possunt. al. b *c. colore*

quodam: a *actio rationem faciendi* – Rechnungslegung, Abrechnung: GESTA Lob. 27 p. 332,32 facta . . . plus quam ducentarum marcharum -e (CHART. episc. Halb. 630 l. 7 administratores bonorum vestrorum -em coram vobis non faciunt de receiptis et expensis. CHART. select. Keutgen 147,23

singulis annis publicam facient -em. CHART. Advoc. 177 p. 90,29 sub -cione legitima inter nos facienda. al.). ACTA imp. Winkelm. I 526 p. 430,40 prout ea (damna) per -em rationalem potuerit demonstrare. CHART. Lips. II 17 p. 13,34 ut . . . -em teneat procurator. CHART. Argent. I 550 p. 418,27 ut . . . sacerdos . . . fabrice -cionibus intersit. al. *de ratione conscripta*: CHART. Chil. praef. p. 1 (ed. P. Hase, Kieler Stadtbuch. 1875; a. 1264) iste liber, in quo continetur -o. β

conventio de condicionibus solvendi facta – Zahlungsvereinbarung: CHART. Mog. A II 64 p. 125,16 (a. 1144) -em talem inivimus, . . . ut triginta solidi . . . ea persolverentur ratione, ut eqs. B meton.: 1 *computus* – Kalender: CATAL. biblioth. Lehm. I 49 p. 247,37 lex Salica . . . et -o annorum per sex mundi aetates in codice 1. 2 *catalogus (praestationum)* – Aufstellung (der Verpflichtungen): TRAD. Brixin. 37 (a. 995/1005) -o curature, que debet filio Ragicinis dari. *liber rationum* – Rechnungsbuch: TRAD. Falk. p. 6,11 (a. 1165/74) procurator . . . hoc satis in sua -e retinet.

II *latius*: A *numerus* – Anzahl: CHART. select. Wopfner 107 p. 157,36 (a. 1191) quod Heroldus nec beneficio nec hereditate nec annorum -e se confiteatur dicta bona possidere.

B *summa* – Summe: BERTHA Adelh. 5 quibus (pauperibus) annuo tempore quadragesimali prescriptam pretii -em dari instituit. *expressius i. q. summa, de qua ratio facta est* – Summe, über die Rechnung gelegt wurde: CHART. Rost. A I 1,302 p. 53 (ed. H. Thierfelder, Rostocker Stadtbuch. 1967; a. 1250) tenebatur nobis dominus noster IV mr. excepta -cione.

CHART. Wism. A 889 (ed. F. Techen, Das älteste Wismarsche Stadtbuch. 1912) Weneco habet quatuor solidos super -em. C *pretium* – Wert: CONST. II 383,6 (a. 1256) dabuntur ob-

sides pro duabus milibus marcis sterlingorum in -e consimiliter marce magne (CHART. scrib. Col. B 2161 XXVII marcas s. ad bonam -em, marcam per XII solidos).

70

computator (-pot-), -oris *m.* *calculator, numerator* - (*Be-*)*Rechner, einer der zählt: 1 in univ.: DHUODA 6,4,4* (Sources chrét. 225.1975; a. 841/43) -r metrarum. ALBERT. M. eth. 4,1,8 p.285^a,38 *cimbices* kimbi noxistae vocantur, quod sonat cymini venditores et -es, eo quod genera cymini ad numerum computata potius vendant quam donent. **2 qui artis computandi gnarus est - ein der Zeitrechnung Kundiger, Komputist:** BEDA temp. rat. 38,32 ut . . . aestivis mensibus vernum tempus . . . se offendisse perversus -r horrescat. RHYTHM. 113,70,1 sensu semper cautus esto, -r optime! MARIAN. chron. a. Chr. 700 Beda . . . compo-r (a. Chr. 747). **3 ratiocinator - Rechnungsbeamter:** CHART. Lamb. Leod. 647 p.220,20 (a. 1272) octo marchas . . . canonicus singulis annis . . . per nostros (*sc. capituli*) -es . . . recipiet (*sim.* p.220,25).

***computatorius**, -a, -um. *calculatorius* - *Rechen-:* ADEMAR. hist. 2,8 p.118,20 rex Karolus . . . a Roma artis grammaticae et -ae magistros secum adduxit.

***computatrix** (-pot-), -icis *f.* *quae calculat, numerat - eine die berechnet, zählt, Berechnerin:* RHYTHM. 116,2,3 ipsa (*stella*) noccium horarum -x dicitur. *de cruce in orologio posita:* RHYTHM. 116,5,2 dextra, leva et profunda, quae tendit ad aethera, servat semper -x (-pō-cod-) per distincta tempora equinoctia designans atque solestitia.

computatus, -us *m.* *de cyclo paschali i. q. calculatio - Berechnung:* ALDH. epist. 4 p.483,21 isti (*haeretici*) secundum decennem novennemque Anatolii -um . . . paschale sacramentum celebrant.

computesco *v.* computresco *p.* 1132,56.

***computista** (-pot-), -ae *m.* *qui artis computandi gnarus est - ein der Zeitrechnung Kundiger, Komputist:* EPIST. var. I 42th. capitula, de quibus convocati -otiste interrogati fuerint. CATAL. biblioth. Becker 73,56 Beda -otista. BERNOLD. CONST. chron. p.393,38 Herimanno -otistarum subtilissimo dilucidante. HAIMO BAMB. chron. (DtArch. 16. 1960. p. 183,10) cronografi et -otiste testantur. ANON. Mell. 77 Albericus monachus -a incomparabilis extitit, qui et libellum insignem de computi regulis scripsit. *al. usu attrib.:* REIN. LEOD. Evr. 7 (MGScript. XX p. 563^p,23; s. XII.^a) certum est . . . tam astrologis quam -otistis auctoribus.

computo (comp-, -pot-), -avi, -atum, -are. *script.* -pt-: *p.* 1130,1. *depon.:* l. 49.

I calculare, numerare - (be)rechnen, zählen (*cf.* GLOSS. I 748,49 St.-S. con-tis gizalten, pizalten. *v. et p.* 1130,69). **A proprie:** **1 strictius:** **a absol.:** **α gener.:** ALBERT. M. animal. 9,48 credunt mulieres se tunc concepisse et ab illo tempore -ant. *ibid. al. β math.:* DHUODA 6,4,49 (Sources chrét. 225.1975; a. 841/43) articulatores . . . usque xc novem in sinistram partem -antur nodis. GERB. geom. 3,17 apud antiquiores centenis tantum iugeribus -batur (*cf.* *Isid. orig.* 15, 15,7). **γ comput. i. q. artem calculandi exercere - Zeitrechnungen anstellen:** BEDA temp. rat. 20,51 a quibus origo -andi sumpta est. EINH. Karol. 25 discebat artem con-andi. **δ publ. et iur. i. q. rationem facere - Rechnung legen, abrechnen:** CHART. Tirol. notar. I 686 (a. 1237) quatinus ipse (*praepositus*) . . . -et cum eo (*potestate*) de bonis episcopatus. CHART. Rost. A I 1, 216 p. 50 (ed. H. Thierfelder, Rostocker Stadtbuch. 1967) alter debet -are cum consulibus et vicinis. CHART. civ. Magd. 126 p. 67,42 sq. monetarii, quando con-are debent, presente camerario con-bunt. CHART. Ror. 45 p. 201,1 (QuellErörtBayerGesCh. N. F. XXI. 1966) decanus . . . coram nobis. . . quater in anno . . . -bit. *al. v. et p.* 1133,32. **b trans. (pass. i. q. secundum computationem esse - zählen [als]:** *l.* 66sq. 70. *p.* 1130,6. *al.:* **α gener.:** WILLIB. Bonif. 8 p. 55,11 qui (*annus*) . . . incarnationis Domini DCCLV. annus . . . con-atur (REGINO chron. praef. p.1,13). PAUL. DIAC. Lang. 2,18 nona provincia in Appenninis alpibus con-atur. *al.* ALCUIN. epist. 145 p.233,4 in pistrino grana tritici -are. DHUODA 10,2,55 (Sources chrét. 225. 1975) quadrans quaternis -aris in annis. RIMB. Anscar. 20 p.45,32 quid inibi (*sc. in sacco*) esset, -ans. TRAD. Frising. 922 quem numerum -are non possumus. ARIBO FRISING. mus. p.38 in terrestri

nostra musica novem comptaverant musas, novem videlicet consonantias. *al. v. et p.* 1129,6. **c. sensu metiendi:** PS. COPHO anat. 37 con-a longitudinem isofagi usque ad vii. spondile. **β math.:** ANON. geom. I 3,3 quo (*cacumine altitudinis*) inspecto gradus quadrati numerentur, qui exempli manifestatione III -entur. **γ comput.:** BEDA temp. rat. 15,4 antiqui . . . Anglorum populi . . . iuxta cursum lunae suos menses -vere. hist. eccl. 5,21 p.334,33 ne putaremus easdem vii dies a XIII^a usque ad XX^m esse -andas. ALCUIN. epist. 126 p.185,26 si . . . kal. Decembris sexta con-bitur luna. RHYTHM. 110,3 sic per annos decem novem regulares -a. REGINO chron. a. 34 qui (*Latini*) a Ianuario annum incipiunt -are. *al.* **δ publ. et iur. (c. sensu per computationem constituendi:** *l.* 15.17.28, *taxandi:* *l.* 17.21sq. 27.29): LEG. Wisig. 9,1,9 p.357,11 viginti per dies singulos milibus con-tis (ACTA imp. Winkelm. I 112 p.97,25 [a. 1212] quattuor bubus p. aratrum -tis). LEX Alam. 54,3 con-at (-po- var. l.) *femina*, quantum valet *morgingeba*. CAPIT. reg. Franc. 32,7 con-are faciat *iudex*, si servitium debeat multiplicare vel noctes. CHART. Sangall. A III app. 13 p.693,25 traditum est predium . . . pro tribus beneficiis -tum (CHART. episc. Halb. 246 l. 7 silvam et pratam p. xxvi solidis -tum. CHART. Heinr. Leon. 126 p.183,25 hic mansus et dimidius p. solo tantum -atur in con-cambio. *al.*). REGISTR. abb. Werd. 3,40 p.125,1 mansiones, sicut abbas L. con-vit. CHART. archiep. Magd. 311 p.394,19 usum . . . molendini . . . annuatim ad tantum pecunie -vimus. CHART. episc. Hild. II 660 marca ad duodecim solidos -ta. CHART. Raitenh. 2,31 predium annuali censu dimidie libre Ratisponensis monete estimatione -atur. *al. v. et p.* 745,43. **2 latius:** **a ? facere - ? betragen:** ACTA imp. Stumpf 417 p.583,37 (a. 1195) de quibus (*necessariis*) duana . . . -bat portulani Messanę . . . centum viginti tarenos. *cf.* *p.* 1129,63sq. 1131,48sq. **b solvere - zahlen:** ACTA imp. Winkelm. I 892 p.678,17sq. (a. 1242) cum ipse postulet sibi viginti quinque uncias -ari . . . , qui(a) apodixam non ostendit ipsarum, eidem -are non vultis. **B translate:** **1 habere, ducere, iudicare - halten (für), (er)achten** (*pass. c. sensu [aeque] valendi:* *l.* 45sq.): **a in univ. (cf.** GLOSS. I 360,70 St.-S. con-bitur gihatot wirt): BONIF. epist. 33 p.58,4 pro . . . peccato (DIPL. Conr. II. 54 p.63,22 qui [*Ardoinus*] . . . p. regulo -batur. CHART. Friburg. 252 p.225,5 famulus . . . p. fratre debet -ari. *al.*). DHUODA 5,1,42 (Sources chrét. 225. 1975) cernentium temporaliter cuncta quid aliud a sapientibus -a(n)tur nisi 'quasi'? 5,1,58 vita . . . in similitudinem cuiusdam telae: brevis et scissa -atur ad forum. 5,1,71 extrema illius (*hominis*) dies ad instar telae -atur araneae. DIPL. Conr. II. 213 p.291,30 concampium . . . instabile -batur, nisi *eqs.* BERTH. (?) annal. a. 1077 p.295,13 aecclesiam et stabulum eiusdem reverentiae -verant (*cf.* a. 1080 p.325,7). CHRON. Lippold. app. p.558,30 pro bonis illis con-vi honesta bona in Emmenhusen. *al. pass. i. q. accipi - zählen (für):* WILH. SALIC. chirurg. 3,9 p. 344^F focile sanum loco hastellarum aliarum potest -ari, immo magis fortis est *eqs.* **b expressivus:** **α parem aestimare - gleichachten:** GESTA Apoll. 660 discidium vitae momento -at horae. **comparare - auf eine Stufe stellen:** CHRON. Fred. 2,7 ut . . . facta eius (*Samsonis*) cum gestis Ercole conpotarentur (conparentur *Hier. chron. a. Abr. 840*). **β dignum aestimare, comere - für würdig halten, auszeichnen:** HUGEB. Willib. praef. p.87,39 pastoralis . . . con-tus honore . . . Wynnebaludus. **2 existimare, putare - annehmen, glauben:** **a opinari - der Meinung sein:** VITA Bonif. II 1 p.91,26 non -antibus nec rege nec ceteris optimatibus vindictam patris crimen esse. **b suspicari, conicere - vermuten:** REGINO syn. caus. 2,232 quidquid inde scis aut audisti -are a tuis vicinis. 2,233 de illa parentela, quae inter illum et eius coniugem -atur.

II adnumerare, calculando addere, includere, imputare - (hin)zurechnen, mitzählen, einrechnen, anrechnen auf (*cf.* GLOSS. IV 48,20 St.-S. -o pizello, ich zele. *v. et p.* 1129,44): **A proprie:** **1 strictius:** **a gener.:** CHART. Westph. V 712 (a. 1278) quod . . . sex canonici te, . . . decane, -to existerent *spirit.:* TRAD. Frising. 634 p.540,5 (a. 839) ut hereditas eius

(Ratolti) divitiis -retur in celis æternis. **b math.**: HERIG. rat. 2,2 illud . . . , quod secundari non potest, si aequale fuerit divisorii, inter denominationes -es unitati. GERB. epist. math. I 9,3 solertia . . . geometricae disciplinae . . . , quod lineis clauditur, hoc tantum -at. **c publ. et iur.**: **α in univ.**: LEG. Wisig. 4,3,2 illos annos in pupillorum actionibus con-andos esse censemus, quibus *eqs.* CHART. Westph. V 211 (a. 1206) tempora . . . scismatum . . . nolumus . . . -ari. CHART. Berg. Magd. 73 p. 53,7 recepimus decem marcas, que -buntur in mutuum. CHART. Tirol. notar. I 262 renunciando exceptioni non numerate peccunie, -tis quinquaginta libris, quas . . . eidem solvere . . . tenebatur. 778 quod con-et ipsum plaustrum vini . . . supra illas XL libras. REGISTR. Mog. p.44,20 con-bunt singulis annis IIII marcas in recepto. CHART. Westph. V 706 predictis tribus *solidis* et dimidio -tis in ipsis (*quinque*). **al. c. sensu compensandi**: TRAD. Werd. 124 p.21,10 (s. XII.ⁱⁿ) mansum . . . IIII mod. siliginis minus solventem, quos pro servitio istius, quem concambivit, -vit, . . . recepit. **β spectat ad sortem, debitum (de re v. H. Planitz, Das deutsche Grundpfandrecht. 1936. p. 186. al.)**: CONST. I 339,3 (a. 1191) quod non -bit . . . fructus . . . in sortem (CHART. Laus. 81 capitulum -vit in s., que in gageria acceperat. GREG. IX. registr. 605 p.493,38 proventus pignorum . . . in s. . . -are. CHART. Tirol. notar. I 31^a obligavit . . . sua bona . . . habendo pro dono non -ando in aliquam s.). CHART. Tirol. notar. I 623 teneat dictam decimam . . . ex dono non in capitali -ando. *al. v. et p. 223,239q. 2 latius*: **α referre in numerum -rechnen zu (cf. GLOSS. II 67,54 St.-S. -as ahtos. al.)**: CHART. Rhen. med. I 58 p.65,7 (a. 826) nec debet in dampnis -ari, quicquid *eqs.* HROTSV. Dulc. 12,3 non poteris . . . intra contubernium -ari virginum. WIDUK. gest. 2,10 fuerunt . . . qui dicerent, quia filii filiorum non deberent -ari inter filios (STATUT. ord. Teut. p.89,21 i. eos, quos ordinis sinceritas quasi scorum . . . evomuit, -etur. CHART. Livon. A III 217^a Curlandia i. regiones Prusciae . . . -atur). **al. c. sensu collocandi**: HILDEG. epist. II 155 taedium non habe, quia in ista sphaera -tus es. **b assignare -zuordnen**: AMALAR. off. 4,20,1 dies passionis Domini -antur duabus ebdomadibus ante pascha. ord. antiph. 6,16 vespertinum officium -are ad partem diei. 6,17 nisi lectio vespertinalis -etur parti diei. **B translate**: **1 ascribere -zuschreiben**: RATHER. Metr. 7 l. 322 (Corp. Christ. Cont. Mediaev. XLVI. 1976) solent sancti . . . sibi talia -are *eqs.* **2 in rationem inducere -berücksichtigen**: CAPIT. reg. Franc. 88,4 ut ista causa non -etur, sed *eqs.*

III in summam redigere, colligere -zusammenzählen (cf. GLOSS. II 27,23 St.-S. -at zesamine celit): A strictius: **1 gener.**: TRAD. Frising. 1392 (a. 1022/23) terra . . . et pratis ac silvis simul -tis iugera XL (*sim. 1406*). **medial. i. q. (una) effici, esse - (insgesamt) sich ergeben, sich belaufen**: DIPL. Heinr. IV. 270 p.347,2 tantum, quoadusque c mansi -entur. CHART. Turic. 298 hæc omnia -antur ad x mansos. **al. 2 comput.**: ALCUIN. epist. 126 p.186,26 si a quintas decimas kalendas Maias totius lunaris anni dies con-antur usque in nonas Aprilis *eqs. v. et p.854,2*. **B latius**: **1 (addendo) componere - (durch Addition) zusammensetzen**: AMALAR. off. 1,2,7 senarius . . . numerus partibus suis -tus (*sic?*, cf. *Aug. civ. 11,30* in summam redactis) primus perfectus est. IOH. CODAGN. annal. a. 1226 p. 76,4 (vs.) numerum . . . con-tum. **2 complecti -umfassen**: GERB. (?) astrolab. 9 quotcunque partes infra suos limites -verit almeri, tot sunt partes inaequalium horarum diei. **3 confundere -zusammenlegen**: RUP. TUR. off. 5,8 (Corp. Christ. Cont. Mediaev. VII. 1967) ut cum . . . processione palmarum . . . non -ent illam, quae dominicalis est.

IV enumerare - auf-, durchzählen: **A strictius**: **1 gener.**: TRAD. Frising. 697^a p.583,12 (a. 848) alii . . . , qui adhuc in sequentibus -andi sunt. TRAD. Falk. p.6,10 multum alii servitii, quod hic non potest -ari. CHART. Turic. 1759 p.106,15 festivitates . . . nescit -are. **2 astron.**: GERB.(?) astrolab. 3,3 incipias . . . -are a primo gradu arietis . . . et -ando pervenies ad quintum tauri gradum. 5,2 ab orientali linea per quinquepartita intervalla -ando. *ibid. al.* **B latius**:

1 referre, enarrare - erzählen, darstellen: ANNAL. Fuld. Rat. 1. a.884 p.112,23 instanti anno, quo ista con-amus. ANON. geom. I 11 ut clarius reddatur, quod litterali inflexione -amus, picturam . . . supponamus. **2 concipere - formulieren**: 5 CONST. I 115 (a. 1133) iuramentum, quod . . . rex Lotharius . . . pape . . . prestitit . . . Cencio . . . iuramentum -ante.

V deputare - bestimmen: DIPL. Karoli M. 283 p.424,3 (spur. s. XII.) quosdam ex illis (*familiis*) in cottidianum servitium -amus.

VI (calculando) amputare - (rechnend) abziehen: CHART. Wism. B 230 (ed. L. Knabe, Das zweite Wismarsche Stadtbuch. 1966; a. 1272/80) quicquid solveret, hoc -bit de debitis suis.

***computreflo, -factus sum, -feri. putrescere - (ver-)faulen (in imag. c. sensu deficiendi)**: GERHON. psalm. 64 p.468,8 iugo . . . a facie olei -to (*Vulg. Is. 10,27* computrescet) recte Iesu sacerdoti magno imponuntur coronae.

***computreo (comp-, -rio), -ere. exulcerari - eitern**: RECEPT. Dilling. (ArchGeschMed. 40. 1956. p.165,7; cod. s. VIII.) limina horum (*membrorum excisurum*) cito con-iunt, si negligenter curentur.

computresco (comp-), -putrui, -ere. putrescere, tabescere, putrescendo perire - (ver)faulen, in Fäulnis, Verwesung übergehen (cf. GLOSS. II 283,1 St.-S. con-uit arfuleta): **1**

de rebus (partibus corporis: l.29,32,34): α in univ.: ANNAL. regni Franc. a. 820 p.154,12 frumenta . . . imbrum adsiduitate corrupta vel colligi non poterant vel collecta con-bant. MIRAC. Trud. 4 ut . . . eius (*hominis mendacis*) pedem -ere faceret Dominus. ALBERT. M. veget. 6,106 ille (*cinis fagi*) valet, quando fit ex ligno, quod fere -uit. animal. 22,98

yricius . . . per redundantiam urinae inficitur, quod . . . spinae -unt (*ex Thom. Cantimpr. nat. rer. 4,39,28* putrefactis spinis). **b c. colore quodam: α exulcerari - eitern**: ROGER. SALERN. chirurg. 3,157 si vulnus aliquod male curatum -uerit.

35 WILH. CONG. chirurg. 733 extremitates vene . . . cum con-uisse videantur. al. β (putrescendo) dissolvi - sich (durch Fäulnis) auflösen, zersetzen: TRACT. de aegr. cur. p.305,16 radix lillii, squilla . . . in vino et oleo -ant. ALBERT. M. veget. 2,59 quando in aqua -uit in eis (*plantis*) caro materialis. **al.**

40 γ situ corrumpi - verrotten: FORM. Turon. 28 p.151,15 strumenta . . . in villa illa misit et ibidem con-uerunt et perierunt. **δ paulatim dilabi - allmählich verfallen**: GESTA Trud. cont. I 10,16 p.297,4 quae (*capellula*) supra sepulchra sanctorum Trudonis et Eucherii fere triginta annis -uerat.

45 2 de anim.: a strictius: α de hominibus morbo contabescitibus: ANNAL. Leod. a. 1090 (MGScript. IV p.29,19) multis hominum sacro igne -entibus. DIPL. Heinr. IV. 280 p.361,33 vermibus . . . scaturiens et cum fetore con-ens. **β de angue vernante**: ALBERT. M. animal. 2,32 qui (*serpens*) cum -uerit in pelle sua, fit ille serpens cornutus. **b latius i. q.**

marcescere - verkommen (cf. Vulg. Ioel 1,17): ΘΙΕΤΜ. chron. 5,1 qui (*homo*) dum talia inmemor beneficiorum non perpendit, iumentum in suo stercore con-ens iuste appellatur. *in imag.*: CONST. I 402 (ed. D. Girgensohn, Festschr. H.

55 Heimpel. II. 1972. p.1099; a. 1135) in qua (*incontinentia*) tamquam brutum iumentum usque ad senium -uerat (*tuvar. l.*) *episcopos*.

***computribilis, -e. 1 putredini subiectus - verweslich**: HERM. AUGIENS. vit. 1152 haec (*libido*) . . . corpus . . . -e suadet foveri molliter. **2 putridus - faul(end)**: GERB. epist. 31 p.57,2 (ed. F. Weigle. 1966) nisi respiscas, spiritus sancti gladio . . . cum tibi -bus menbris rescindam.

***computrio v. computreo.**

computum v. compitum, i. computus.

65 1. computus (comp-, -pot-), -i m. vel rarius computum, -i n.

I calculatio, numeratio, ratio calculandi - das Rechnen, (Be-)Rechnung, Zählung, Rechensystem: **A proprie**: **1 gener.**: **a strictius**: BEDA temp. rat. 1,1 de -o vel loquela digitorum (AMALAR. off. 1,1,14 -otus d.). 1,63 est et alterius modi -us articulatum decurrens. CARM. de temp. rat. 31 unciarum . . . divisio res est apta . . . nummorum con-o.

EBERH. ALEM. labor. 977 -us omnis erit insufficientis numerare, in cathedra lites quot patiare graves. *al. v. et p. 67,7. b* latius: *α designatio (paginarum) per ordinem numeralem facta - Numerierung: ELIAS SAL. mus. 17 p. 36^a in quolibet libro -um foliorum libri ordinatim in quolibet folio debet poni. ibid. al. β enumeratio, series - Aufzählung, Reihe: GUIDO CIST. mus. p. 152^a quia in naturali -oto litterarum b non apposerim rotundum. 2 comput. . a in univ. . CATAL. reg. Franc. (MGMer. VII p. 499,16) incipit -otum annorum ab inicio mundi (DONIZO Mathild. 2,1355 -us a. Christi. cf. LEO MARS. chron. 1,15 p. 591,38 annalis -i lectiunculas). BEDA temp. rat. 2,6 trimoda ratione -um temporis esse discretum *egs. 11,88 in -o (-u var. l.) lunae. hist. eccl. 2,19 p. 122,19 ne . . . contra paschales -os . . . aliud pascha celebrant. al. b ars computandi - Kunst der Zeitrechnung, Komputistik (plerumque de -o paschali, cf. REINHER. PADERB. comput. 1,1 [ed. W. E. van Wijk. 1951] -otus est scientia inveniendi, quibus diebus et feriis annua festa redeant): COMPUT. cod. Bern. praef. de ratione conpoti (BERTH. [?] annal. praef. p. 267,32 -oti . . . rationem . . . composuit Herimannus). CATAL. biblioth. Lehm. I 49 p. 249,35 cyclus magnus paschae et reliqua argumenta de -o in codice 1. AGIUS comput. 2,1 -otus hic alfabeto confectus habetur. BOVO CORB. Boeth. 19 omnibus vel tenuem -i et astrologiae scientiam habentibus res nota est. ALBERT. M. summ. theol. II 11,59 p. 586^a,46 necesse est, quod in -o ecclesiastico annus lunaris excedat annum solarem undecim diebus. *al. v. et p. 1129,38. 3 publ. et iur. i. q. ratio facienda - Rechnungslegung, Rechenschaft: CHART. Rhen. med. II 152 p. 195,2 (a. 1196) quod . . . anno completo reddant coram fratribus -otum. URBAN. IV. registr. 617 damus sibi (camerario) . . . licentiam . . . computandi . . . seu ponendi -um cum vicariis . . . , recipiendi . . . ea, que ipsos (vicarios) per huiusmodi -a eidem electo debere constiterit. HERM. MIND. epist. 1 (Röm-QuartSchr. 33. 1925. p. 162,7) -um audire. CHART. Basil. C II 176 p. 99,10. *al. B meton. : 1 kalendarium (catalogo numerorum litterarumque ad artem computandi apto praeditum), liber artis computandi - Kalendarium (mit Hilfsliste von Zahlen und Buchstaben zur Zeitrechnung), Handbuch der Zeitrechnung, Kalender: BEDA temp. rat. 14,18 nuper transmissus ad nos de Roma -us eorum (Graecorum) annalis. CAPIT. reg. Franc. 177,6 quae ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad descendum, id est sacramentarium, . . . -otus. CATAL. biblioth. Lehm. I 50 p. 254,3 -um et cyclus in uno libello. I 16 p. 80,22 liber astrologiae et -otus Rabani et alius -otus in volumine 1. TRAD. Frising. 742 antefonarium 1, -otum 1. REGINO syn. caus. 1 notit. 93 p. 26,17 -otum minore, id est epactas, concurrentes, regulares, terminos paschales. VITA Burch. Worm. 2^{med.} regulam canonicam . . . et -um . . . eam (sororem) discere praecipit. *al. huc spectare vid. : GLOSS. III 655,50 St.-S. missalis missipuo, conpotus zalpöh. 2 liber annalium - Annalen-, Jahrbuch: ADAM gest. 1,35 annos eius (Rimberti) et obitum decessoris sui repperimus in quodam -oto a Corbeia delato (1,45). 3 kalendarium commemorationum - Totenkalender: NECROL. I Mart. 13 p. 4 qui (Adalpertus) scripsit istum -um. 4 liber censuum - Zinsbuch. v. p. 1096,25. cf. l. 51.*****

II numerus - (An-)Zahl (cf. GLOSS. II 603,33 St.-S. de -oto fonnadero zala): DICUIL. epist. cens. app. (Cod. Paris. N. A. 1645 f. 14^r) summa, numerus, -otus calculusque synonyma. AUREL. REOM. mus. 8 p. 41^a,2sq. -us, -i, id est numerus; -us, -us, id est numeratio. ALBERT. STAD. Troil. 5,782 tamquam victores -otus ille creet. EPIST. Dominic. 85 cum eadem pars minor -o, bene maior auctoritate . . . videretur. *al. summa - Summe: WALTH. MARCHT. hist. 50 erat . . . -otus expensarum xx librarum.*

III ?mensura (longitudinis) - ?(Längen-)Maßeinheit: Ps. Avic. anim. 6,2 p. 198 quadrangulus est, quod habet -a in sua spatula tot, quot habet in unaquaque aliarum spatularum.

2. *computus, -us m. calculatio, numeratio - Berechnung, Zählung: 1 gener. : v. l. 62. 2 comput. : BEDA temp. rat.

55,1 de . . . -u (sic?, -o var. l.) articulari utrarumque epactarum. v. et p. 1133,13. ars computandi - Kunst der Zeitrechnung, Komputistik: RUD. FULD. mirac. 15 p. 341,16 de -u (-o var. l.) confecit dialogum unum.

- 5 **comsi** v. 1. como. **comteptus** v. 1. contentus. ***comtissa** v. *comitissa. **comtor** v. comptor. 1. **comtus** v. 1. como. 2. **comtus** v. 1. contus. **comulo** sim. v. cumul-. **comum** v. conium. **comunalis** sim. v. comm-. **comunitas** v. communitas. 10 **comunis** sim. v. comm-. **comunus** v. communis. 1. **comus** (-os), -i m. (κῶμος) vicus - Dorf: CONR. HIRS. dial. 154 est . . . carmen . . . comicum, id est villanum; -os enim villa dicitur (ex Bernh. Traiect.). ALBERT. M. pol. 3,1^a p. 213^b,9 est . . . comicus chorus dictus a κῶμος, quod est villa. v. et p. 1020,72. cf. come. Dauser
- 15 2. **comus** v. 1. comes. **comutatio** sim. v. commutatio. **con** v. cum. 1. **cona** v. icona. 2. **cona** v. corona. **conabbas** v. coabbas. **conabila** v. cunabula. **conabilis**, -e. dignus qui temptetur, utilis - versuchenswert, lohnend: CHART. Gosl. II 216 (a. 1275) cum . . . hoc factum -e nullam ecclesie contineat lesionem. **conabula** v. cunabula. **conamen**, -inis n. script. : quo- (var. l.) : l. 47. canom-: TRAD. Frising. 438 canomine. plur. sensu sing. : l. 55.
- 25 1. **adnisus**, contentio, studium - Anstrengung, Bemühung, Eifer (cf. GLOSS. II 748,17 St.-S. -e vlize): a corpor. : ALDH. virg. I 50 p. 306,8 vestibulum . . . irrumpere enixo -e. RUD. FULD. mirac. 2 p. 331,11 linteum . . . nullo -e de capite potuit abstrahere. REGINO chron. a. 873 p. 106,28 summo resistebat -e. NICOL. LEOD. Lamb. 16 (MGMer. VI p. 424,42) lancea . . . magno librata -e. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 190,27 ex quo timore inquietaret se falco et magno -e niteretur evadere. WILH. SALIC. chirurg. 3,21 p. 349^B cum leviori . . . humeri . . . violentia et -e. *al. b spirit. : ALDH. virg. II 89*
- 35 *praecepta Dei toto -e mentis conservare. RIMB. Anscar. 1 p. 19,18 maiori -e adversa quaeque obicit diabolus. DIPL. Ludow. Inf. 78 p. 216,15 nocturno sacri propositi -e atque diurno. HROTSV. Theoph. 202 pervigil in sacris summo -e votis. EPIST. Teg. I 4 cordis. Hist. de exp. Frid. imp. p. 37,21. saepe. in chartis: TRAD. Patav. 55^a (a. 802) ut ipsas res usitare et emeliorare omni conc-e (sic?) contendam. CHART. Babenb. 189 p. 261,19 ecclesiam . . . oppressam toto studii nostri -e . . . interposito . . . liberavimus. CHART. Bund. 958 p. 388,21 toto -nime (sic) sub debito iuramenti me opponam.*
- 40 *saep. 2 attemptatio, coeptum - Versuch, Unternehmung, Unterfangen: a in univ. : LEG. Wisig. 3,1,4 p. 125,7 per repugnantia nature -a (qu- R1) maribus puellulas antepununt. POETA Saxo 2,70 vindictae . . . -a. CHART. Argent. I 49 ob nefandi -is ausum. ALBERT. M. resurr. 107 p. 308,51 'arma' . . . sunt impia -a, quae remanent in damnatis. CLEM. IV. registr. 674 p. 698,14 terras aggredi temerarie presumptionis -e attemptavit. *al. c. sensu executionis: WILLIB. Bonif. 1 p. 6,5 ut . . . a propositi huius -e eum cohiberet. b c. colore quodam: α ausum - Wagnis: COD. Lauresh. 19**
- 55 *p. 298,10 (a. 1170/75) ne tam gravia conveniendi inirent -a. β munus - Aufgabe: DIPL. Loth. I. 64 p. 174,21 (ed. Th. Schieffer. 1966) inter caetera regiae dignitatis -a. γ calumnia - unrechtmäßiges Vorgehen: TRAD. Ratisb. 17 p. 20,18 (a. 820/21) ut . . . omnia . . . in ea potestate absque omni -e perdurant. CHART. Heinr. Leon. 52 p. 76,24 qui predicta . . . aliquo -e infringere attemptaverint. 3 voluntas, propositum - Absicht, Vorsatz, Plan: CARM. Aldh. 2,66 iter suum -is gradientes. WALAHFR. carm. 21,13,2 haec -a nuntia tyranno. HROTSV. prim. 101 communi similis -e voti deservire Deo. RAHEW. gest. 4,58 hostium . . . -n (conatum var. l.) denunciavit. *al. 4 audacia - (Wage-) Mut: HELM. chron. 32 p. 62,7**
- 65 *accepto -e regem aggressi sunt eqs. *conangelicus v. *coangelicus. conangustus v. coangustus.*
- 70 ***conantia**, -ae f. (orig. inc., ni cohaeret c. συνάρχη, συνάρχη) de genere vel causa morbi fort. i. q. tumor faucium, angina - viell. : Schwellung der Atmungsorgane, [Page]

Dämpfigkeit: MOSES PANORM. infirm. 2 p.104,10 quatuor humores sunt . . . cause infirmitatum bestiarum, id est -a (*vers. Ital. vet.* squinansia, strangulione, *cf. notam ed.*) eqs. p.105,7 -a est flegmatis equi. p.105,10 status -e in capite bestie, in collo, pectore et medulla spinali usque ad medietatem dorsi eqs. 3 p.107,20 quando -a advenit in hyeme eqs. *ibid. al.*

***conarion**, *gen. pl.* -on n. (κωνάριον) *nucleus pini - Pinienkern*: PAUL. AEGIN. cur. 223 piperis, -on (3,58 κωνάριον) . . . ana . . . ; aliud: cicurum crudorum, -on (B, -um A) 3 II.

conarius v. coriarius.

conatio, -onis f. 1 *attemptatio - Versuch*: RICHER. REM. hist. 3,109 ructus -es sine effectu . . . non deerant. 2 *tenesmos - Stuhlzwang*: ANTIDOT. Lond. p.20,9 facit ad . . . -es et qui cum rasura sanguis eiciuntur (*cf. ANTIDOT. Bamb. app. p.36,1 -e*).

conatum v. conor.

1. **conatus**, -us m. *script.* -net-: CHART. Sangall. A 396. *metr. cō-*: l. 49.

1 *adnisus, contentio, studium - Anstrengung, Bemühung, Eifer* (*cf. GLOSS. I 494,35 St.-S. -us fliz. II 758,8 <ad> -um ilungo. al.*): a *corp.*: α *in univ.*: WALTHARIUS 1012 summis -bus . . . contendunt. TRACT. de aegr. cur. p.280,45 tenasmon est difficultas egerendi cum maximo -u (GLOSS. Salern. p.19,26. *cf. ALBERT. M. animal. 22,34 ex nimio -u deponendi*). ALBERT. M. animal. 4,94 per . . . -um vocis . . . lucent ei (*ranae*) oculi. *al. in imag.*: WALAHFR. Mamm. hymn. 6,4 saevi draconis conterens sacris caput -bus. β *de labore partus (in imag.)*: v. p.1181,26. b *spirit.*: LIBER diurn. 87 p.115,12 ut divina placetur vestro -u clementia. WALAHFR. carm. 14,9,3 quam (*carnem*) ni . . . -bus intimis ad veram retrahas viam. THIETM. chron. 4,53 -u mentis summo. BERTH.(?) annal. praef. p.267,28 humanitatis omnifariae -u (-o *var. l.*). DIPL. Loth. III. 20 p.29,41 piis eorum -bus libenter affuimus. CONST. II 195 p.240,10 omnes -us virium ad ultionem iniuriarum . . . obtulerunt. STATUT. ord. Teut. p.117,20 ne . . . -u suo . . . studeant elicere singuli, quod habere nequeant universi. *saep.* 2 *attemptatio, coeptum - Versuch, Unterfangen* (*cf. GLOSS. I 493, 47 St.-S. -us pichunst*): WALAHFR. Mamm. 19,35 vincere poenis -us. CHART. Sangall. A 389 -us sui privetur effectu. POETA Saxo 1,300 rex . . . -us . . . hostiles praeventitur. RUOTG. Brun. 24 p.25,25 a nefariis suis -bus . . . repulsus est. HERIG. Ursm. 1,554 quem (*ordinem angelicum*) . . . -us deduxit ad ima superbus. WIPO gest. 19 p.39,17 iniquis -bus insistebat. CHART. cell. Paulin. 45 abbas . . . civium indebitos -us evicit. *al. temptatio - Versuchung*: LIUTPR. antap. 5,24 (vs.) mundi tumidos calcare -us. 3 *voluntas, propositum - Vorsatz, Absicht*: WETT. Gall. 15 -us eius praevalabat, qui honorem mundanum fugiebat. 16 in quo -u presbyter reversus est. *v. et p.1134,65*.

2. **conatus** v. cognatus.

***conaurus**, -i subst. (*orig. inc., ni cohaeret c. κόνυραος*) *genus fruticis, fort. i. q. Zizyphus spina Christi (L.) - Strauchart, viell.: Christusdorn*: RECEPT. Sangall. I 62 colligis pumunculus de -o.

conb- v. comb- *praeter*:

conberba v. conferva. ***conbulsus** v. 1. *convulsus.

conca v. concha. ***concabulum** v. *concabium.

concabus v. concavus.

concacatus (cun-, -c(h)aga-), -a, -um. *stercore plenus, merda inquinatus - voll Kot, mit Kot beschmutzt*: GREG. CAT. chron. II p.35,21 Cisterna . . . et fossatus de Battalia infecta et -a (*v. notam ed.*). *subst. masc.*: LEX Sal. Merov. 30,2 si quis alterum -gatum ([concatum *var. l.*, -um *ed. Her.*]. 'Scheißkerl' *ed.*) clamaverit (LEX Sal. Pipp. 49,3. LEX Sal. Karol. 32,2 -chagatum [cun-tum *var. l.*]).

concaedes v. concides. **concaedo** v. concedo.

concaagatus v. concacatus.

***concaldo**, -are. (cal(i)dare) (*con*)*fovere - (intensiv) wärmen*: ANTIDOT. Glasg. p.117,24 pannum ad sthomicum -andum.

concalesco, -calui, -ere. 1 *proprie i. q. calidum fieri - warm werden* (*cf. GLOSS. I 80,2 St.-S. -uit inuarmet. al.*): UFFING. Ida 1,20 vitali quadam intrinsecus perfusione corpus eius (*contracti*) . . . -uit. CARM. *var.* Walther 1,92,3 quicquid nutris (*sc. hiems*) frigidum, per nos (*sc. aestatem*) -it. (*potu incallescere - (beim Trunk) in Hitze kommen*: CARM. Bur. B 203,1,6 concurrunt in estuario, qui regnant cum Decio, et postquam -unt eqs. 2 *in imag. vel translate i. q. ardescere - entbrennen*: ARNOLD. RATISB. Emm. 2 p.1054^D in fervore laudis . . . hominem exteriorem cum interiore . . . placet -ere. NIVARD. Ysengr. 7,478 christicolę populi . . . iras barbariem contra -uisse. HERBORD. Ott. 2,29 (*ed. J. Wikarjak. 1974*) flamma . . . fidei . . . progrediente -uit civitas universa. *al.*

***concalis** v. *conchalis.

15 ***concambia**, -ae f. *commutatio, pactum permutationis - (Aus-)Tausch, Tauschvertrag*: CHART. Rhen. inf. I 48 (a. 834) -am infrangere. DIPL. Conr. II. 124 p.170,11 cui (*decreto*) . . . curtis inerat -a inter . . . inperatorem atque Bovonem . . . peracta. CHART. Col. (MittStadtarchKöln. 51. 1966. p.321,21) ecclesiam . . . castellano . . . per -am dedit.

20 ***concambialis**, -e. *ad commutationem pertinens - Tausch-*: CHART. episc. Halb. 252 (a. 1157) que -is ratio ut . . . rata sit.

adv. ***concambialiter**. *modo commutationis - durch Tausch, tauschweise*: DIPL. Otton. II. 228 p.228, quod ab . . . episcopo -r mutantes acquisivimus (CHART. Hersf. 115 p.204,21). CHART. episc. Halb. 252 quos (*mansos*) . . . abbati -r dedit.

***concambiatio**, -onis f. *script.* -mpi-: TRAD. Brixin. 187^a. *commutatio, pactum permutationis - (Aus-)Tausch, Tauschvertrag*: CHART. Sangall. A 381 p.356,17 (a. 839) cartulam -is. 420 -em de illis rebus aliis cum hominibus facere. GREG. VII. registr. 6,5^a quod (*castrum*) conquisitum habeo per -em. *al. meton. i. q. charta commutationis - Tauschurkunde*: CHART. Fuld. B 180 (a. 785/802) hanc -em fieri rogaverunt.

***concambiator**, -oris m. *qui commutando alienat - einer der durch Tausch veräußert*: GREG. CAT. chron. I p.308,1 bonorum . . . -r et . . . dispersor . . . vociferandus est abbas. p.324,22 earum (*rerum*) iniquus -r.

***concambiatoria** (-miatur-), -ae f. *pactum permutationis - Tauschvertrag*: FORM. Sal. Bign. 15^{ttt}. -miaturia inter duos abbatis. *cf.* *concabitorius.

45 1. **conambio**, -avi, -atum, -are. *script.*: cumc-: l. 53. comc-: DIPL. Conr. II. 202 p.273,9 comcanbiavit. -anb-: l. 45. adde DIPL. Conr. II. 202 p.272,37. -mmi(o): FORM. Marculfi 2,23 l. 7 (*ed. A. Uddholm. 1962; var. l.*). -mpi(o): l. 55. *al.* -mi(o): l. 55. 61. p.1137,3. *al. rarecit inde a s. XI. in schedulis nostris*.

50 *commutare, permutationem facere - (aus)tauschen, wechseln, einen Tausch vollziehen* (*cf. GLOSS. II 54,26 St.-S. -are wehselon*): 1 *spectat ad possessiones: a in univ.*: DIPL. Merov. I 62 p.55,41 quicquid constat . . . fuisse . . . cum-tum (-tum 2.2^b). DIPL. Karoli M. 79 p.113,24 res ecclesiae inter se -miare (TRAD. Frising. 407 -piare. *al.*). TRAD. Ratisb. 14 p.14,1 hobas III, quas -vit cum . . . abbate. CHART. Sangall. A 744 ut utreque res fiant in perpetuum -tae firmiter. LEO MARS. chron. 3,37. *saep.* v. et p.1138,3. b *c. colore quodam: a commutando acquirere - durch Tausch erwerben, eintauschen*: DIPL. Merov. I 70 p.62,45 quod . . . ipsa villa de ipso Magnoaldo -missit. TRAD. Weiss. 57 p.61,7 quam (*rem*) ego contra Muathario per titulum commutationes -vi. FORM. Senon. II 7 terra, quem apud homine illo -vit. DIPL. Ludow. Germ. 121 -vit inde (*sc. a monasterio*) quendam servum. DIPL. Otton. I. 199 p.279,29 quod (*praedium*) a Bosone . . . -vimus. DIPL. Heinr. IV. 450 p.607,25 abbatiam . . . ad imperialis subiectionem proprietatis -tam (*antea* DIPL. Heinr. III. 145 p.184,20 concambitam). REGISTR. abb. Werd. 8,3 p.264,17 quedam de curti Bekeheim -ta iv d(enarios) solvit. *saep.* c. *sensu repetendi*: DIPL. Conr. I. 19 tale proprium, quale . . . Ludouivicus rex . . . in proprietatem donavit et nos postea . . . -vimus. GERH. AUGUST. Udalr. I 28 p.418,1 hobas xx cum x

in ista provincia . . . sitis hobis -are. *al.* β *commutando dare - in Tausch geben*: FORM. Marculfi 2,9 l.25 (ed. A. Uddholm. 1962) nec vindere nec alienare nec -are (-mi- A 1.2). TRAD. Frising. 660 p.555,19 preter id, quod ad Rihperthe . . . vel. DIPL. Karoli III. 140 p.226,41 aliquid abstrahere . . . vel-miare. GREG. CAT. chron. I p.279,1 actionarius -vit . . . abbat casalem. *al.* 2 *spectat ad nummos, argentum sim.*: CAPIT. reg. Franc. 273,13 sine fraude . . . denarios -ent. 273,15 ut . . . argentum suum in constitutis monetis -ari faciant.

subst. concambiatum, -i n. quod commutatione acquisitum est - durch Tausch Erworbenes: COD. Lauresh. 686 (a. 791) quidquid . . . de comparato . . . ac -o . . . ad me noscitur legibus pervenisse.

2. ***concambio**, -campsi *vel saepius* -cambivi (-ii), -cambivum, -ire. *script.* comc-: l.24. *form. perf.* -buit: CHART. Basil. A II 17 p. 24,8.

commutare, permutationem facere - (aus)tauschen, wechseln, einen Tausch vollziehen: I *publ. et iur.*: A *spectat ad possessiones*: I *in univ.*: COD. Lauresh. 100 (a. 800) abbas -vit cum Ruthrado . . . mansum. CHART. Fuld. A 631 p.288,4 recusavit cum eo -ire. DIPL. Conr. I. 21 aliquas res eorum inter se . . . -ire. TRAD. Salisb. I 46 cum . . . allodium. DIPL. Heinr. II. 272 mutuo. REGISTR. abb. Werd. 8,4 p. 265,30 mansum . . . com-endo transtulit. CHART. Salem. 12 p.20,16 decimas . . . legaliter -ierunt. CHART. Bern. II 75 predium ecclesie . . . pro predio . . . fratrum . . . legitimo concambio -vi. *al.* 2 *c. colore quodam*: a *commutando acquirere - durch Tausch erwerben, eintauschen*: CHART. Lux. I 19 p.23,7 (a. 732/33; interp.?) quod (*monasterium*) nos . . . a (*om. B*) Pippino maiore domus -psimus. COD. Bald. 9^a quam commode . . . archiepiscopus . . . praedium . . . -ret. CHART. Scafhuis. app. p.126,35sq. pars . . . loci -ta est ab . . . comite . . . cum predio . . . , quod -tum est de monasterio . . . cum prediis. DIPL. Heinr. III. 390 p.540,25 (spur. s. XII.) monasterium . . . equa lance concambii -tum . . . ecclesiae adiungere. *al. v. et p.1136,68.* b *commutando dare - in Tausch geben*: DIPL. Heinr. III. 4 potestatem . . . precariandi, -endi. 208^b visum est . . . alias eam (*villam*) -ire. CHART. Osn. II 478 p.378,41 de . . . hominibus . . . -endis atque recipiendis. *al.* B *spectat ad nummos, argentum sim.*: CHART. Stir. II 376 p.488,32 (a. 1239) nullius alterius pecuniam preter sui ordinis . . . aliquatenus -ire.

II *usu communi*: GUIDO ARET. epist. adnot. (MG Lib. Lit. I p.6,19) infelices (*sc. simoniaci*) infelicitate sibi invicem -pserunt *eqs.* TRANSL. Dion. Ratisb. 38 p.370^b,58 offert librum recipiens clam -endo . . . Dionysii membrum. *redimere - erkaufen*: ARNOLD. RATISB. Emm. 2 p.1087^A cum funiculo- rum attractione continua salutem -ire.

3. ***concambio** (-mio), -onis *f.* (?m.: l.52) I *commutatio, pactum permutationis - (Aus-)Tausch, Tauschvertrag*: FORM. Marculfi 2,23^{ut.} (ed. A. Uddholm. 1962) -o (-mio A 1) de villas (2,24^{ut.}). TRAD. Frising. 238 notitia de -e, qui fuit inter Ellannodo et cuidam homine. 2 *compensatio - Gegenleistung*: TRAD. Brixin. 275^b (a. 1070/80) aream . . . erga rectam et collaudatam -em vinearum inibi redditam legavit.

***concambitarius** (-airus), -a, -um. *ad commutationem pertinens - Tausch*: FORM. Augiens. B 38 contra literulas -tairas . . . venire.

***concambitio**, -onis *f.* *commutatio, pactum permutationis - (Aus-)Tausch, Tauschvertrag*: CHART. Fuld. A 270 (a. 812) kartula -is. CHART. Turic. 192 p.83,9 de -e familiarum. DIPL. Heinr. III. 390 p.540,30 (spur. s. XII.^{ex.}) -o autem et eiusdem -is . . . traditio talis est: *eqs.* CHART. episc. Halb. 694 decimam . . . iusto -is titulo damus. *al. meton. i. q. res permutata - Tauschobjekt*: CHART. Sangall. A 713 p.315,19 (a. 897) ut pars utraque acceptae ius -is . . . inviolabile . . . possideat.

***concambitorius** (cumc-, -bt-, -tur-), -a, -um. I *adi. ad commutationem pertinens - Tausch*: FORM. Augiens. B 38^{ut.} carta cumcambituria. 2 *subst. fem.: pactum permutationis - Tauschvertrag*: CHART. Sangall. A 112 (a. 787) ut ista -uria firma maneat. *ibid. iterum.* *cf.* ***concambiatoria**.

conspccto, -are. 1 *conspicere, videre – sehen*: HEIRIC. Germ. I 3,229 quanquam . . . volucrum copia . . . domibus -retur in illis. HUCBALD. carm. 2,19 corde creatorem -at calvus, corpore caelum. 2 *inspicere – (genau) betrachten*: EKKEH. IV. cas. 39 p. 88,15 terram -ando.

conspcctor, -oris *m.* *qui conspicit, videt – einer der sieht*: COD. Karol. 8 p. 494,13 quis . . . harum tribulacionum -r (*opp. auditor*) non leuat? ANAST. BIBL. Mart. (PL 129,595^C) quia

est Deus in coelo -r eorum, quae fiebant (*inde* THEOD. AMORB. Mart. 19; cf. RICHER. REM. hist. 2,22 Deo -i omnium). IOTS. Odil. 2,14 (MGScript. XV p. 817,37) visionis -es papam adeunt. GESTA Ern. duc. I p. 19,23 quid putas horum -es dicere?

***conspcctrix**, -icis *f.* *quae conspicit – eine Schauende*: HILDEG. ordo virt. 98 ego (*sc. Spes*) sum dulcis -x viventis oculi, quam fallax torpor non decipit *eqs.*

conspcctus, -us *m.* *script. cun-: l. 29. adde* AGNELL. lib. pont. 109 p. 349,3. 147. *ibid. al. form. sing.: dat. -o: l. 26. abl. -o: PIRMIN. (?) scar. 2. 30.*

1 *sensu act. i. q. intuitus – (Hin-)Blick: a latius de praesentia (locut. in -u, ante -um i. q. coram – vor [dem Angesicht])*: *a de Deo, Christo*: PASS. A frae I 6 Domine Deus . . . , peto . . . , ut . . . me a -bus tuis non facias alienam. CONC. Karol. A 26 testis mihi (*sc. papae*) est Deus, . . . in cuius -u consistimus. DIPL. Karoli III. 12 p. 19,26 nostrum memoriale . . . Christi -ui . . . repraesentare. HILDEG. vit. mer. 3,33 *Deus* vult, ut omnia in -u eius munda sint. *al. expressius de Deo iudice*: LIBER diurn. 83 p. 93,4 ut inreprehensibilis appaream ante -um iudicis omnium *eqs.* CHART. Rhen. inf. I 48 si aliquis . . . hanc concambiam infringere voluerit, inde ante -um Dei in die iudicii red det r a t i o n e m (GERH. AUGUST. Udalr. 1,1 l. 169). DIPL. Conr. III. 164 p. 297,9 ne . . . aparerem reus in -u Domini. *saepe.* *β usu vario*: CHRON. Fred. 4,54 si Godinus -o Chlothariae presentatur (HROTSV. Sap. 2,1. *al.*) EINH. Karol. 10 si ipse (*dux*) ad -um venire cogereur. AGNELL. lib. pont. 38 antiqua verba . . . vestris feram cun-bus. VITA Heinr. IV. 10 p. 34,17 nisi et ipse coram veniret et in -u omnium imperio renunciaret. DIPL. Conr. III. 222 p. 395,12 que (*causa*) in -u et in praesentia Basiliensis episcopi . . . diligenter discussa est. CHART. Burgenl. I 92 p. 62,28 duas literas . . . nostro iudiciario -ui curarunt exhibere. *persaepe.* *adde*: VITA Paulin. Trev. 10 Paulinum . . . utpote . . . -u imperii . . . remotissimum. *b strictius: a proprie*: HRABAN. epist. 36 p. 472,12 te magis velle interno -ui conditoris tui . . . placere, quam *eqs.* HUCBALD. carm. 2,112 clarivido cernens -u cunctipotentem *Paulus. al. obtutus – Blickfeld, Gesichtskreis (per compar.)*: INNOC. III. registr. 1,401 p. 600,11 sicut luna lumen suum a sole sortitur, . . . sic regalis potestas ab auctoritate pontificali sue sortitur dignitatem splendorem, cuius -ui quanto magis inheret, tanto minori lumine decoratur. *β in imag.*: ALDH. ad Acirc. 2 p. 65,20 septena . . . signacula . . . perspicacissimis mundi c o r d i s -bus . . . cernere promeruit *Iohannes* (RUOTG. Brun. 30 p. 30,23). 2 *sensu pass. i. q. spectaculum – Anblick: a strictius: a in univ.*: WANDALB. Goar. 2,7 si -us eorum, quos horreat, vitare velit. VITA Galli II 782 vestris (*sc. regis*) o utinam . . . -bus utar. WALTHARIUS 1023 qui (*Trogus*) . . . attonitus . . . horribili . . . hostis -u coeperat . . . temptare fugam. *al. v. et p. 1427,45.* *β in visione beatifica*: HRABAN. epist. 24 p. 431,12 quae (*vita aeterna*) in -u gloriae eius (*sc. Dei*) est (37 p. 474,39). CARM. Cantabr. A 12,4^b,15 ubi deitatis se -um semper cernere gaudent beati. *al. b latius i. q. species – (äußere) Erscheinung*: ERMOLD. Ludow. 2,219 alter in alterius -um ut lumina fixit. WALAHFR. Mamm. 20,13 *ursa* stupet ora beati -umque viri. *facies – Gesicht*: CARM. var. I 12,20 sollers ac mitis, . . . lactea -u (*ni subest supinum verbi q. e. conspicio*), plus probitate micans *principis coniuux.*

***conspcctulatio** (-spic-), -onis *f.* *inspectio (oculata) – Augenschein*: CHRON. Noval. 5,25 conspicio hominum ostendit minime nos falli.

conspcrgo (-spar-), -spersi, -spersum, -ere. *script. -ri(o): p. 1613,16. struct. contam.: p. 1613,29 (cf. Svennung, Pallad. p. 229).*

1 *aspergere, tingere, consternere – besprengen, benetzen, bestreuen (refl.: p. 1613,4)*: *A strictius: 1 proprie: a in univ.*: CONC. Merov. p. 167,20 innocentes . . . easdem reliquias (*sc. eucharistiae*) -sas vino accipiant. ARBEO Emm. 24 p. 60,10 quae (*area*) . . . frumenti . . . purgati tritici, id est cruore, -arsa deicebat (*cf. VITA Galli II 1722 sanguine*). WALAHFR. hort. 53 vernali . . . -itur (-spar- CK) imbre parva seges. PETR.

DAM. serm. 68,10 omne sacrificium sale -itur. RITUALE Rhen-
aug. 120 ut domnus abba -at eos (*novicios*) aqua benedicta (cf.
WOLFARD. Waldb. 3,2 p. 262,21 sanctificatione ... aquae
benedictae ... se -ere cupiens *mulier*). *al.* **b c. sensu un-**
guendi: HUCBALD. carm. 2,31 consociant *calvi* cuneo -sos
crismate coetus. PETR. DAM. serm. 38,8 dum ... oleo chrisma-
tis est -sa *ecclesia*. **c c. sensu sparsim tegendi:** *v. p. 167,14.*
2 translate i. q. maculare – beflecken: LEG. Wisig. 2,1,29 ut
... eos, qui iudicaverunt ..., nullius infamiae nota -at. **B**
latius de rebus aridis madefaciendis i. q. subigere, permisce-
re – anrühren, vermengen: **1 de medicaminibus confici-**
endis: AESCULAPIUS 1 p. 2,21 columbino fimo ... trito et ex
aceto -so frontem ... linito. DYNAMID. Hippocr. 1,21 semen
apii ..., semen hyoscyami ... trita et cribrata, -sa aqua,
pillulae figurentur. ANTIDOT. Glasg. p. 140,38 lactuce semen
... tunsum cum melle -arie. *al.* **2 de farina -enda ad panem**
coquendum: **a proprie:** DYNAMID. Hippocr. 1,5 farina -arsa
virtutem ... non habet magnam *eqs.* 1,7 is (*panis*) ..., qui
suco -itur, levissimus est *eqs.* WILH. HIRS. const. 2,32 p.
1087^B quorum (*sc. sacerdotum*) unus farinam -it ... -it autem
cum aqua frigida *eqs.* ALBERT. M. sacram. 15 p. 11,53 sqq. si-
milago -sa et sal et tus ... non debent esse materia alicuius
sacramenti, quia ... similago significat ... puritatem conscien-
tia -sam devotione. *al.* **expressius i. q. deperere – Teig be-**
reiten: FORMA mon. Sangall. p. 12^a locus -endi. **b in imag.**
et alleg.: RADBERT. corp. Dom. 20,83 ut digne hunc panem de
hac aqua (*sc. sancti spiritus*) -sum accipere possimus. *al.*

II inspergere – auf-, einstreuen: **A proprie:** **1 in univ.:**
RECEPT. Sangall. I 45 plantaginis semen vulnus -arge. HUC-
BALD. carm. 2,87 capiti cineres -ere calvo. **2 c. sensu im-**
miscendi: ALFAN. premn. phys. 1,46 p. 13 in cunctis ... sive
maior sive minor pars ignis -sa est (PG 40,517^B ἐγκατέσπαρ-
ται). **B translate i. q. inserere – einpflanzen:** ALFAN.
premn. phys. 39,15 p. 127 omnibus hominibus notitia eius,
quod in nobis, -sa est (PG 40,765^B συγκατέσπαρται).

III spargere – (aus)streuen, aussprengen: **A strictius:** **1**
proprie: **a in univ.:** CARM. var. III A 6,6,41 has ... inter
laudes varios -ite flores. **b effundere – verspritzen:** AETHI-
CUS p. 177,13 Tamaris regina ... de utre sanguinem regis Darei
... -arsit. **2 in imag.:** SMAR. carm. 3,11 campos ... gravidos
... ordine multidico -so (-sos *E*) semine vatum continet ...
iste libellus. PETR. DAM. epist. 40 p. 484,16 quicquid sordium
sacrillega manus -sisset (-spar- V 10). **B latius:** **1 emittere –**
aussenden, ausbreiten: VITA Galli II 278 lucis radios -ere Phe-
bus incipit. **2 medial. i. q. diffundi – sich verbreiten:**
HUGEB. Wynneb. 10 p. 114,34 odoris nectar ... per totam acc-
clesiam quasi fumi vapor ... -argebatur.

adi. conspersus, -a, -um. livoribus infectus – von (Tot-)
-)Flecken entstellt: VITA Cuneg. B 24 vita redit recipitque
cutis -sa colorem.

1.* conspero, -are. ex animo sperare – inständig hoffen:
CONST. imp. II 424,18 (a. 1265) ut cupimus et nobis desuper
dandum divino -amus iudicio.

2. conspero v. conspiro.

consperio (-spar-), -onis f. de forma recomposita q. d.:
GODESC. SAXO gramm. 1,49 'dispersio' ... et 'resperio' bene
profertur per 'e', '-arsio' tamen satius per 'a' profertur.

1 proprie i. q. actio conspergendi, aspersione – das Bespren-
gen, Aussprengen, Befeuchten: **a strictius:** WALTH. SPIR.
Christoph. II 5,203 extinguat calidum roris -o fumum. AMARC.
serm. 2,660 sanguinis ut sacri -o redderet ipsos (*infirmos*) in-
colomes. ODO MAGDEB. Ern. 6,416 sacra ... prunas -o lus-
trat. **b latius de farina conspergenda ad panem coquendum**
(in imag., et alleg., cf. l. 259sq.) fere i. q. actio condepsendi,
permixtio – etwa: das Anrühren (des Teiges), Vermengung:
RADBERT. corp. Dom. 20,75sq. in pane ... nihil praeter cor-
pus, ubi nos per Christi -em iam membra sumus; quae ... -o
per aquam sancti spiritus fit. 20,80 haec ... -o de multis granis
fecit unum corpus *eqs.* *al.* WALTH. SPIR. Christoph. II 4,10
quem (*panem*) viventis aequae ... -o tinxit. **2 meton.:** **a**
stratura, tegimen – Schicht, Decke: LEG. Wisig. 2,1,19 p.
67,17 si ... aditum non obstruxerit ... -o (-arsio *var. l.*)

superflua *nivium* (2,1,33 -o [conpartio *E1*] nivis. AEG.
AUR. gest. 2,12 p. 42,16). **b macula – Fleck:** HERM. SAN-
GALL. Wibor. 1,35 cruor ... profluens ... conspersit murum
...; quae -o ... nullatenus per multos annos potuit aboleri. **c**
massa farinae – (zubereiteter) Teig (in imag., spectat ad
Vulg. I Cor. 5,6sqq.): ARNULF. SAG. invest. 3 p. 93,10 ut ...
veteri fermento tota Romanae sinceritatis -o corrumpetur.
ALBERT. M. sent. 3,3,20 antiqua -o est antiqua ab infectione
vitii. **d amyllum liquefactum – Stärke(lösung):** WILH.
HIRS. const. 2,33 p. 1088^B quae (*corporalia*) ... intinguntur -i,
quae facta est clara et liquida de ... farina. **3 translate:** **a**
disseminatio – Verbreitung, das In-Umlauf-Setzen: RAD-
BERT. Arsen. 1,7 p. 31,15 cum varius rumor varias rerum -bus
inficiat mentes. **b diffusio – Ausbreitung:** COD. Udalr. 56 p.
116,9 morbi huius -e ad usque pestilentiam convalescente. **c**
temperamentum, complexio – Beschaffenheit, Natur(ell),
Anlage: **a corpor. de colore:** ALDH. virg. I 50 p. 305,15
vultus venustatem non stibio confectam ... , sed genuina -e
ingenitam praeses ... contemplans. ANSELM. LEOD. gest. 52 p.
220,49 nec facies ... macie est confecta, nec gratia roseae -is est
immutata. *per pravam interpr. i. q. tabes, lues – Siechtum,*
Seuche: GLOSS. II 249,5 St.-S. -arsio suht (*spectat ad Greg.*
M. dial. 3,6). **β spirit. de indole:** RADBERT. Arsen. 1 praef.
p. 20,18 *pater* videbatur ... mihi ... -em *morum* habere
prioris Arsenii (1,1 p. 22,5). RATHER. prael. 1,32 l. 1075 in
doctoribus diversae reperiuntur -es affectuum. ANSELM. BIS.
rhet. 1,5 p. 112,15 cum eiusmodi extes -is, quam portando ...
nemo meliorem, sed omnis reddere valeat deteriorem. OTLOH.
Wolffk. 33 famulus Dei velut ex -e paululum irascens.

1. conspersus (-spar-), -us m. aspersione (sancta) – das Be-
sprengen (mit Weihwasser): VISIO Baront. 1 frater ... ro-
gabatur -sparum in ipsam domum facere (cf. *Sacr. Gelas. 1558*).

2. conspersus v. conspergo. conspesso v. conspissio.

conspicabilis, -e. script.: *coms.:* l. 58.

1 strictius: **a proprie:** **a visibilis – sichtbar:** AGIUS vita
Hath. 14 quem (*sanctum Martinum*) sibi et corporeis oculis
-em dixit. THIETM. chron. 6,63 Walthardus locum ... intro-
euntibus cunctis -em dilecto suimet seniori providit. CHRON.
Siegb. cont. a. 1147 (MGScript. VI p. 389,47) stellam -em in
aere multi suspexerunt. **β visu comprehensibilis – über-**
schaubar: ALBERT. M. pol. 7,3^q p. 651^b,40sq. 'multitudinis
maximus excessus' ... 'ad ἀνταρκείαν vitae ... facile -is' (p.
1326^b,24 εὐθύνοπτος), ut ... tot et tales sint cives, qui -es
unicuique, quod *eqs.* 7,4^c p. 656^b,28 'quod autem facile -e, est
regionem esse' talem ... 'facile auxiliabilem'. *ibid. al.* **b**
translate i. q. cognoscibilis, intellegibilis – einsehbar, ver-
ständlich: HONOR. AUGUST. inév. A (SBWien 150/III. 1905.
p. 11,14) tu (*sc. magister*) ... facis nobis ... palpabile, quod
ipsi (*doctores*) longis tractatibus non fecerunt nobis saltem -e.
ALBERT. M. pol. 7,1^f p. 623^b,14 'secundum rationem conside-
rantibus facile -e (p. 1323^b,7 εὐθύνοπτος) est', ... quod dic-
tum est. **2 latius i. q. conspicuus – ansehnlich, schön:** RA-
THER. chart. (QuellForschItArch. 29. 1938/39. p. 33,3) sancti
Petri ecclesia ... omnibus est -is, clerici vero indigentissimi.

WOLBERO cant. 3 p. 1222^C quandiu ... sub umbra latebas (sc.
sponsa), despicabilis eras, postquam vero ad veritatis lucem exi-
sti, -is apparuisti. GESTA Mett. praef. p. 534,18 Mettis est civi-
tas ... montibus -is (com- 1).

adv. *conspicabiliter. evidenter – deutlich, unverkenn-
bar: AGIUS vita Hath. 14 sanctum Martinum -r etiam sibi
vigilanti visum esse.

***conspicatus, -a, -um. (con et spicatus) de unguento i.**

q. nardo spicato confectus – mit Narde(nöl) zubereitet: VITA

Mariae rhythm. 4238 unguentum sumpsit optimum de nardo

-um (cf. Vulg. Marc. 14,3).

***conspicax, -acis. (a conspicere) 1 in uno conspectu**

positus – übersichtlich, augenfällig: ALBERT. M. div. nom.

3,12 p. 109,29 '-es' (PG 3,681^B συνοπτικοῦς), idest subtiles,

'<diffinitiones>' ostendentes 'in uno' universali 'multa' particu-

laria. p. 109,37. 2 compos perspicendi, perspicax – zur Er-

kenntnis fähig, einsichtig: ALBERT. M. div. nom. 7,10 p.

344,79 quantum ad perspicacitatem ... intellectus ipsorum (an-

gelorum) dicit Dionysius: 'et resplendens simplicitate -i' (PG 3, 868^B συνοπτικῆ), idest perspicaci, 'divinorum intellectuum', id est eorum, quae de Deo intelligenda sunt.

adv. *conspicaciter. *manifeste, lucide – augenscheinlich, deutlich:* ALBERT. M. div. nom. 3,16 p. 112,42 'discernentes', idest divisim tractantes . . . ; '-r' (PG 3, 684^D συνοπτικῶς), idest aperte et evidenter (*per pravam interpr.*).

conspicientia (-cia), -ae f. 1 *facultas conspiciendi, videndi – Fähigkeit zu sehen, das Sehen:* EPIST. var. I 40 p. 562,9 prudentia a porro videntia, id est a longe ante -cia quaecunque venientia. 2 *perspicientia – (vollständige) Einsicht:* EMO chron. p. 519,46 quia in se lucida est anima, rerum -am habet (*ex Cassiod. anim. 5*).

conspicio, -spexi, -spectum, -ere. *script.:* cun-: l. 22. 35. adde AGNELL. lib. pont. 96 p. 340,22. cums-: AGNELL. lib. pont. 37 p. 302,21. -iti(o): l. 71. *form.:* praes. indic. -cunt: l. 21. *depon.:* l. 26. 41. p. 1616,8. *partic. fut. usu subst.:* l. 28.

I proprie: **A** *videre, cernere, oculis percipere – sehen, erblicken:* 1 *in univ.:* WILLIB. Bonif. 6 p. 27,33 Romanae urbis moenibus -tis altithrono . . . laudes rependit. RHYTHM. 8,4,2 migrantes iubar -cunt magi. AGNELL. lib. pont. 119 quis similem *thecam* cun-xit? CARM. var. I 25,24 quisquis vultum augusti . . . erit umquam. HEIRIC. Germ. I 6,26 quin et -rent *Germanum* et -to fruereunt *Ravennates*. WALTHARIUS 198 hunc (*Waltharium*) ubi -unt hostes tantas dare strages. IOH. VEN. chron. p. 162,9 tetrē noctis obscuritate minime -i vicissim sese valebant. CHART. Brixin. 158 notum sit universis presentem litteram -turis, quod *eqs. persaepe*. *in prophetica visione:* HILDEG. scivias 3,1 l. 38 vidi ad orientem, et ecce illic -xi velut lapidem unum totum integrum. 3,4 l. 107 circa eam (*imaginem*) -xi . . . multitudinem angelicam formam et alas habentem. vit. mer. 4,24. *ibid. al.* 2 *c. colore quodam:* **a** *animadvertere – bemerken, feststellen:* WALAHFR. Mamm. 21,2 Mammem nullo violari vulnere iudex -it. AGNELL. lib. pont. 16 narrabo vobis, quod nostris temporibus facta cun-ximus. HRABAN. epist. 50 p. 505,36 si quid in eo (*opere*) . . . scriptorum vitio depravatum -eritis. *al.* **b** *pass. i. q. apparere – sich darstellen, zeigen:* ANON. secret. 71,21 quae (*herba*) quasi in forma roris marini -itur. **B** *aspicere, intueri – ansehen, anschauen:* 1 *in univ.:* COD. Karol. 2 p. 478,24 ut propriis oculis persecutionem nostram . . . -atur *missus*. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,257 nos, Christofore, placido si -is ore. GERH. AUGUST. Udalr. 1,26 l. 86 cum . . . ante posita eum fuissent et ille ea (*sc. res suas*) -isset, dixit: '*eqs.*' *al. expressus:* VITA Galli II 1585 inclite Galle, . . . qui . . . -is . . . tuum factorem nocte dieque. 2 *c. colore quodam:* **a** *perlustrare – besichtigen:* WILLIB. Bonif. 4 p. 17,3 multis illarum circumvallatis ac -tis terrarum partibus. EIGIL Sturm. 13 p. 144,13 -tis cunctis loci . . . commodis. **b** *attendere, observare – achten (auf), beobachten:* DHUODA 4,1,45 columbae lympham bibentes . . . -unt . . . accipitres, ne ab eis capiantur. **C** *oculos figere – hinstarren:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,17 l. 22 nautis incaute ante se -entibus.

II translate: **A** *subi. anim.:* 1 *de actione percipiendi, intellegendi:* **a** *apprehendere – wahrnehmen:* OTTO FRISING. gest. 1,5 p. 22,10 tempus tam acutum emergit, ut eius instans vix vel numquam -i queat. **b** *cognoscere – erkennen:* **a** *gener.:* WETT. Gall. 25 p. 270,28 quanto eum (*alumnium*) in capessendis exemplis divinis obligatiorem esse -xit. POETA Saxo 2,324 undique dux . . . circumsessum fore sese -ens. *al.* **β** *philos.:* ALFAN. premn. phys. 2,12 p. 26 anima per se ipsam adest indimensibilis, secundum accidens vero, in quo est, existente tripliciter dimensibili -etur (PG 40, 540^C συνθεωρεῖται) et ipsa tripliciter dimensibilis. OTTO FRISING. gest. 1,5 p. 17, 19 tamquam de re incerta palpitantes melius negando quam affirmando . . . -imus. ALBERT. M. div. nom. 3,13 p. 110,6 contemplationem . . . eorum, quae per se -untur. **c** *perspicere – durchschauen:* VITA Bonif. II 2 p. 94,8 ingeniose calliditate eius (*Adelberti pseudoprophetae*) -ta (circumspecta 2). **d** *putare, censere – meinen, erachten:* DIPL. Karlom. (II.) 9 p. 298,13 nos . . . eius (*episcopi*) petitiones rationabiles fieri -tientes. DIPL. Arnulfi 60 prout usui fratrum . . . necesse esse -erint

abbates. e pass. c. nom. c. inf. i. q. nosci – bekannt sein: COD. Lauresh. 503 (a. 782) in monasterio . . . , ubi vir venerabilis Helmericus *preesse* abbas -itur (DIPL. Heindr. I. 17). **TRAD.** Frising. 405 <quicquid> hereditatis . . . habere -itur **Cozoltus.** 2 *de actione contuendi, considerandi:* **a** *sibi ante oculos ponere – sich vor Augen halten:* DHUODA 4,1,67 animalia senas habentes alas oculosque ante et retro in exemplum nobis sacra iubet -ere (-i *P*) scriptura. **b** *inspicere – überprüfen:* CAPIT. reg. Franc. 160 abbates, qui ab episcopis electi sunt ad -endum (*syn. inspicere*) regulae observationem. **c** *respicere – beachten:* WALAHFR. carm. 17,2 suscipe . . . , pater optime, versus, . . . -e maestum animum. WALTHARIUS 147 modici famulatus causam -itis. **B** *subi. res i. q. pertinere – gehören:* CHART. Sangall. A 64 (a. 771/75) quidquid ad ipsam terram -it vel continet. DIPL. Conr. I. 1 una cum caeteris . . . oppidis illuc iuste -entibus. *al.*

adv. *conspicte. *evidenter, insigniter – auffallend, deutlich:* IOH. METT. Ioh. 1 sancti viri quanto latere desiderant, tanto -ius . . . produntur. CONST. imp. I 34 p. 72,41 si -ius agatur. CHART. Alsat. A 24 p. 29,1 (epist. spur. papae) quin latius et -ius quam in aliis appareret *macula*.

1. ***conspico**, -avi, -are. (con et spicare) (*ex*)*acuere – an-, zuspitzen:* VITA Bonif. II 2 p. 95,3 quem (*truncum*) rodendo de carceris lamina sua panda -verat.

[2. **conspico** v. **conspiro** p. 1618,53.]

conspicor, -atus sum, -ari. *sensu pass.:* l. 36.

I proprie: **a** *spectare – schauen:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,1 l. 153 ille (*Rampertus*) . . . coepit oculis pavens in eum (*Uodalricum*) -ari. *accedente notione quaerendi:* WALTH. SPIR. Christoph. I 8 *mulier* reiectis in eum (*virum*) . . . vultibus, quisnam esset, -atur. CONSUET. Trev. 2 abbas . . . -ans, quis accepta velit dormitum ire licentia. **b** *aspicere, intueri – anschauen, betrachten:* EINH. (?) Marc. et Petr. II 55,1 quos (*martyres*) ut torvis coram stantes -atur vultibus *iudex. c* *videre, cernere, oculis percipere – sehen, erblicken:* IONAS BOB. Columb. 2,15 p. 266,1 -tam (-ta *var. l.*) eam (*matrem*) puella ovans gratulatur. ALDH. virg. I 32 p. 273,3 -atur Alexander . . . puerorum catervas . . . sacerdotalem Athanasio contulisse reverentiam. GONZO Geng. 18 acum unam in terra -ta iacere, 'cur', inquit *puella*, ' . . . acus ista perditur, quae a me hic iacere conspicitur?' *in visione:* THIETM. chron. 2,16 *clericus* civitatem magnam et pulchra eius -atur aedificia. 2 *translate:* **a** *putare, censere – erachten, halten (für):* GODESC. SAXO theol. 19 p. 266,4 ne non intellegatur, quae nimis necessaria -or. **b** *suspiciari – vermeinen:* AGIUS vita Hath. 13 omnes fere, quae ex sororibus suis juvenili aetate florebant, se vidisse -ta est.

conspicuitas, -atis f. 1 *visibilitas – Anschaubarkeit:* DHUODA 1,1,31 in hac denegatione -is . . . meus marcescit animus (*spectat ad Vulg. exod. 33,20*). 2 *perspicuitas – Klarheit, Glanz:* RUP. MEDIOL. Adalb. 15 in celesti -e posito. 3 *speciositas – Schönheit:* VITA Serv. 27 p. 96,16 *uxor ducis* processit ad basilicam proprie -is lascivum enitens iubar.

***conspiculatio** v. ***conspiculatione**.

conspicuus, -a, -um. *script. cosp.:* p. 1617,2.

1 *visibilis, oculis subiectus – sichtbar:* BEDA hist. eccl. 3,11 p. 148,22 columna lucis . . . omnibus pene . . . provinciae locis -a stabat. CARM. var. I 27,1,12 -um . . . manet visu et palpabile, quicquid . . . olim condiderat *Dominus*. FLOR. LUGD. carm. 5,174 circumdatus . . . nube nulli -us mortales exiit artus *Andreas. al.* 2 *spectabilis, speciosus – sehenswert, ansehnlich:* **a** *proprie i. q. pulcher (aspectu), decorus, magnificus – schön (anzusehen), prächtig, herrlich:* CARM. Walahfr. app. 5,3,3 cernite -um sacris aedibus altar. CARM. var. I 13,14 *Radelcarus* immobilis verbis, . . . -us forma. NOTKER. BALB. gest. 2,6 p. 56,22 stabat . . . Karolus iuxta fenestram . . . , gemmis et auro -us. OTTO FRISING. gest. 1,47 p. 65,23 vallem . . . amniculi . . . medio decursu -am attingimus. *al.* **b** *translate i. q. egregius, celeser – hervorragend, ausgezeichnet, berühmt:* VITA Rup. 2 erat . . . vir . . . strenuus in actu, -us in caritate. CARM. var. I 12,16 undique -o fulta vigore fuit *Caretruda*. WIPO gest. 1 p. 11,6 Ratisponensis ecclesiae episcopus erat *Kebehardus*, benevolentiae gratia -us. **TRAD.** Reichersb. 60 vir quidam -e nobilitatis

... predium ... contradidit. ROM. SALERN. annal. p. 122, 10 fuit ... Guthrannus ... in omni bonitate cosp-us. CHART. Solod. I 299 (epist. papae) cum personis nobilitate -is. *al. in titulo i. q. illustris – erlaucht*: CHART. Bonn. 22 (BonnJb. 136/7. 1932. p. 232,12; a. 911/18) pro remedio meae animae ... atque ... Kunradi Francorum -i regis. 3 *lucidus, clarus, splendidus – leuchtend, hell, strahlend*: a in univ.: PAUL. DIAC. carm. 18,14 crastina -o cum lux fulgebit Eoo. WALAHFR. hort. 31 cum ... prata ... -is vernarent ... virectis. FLOR. LUGD. carm. 10,4 hunc ... Michahel ... -o nobis consecrat ore diem. in *imag.*: FLOR. LUGD. carm. 27,77 -us Christi per saecula cultus fulsit. b *perspicuus, perlucidus – durchsichtig, durchscheinend*: MARB. RED. lap. 40 p. 176^A -us praxus gemmis solet annumerari (cf. ARNOLD. SAXO fin. 3 p. 74,23 prassius gemma est, color -us et viridis).

*adv. *conspicue*. 1 in *conspectu omnium – allen sichtbar*: CONSUET. Trev. 15 illi (sc. *leviori culpa subditi*) -e ante confessionem prosternuntur. 2 *magnifice – herrlich, großartig*: CARM. de Quint. prol. 40 plebs electorum tibi (sc. *Deo*) laudes preconiorum -e reboat, mirifice modulatur.

conspinsio v. compenso.

**conspiramen*, -inis *n.* *collusio – geheimes Einverständnis*: DIPL. Arnulfi 4 p. 11,17 (interp. s. XI.²) decimas ... iurgioso et iniusto antecessorum ... -e divisas (*item* 62 p. 92,16. 183 p. 280,3).

conspiratio (-cio), -onis *f.* I *de spiritu unanimo: A consilium, decretum commune – gemeinsamer Plan, Beschluss*: 1 in *bonam vel neutram partem*: LEG. Wisig. 12, 2,16 quicumque christianus ... ritus Iudaicos exercuisse perpetuus est ... -e et zelo catholicorum ... morte ... perimatur. CONC. Merov. p. 209,7 omnes una -e et connibente animo sentientes definivimus, ut eqs. BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 278,30 Saxones ... et Thoringi ... facta -e occurrere regi deliberabant. *al.* 2 in *malam partem i. q. coniuratio, seditio – Verschwörung, Aufruhr*: a *gener.*: EIGIL Sturm. 24 p. 160,4 si quo modo posset pravorum -em cohibere. CHRON. Thietm. 8,3 p. 497,6 maritum maligna -cione ... morti tradit *maxima pars matronarum*. CAES. HEIST. mirac. I 11,57 auctor tantee -is corruit et exspiravit. *al.* b *publ.*: THEGAN. Ludow. 22 investigavit infidelium nequissimas -es *imperator*. ADAM gest. 3,51 p. 195,10 omnes Scavi facta -e generali ad paganismum ... relapsi sunt. CHRON. Reinh. a. 1211 p. 578,24 ad hanc -cionem ... prefastos principes ... littere apostolice animaverant. HEINR. LETT. chron. 10,3 de -e Ruthenorum cum Lyvonibus et Lettis contra Rigenses. *al.* BURCH. URSB. chron. p. 52,22 Mediolanenses ... -em inierunt cum aliis civitatibus Lombardie. CHART. Tirol. notar. I 523 p. 254,29 dicebatur ipsos homines fecisse raxam et ... -em, quod nollebant solvere coltam. *saepe*. c *eccl. de synodo (Wormatiensi)*: BERNOLD. CONST. libell. II 3,7 quorum (*fidelium virorum*) alios corpore quidem, non animo, Wormatiensi -i ... interfuisse cognovimus (*sim.* 3,12. *al.*). BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 283,20. LAMB. HERSF. annal. a. 1076 p. 255,7 caeteris, qui -is huius participes extiterant, diem statuit *papa*, qua eqs. *al.* B *societas (per iuramentum facta) – (auf Eid, Versprechen beruhendes) Bündnis*: 1 in *bonam vel neutram partem*: ACTA imp. Winkel. I 7 p. 6,14 (a. 1205) ne ... civibus ... licitum sit ... contra aliquem ... ordinare -em, nisi eqs. CHART. Tirol. 1183 p. 226,36 si ipse dominus electus ... -cionem seu societatem ... sine eorum (*fratrum*) voluntate faciet. CHART. Argent. I 478 nos (sc. *cives Columbarienses*) cum civibus Argentinensibus ... -cionis ac amicitie firme fedus ineuntes. *al.* 2 in *malam partem i. q. consociatio (clandestina), confoederatio (iurata) – (Geheim-)Bund, (Schwur-)Genossenschaft (de re v. F. Staab, Unters. zur Gesellschaft am Mittelrhein in der Karolingerzeit. 1975. p. 372sq.)*: CAPIT. reg. Franc. 22,29 item in eodem concilio (sc. *Chalcedonensi*), ut nec clerici nec monachi -es (cf. *Conc. II 1,2 p. 161,25 ed. Schwartz* φουτοίς) vel insidias contra pastorem suum faciant (cf. 44,10 de -bus ... , quicumque facere praesumpserit et sacramento ... -em firmaverint, ut triplici ratione iudicentur. *al.*). NICOL. I. epist. 18,3 si cum his (*complicibus*) coniuncti seditiones, coniurationes vel

-es fecerint *episcopi*. CONST. imp. II 159 si qua ... persona ... -es, facciones vel illicitas societates inivit. CHART. Raitenh. 270 p. 216,14 (epist. papae) alii (*monachi*) ... pro denegata ... obedientia seu -is offensa in excommunicationis laqueum incidunt. *saepe*.

II *de spiramine i. q. afflatus – Anhauch*: GLOSS. I 63,4 St.-S. -o anaplast (*per pravam interpr.?*).

**conspirativus*, -a, -um. *ad coniurationem pertinens – verschwörerisch*: FRID. COL. epist. (NArch. 7. 1882. p. 193,11; c. 1121) in quibus (*litteris*) ... ad cumulum inexcusabilitatis vestrae -a confederatione ... affirmastis eqs.

**conspirator*, -oris *m.* 1 *coniurator, concitator – Verschwörer, Aufwiegler*: a *gener.*: a in univ.: THIETM. chron. 6,98 hoc ... rex comperiens -es hos sibi precepit presentari. HUGO FLAV. chron. 2 p. 488, 38 quendam de suis contra me -es illi miserunt. CAES. HEIST. mirac. I 11,57 corpus ... -is in campo sepultum est. *al.* b *de sociis synodi Wormatiensis a. 1076 factae*: BERNOLD. CONST. libell. II 3,8 p. 50,20 hunc (*papam*) ... non confessum, non convictum ... degradare volebant. MANEG. ad Gebeh. 24 p. 355,35 quem (*libellum*) novi nostri -es contra domnum papam conscripserunt. *al.* b *iur. et canon.*: RATHER. epist. 26 p. 143,22 si legeretur contemptores canonum acrius arguendos de conspirationibus ... et -bus (*spectat ad Ps. Isid. decret. ed. P. Hinschius. 1863. p. 138 et 165; cf. DECRET. Burch. ind. p. 541^A decimus liber continet ... de contentiosis et de -bus*). RANGER. Anselm. 1747 -es damnat Fabyanus. CHART. civ. Spir. 90 p. 66,22 si ... aliquis de ... consiliariis ... in preiudicium ... civitatis Spirensis inventus fuerit -r. CHART. Eichsf. 401 p. 239,25 -es ... et iniquarum actionum ... fabricatores ... excommunicentur. CHART. Stir. IV 261 p. 158,43 quicumque inventus fuerit -r vel discordie seminator. *al.* 2 *complex, socius – Komplize, Mitverschworener*: THIETM. chron. 6,51 dux Heinricus ... cum caeteris -bus magnam regi ... molestiam inferens. PETR. DAM. epist. 40 p. 415,18 ut -es suos ad accelerandam mortem dominicam ... incitaret *Caiphas*. PASS. Thiem. II 7 p. 56,15 huius (*imperatoris*) ... -es eo usque venerabilem virum persequendo deducti sunt, ut eqs. *al.* c *gen. obi. rei i. q. comparticeps – Mitbetelliger*: VITA Landel. Laub. 172 unus comitum, -r feritatum, ... profudit corporis ignem. 3 *machinator, auctor – Anstifter, Rädelsführer*: ACTA imp. Winkel. I 386 (a. 1246) <qui> (*regnicolae*) ... per ... spem frivolum -bus factionis adherant.

conspiro, -avi, -atum, -are. *script.* -sper-: l. 64. *partic. praes. usu adi. vel subst.*: p. 1467. 8.42.

I *de spiritu unanimo: A intrans. (refl.: l. 62) i. q. consentire – sich einig sein*: 1 *concordare, assensum praebere, convenire – übereinstimmen, zustimmen, übereinkommen: a de hominibus (de Deo: l. 64)*: a in univ.: RUOTG. Brun. 12 -antibus itaque omnibus et idem ... sentientibus. DIPL. Conr. II. 192 p. 255,12 si ... aliis in idem -antibus votum prebuerimus assensum. CHART. Stir. I 172 p. 172,21 patre ... et matre in idipsum -antibus (*conspicantibus ed.*). CHRON. reg. a. 953 populus pari deliberatione in virum Domini Brunonem ... -at. HUGO HONAUG. hom. 4,2,2 contra nefandum hoc dogma -verunt *patres*. *al.* b *c. sensu oboediendi*: BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 279,34 qui (*rex*) ... auriculariorum suorum ... -ans susurriis. γ *c. sensu constituendi*: EIGIL Sturm. 24 p. 159,29 (cod. W) -verunt *Saxones*, ut ... virorum multitudinem ... ad ipsum monasterium mitterent. CAND. FULD. Eigil. II 10 capit. p. 96 datur licentia -andi super abbatis electione. *al.* *refl.*: VITA Mathild. II 7 ambobus hoc placuit consilium, et se -bant implendum. δ *c. sensu favendi*: FORM. Andec. 41 p. 18,11 -sperante Deo. b *de rebus i. q. consonare – in Einklang stehen*: VITA Ludow. Pii 25 p. 619,42 lege Romanorum in id -ante. CARM. Bur. 61,10,4 cuius (*virginis*) nutu me versante et ad votum -ante me fero beatum. 2 *coniurare, confoederari, se adunare – sich verschwören, verbünden, zusammentun (fere in malam partem, aliter: p. 1619,7)*: a *strictius*: EINH. Karol. 20 in ambabus *coniurationibus* contra regem -tum est. MEGINH. FULD. Alex. praef. p. 436,21 quotiens victi iterum in bella -verint *Saxones* (cf. WIDUK. gest. 2,24 p. 87,2 ad in-

centiva bellorum. 3,54 p. 134,14 ad pugnam). REGINO chron. a. 839 multi . . . exilio dampnantur, qui in deiectione imperatoris -verant. BERNOLD. CONST. libell. II 3,14 si qui clerici . . . reperti fuerint coniurantes aut -antes (cf. *Conc. II* 1,2 p. 161,27 ed. Schwartz φουτῶντες). PETR. CAS. (?) chron. 4,11 p. 475,15 tot simul gentes . . . absque hominis ullius imperio -visse. CAES. HEIST. mirac. I 3,29 p. 146,28 quid si duo contra suum praelatum -rent? saepe. in imag.: WALTHARIUS 1286 adversus solum -ant arma duorum. **b** *latius*: **α** (*iurando*) *promittere, vovere* – (*eidlich*) *versichern, geloben*: ANNAL. Quedl. a. 1015 p. 84,4 milites . . . procumbunt fortiter illi (*Domino*) obsequendo, ut -verant constanti animo. **β** in nomine -are i. q. in nomen *iurare* – *huldigen, Gefolgschaft leisten*: AETHICUS p. 193,16 ut in eius (*Arcadiae*) nomine omnis Grecia -et. **B** *trans*: **1** *machinari, concitare* – *ins Werk setzen, anzetteln*: THIETM. chron. 4,49 duces et comites . . . multa contra eum (*imperatorem*) -are nituntur. PETR. DAM. epist. 105 p. 159,14 ne tibi -tae factionis scandalum generarent *monachi*. **2** *inspirare, concitare* – *entflammen, (hin)treiben*: CARM. Scot. II 1 probl. 1,9 ne nova lis socios . . . -ret in arma.

II *de spiramine*: **A** *intrans. i. q. spirare* – *atmen, hauchen*: **1** *strictius*: PASS. Karoli Boni 6 (MGScript. XII p. 621, 47; s. XIII.^{ex}) ipse (*Borchardus*) et complices sui . . . advertentes, quod -ret et loqueretur *castellanus vulneratus*. **2** *latius i. q. sonare* – (*er*)*tönen*: CARM. Cantabr. A 30,2 clare -ant cannule. **B** *trans. i. q. exspirare, anhelare* – *aushauchen, -schnauben* (*in imag.*): CARM. cod. Vat. (5330) 11,10 *Sirius auram* -at iniquam.

adi. conspiratus, -a, -um. *confoederatus, coniuratus* – *verbündet, verschworen*: **1** *in bonam partem i. q. concurs* – *einmütig*: PASS. Ursulae prol. p. 143,4 ut tam prolixius . . . conflueret martyrum in Deo numerus -us. **8** in divinae operae laudibus -um sui voti conscium . . . reddidit virgineum . . . chorum. **2** *in malam partem*: **a** *in univ. i. q. rebellis* – *aufrührerisch*: THIETM. chron. 3,17 Sclavorum -a manus Brandeburgensem episcopatum . . . invasit. **b** *locut.* -a manu i. q. *communiter, uno consensu* – *gemeinschaflich, im gemeinsamen Einverständnis*: RUP. MEDIOL. Adalb. 26/27 p. 66,30 fratres -a manu . . . patrum suum . . . solo prosternunt. HELM. chron. 25 p. 47,20 -a manu statuerunt (*sc. Slavi*) Cru-tonem in principatum.

conspisso, -avi, -atum, -are. *script.* -spess-: l.47. -is(o): l. 48.51.

1 (*con*)*densare, grossiorem facere* – *verdichten, verdicken*: **a** *de materia*: ANTIDOT. Bamb. 15 antidotum . . . sputum subtilem -spessa<τ>. ANON. coit. 2,53 manne *uncias* II, zuccari *uncias* VI coque in acerrimo igne, usque dum -etur (-isetur G) ut mel. GESTA Ern. duc. I p. 26,23 aqua -ta non fluitat. *usu subst.*: ANON. coit. 2,4,4 ciminum et maiorana . . . luxurie sunt inimica, item omnia frigida et -ancia (-isancia H). **b** *de frequentia*: PS. GALEN. puls. cod. Vr 271 cum passio gravior fuerit facta, plus -atur et fit velox *pulsus*. **2** *coartare* – *verengen*: AESCULAPIUS 3 p. 5,23 ex crasso humore . . . foramina -antur a naturalium exclusione.

conspitio v. *conspicio*.

consponsus, -a, -um. *mutua fide obligatus* – (*feierlich*) *verpflichtet*: HUCBALD. carm. 2,121 conciliando -orum christi-cularum corda ciet *Paulus*.

***conspumatio**, -onis f. *spuma* – *Geifer*: HILDEG. scivias 3,9 l. 937 -em (cum spumationem B) ardentis libidinis . . . ab eo (*dracone*) extorquet *Fortitudo*.

***conspumo**, -are. *spuma contegere* – *mit Geifer bedecken*: HILDEG. scivias 2,7 l. 223 quae (*vipera*) -at caelum.

conspuo, -ui, -utum, -ere. **1** *proprie i. q. sputo conspergere* – *anspeien*: VITA Virg. Salisb. II 2 p. 89^b,13 *iuvenis daemoniacus* admotus . . . sepulchro ipsum sepulchrum -bat. ALBERT. M. euch. 3,1,6,6 p. 263^a,38 constat, quod passibilis fuit *Christus* et passus, crucifixus, . . . -tus. *ibid. al. in imag.*: HUGO FLOR. tract. prol. (MG Lib. Lit. II p. 467,7) ab his, qui rerum ordinem . . . conantur evertere, non solum damnabitur *opus meum*, sed etiam -etur. **2** *translate i. q. detestari,*

despicere – *verabschewen, verachten*: LAMB. TUIT. Herib. 2 prol. p. 1246,1 etsi olim . . . a peritioribus -i debeat et annullari *labor*. HONOR. AUGUST. phys. 65,19 si . . . negavero *Deum hunc mundum fecisse*, totus mundus me -et. HERM. IUD. conv. 3 p. 77,7 magnum vos christiani Iudeis preiudicium facitis, qui eos . . . execrando et abhorrendo -itis. *ibid. al.*

consputo, -are. *sputo conspergere* – *anspeien*: GLOSS. III 414,65 St.-S. -at bespriet.

consscribo *sim. v. consc-*. **consensio** v. 1. *consentio*.

consul v. *consul*.

constabilio, -ivi, -itum, -ire. *script. et form.*: *perf.* -u(i): l.33. *imperf.* -iba(m): l.25.

1 *proprie i. q. (firmiter) statuere* – *hinstellen, errichten*: ISO Otm. 1,9 nec . . . eas (*tabulas*) -ire praevaluerunt *opifices*. MIRAC. Adalb. Wirz. 7 p. 52,2 est aliquid super rivulos aquarum habitacula hominum -iri. in imag.: CAPIT. reg. Franc. 126 p. 248,9 ut . . . in vero atque perpetuo fundamine permanendo -ta persistat *ecclesia Christi*. **2** *translate*: **a** *corrobore, munire* – *stärken, festigen*: PAUL. DIAC. Rom. 15,20 Theodericus . . . , ut sui regni vires -ret eqs. ADALB. MAGD. chron. a. 925 Heinrico rege coadunatum et -tum Lothariense regnum in sua potestate habente. METELL. Quir. 9,56 que (*invidia*) thronum raptis opibus -ire tendit. *al. tenere, tutum praestare* – *halten, sichern*: HIST. Mosom. 2,4 p. 612,21 quod (*castellum*) tunc frater eius (*episcopi*) . . . -ibat. **b** (*con*)*firmare* – *bekräftigen, bestätigen*: **α** *in univ.*: TRAD. Frising. 1458^a (a. 1047/53) lite cepta et finita confirmaverunt et -verunt (stabiliverunt C) pactionem. CHART. Mog. A I 471 cartam . . . conscribi . . . precepi et banno meo -vi. TRAD. Ratisb. 833 Askerich . . . hereditatem suam . . . tradidit et sub his

testibus Norico more per aurem tractis -vit: eqs. CHART. Drubic. 15 p. 16,8 ipsorum (*mansorum*) possessionem ecclesie iure iudicario -uit *comes. al.* **β** *c. sensu tradendi*: DIPL. Frid. I. 10 p. 19, 12 molendinum . . . regia . . . auctoritate in perpetuum proprietatem eidem ecclesie -vimus. **γ** *c. sensu affirmandi*: CHART. Osn. I 162 (a. 1070/88) noverint omnes . . . fideles Volchardum nobilem se ipsum offerendo . . . sancto Petro canonicum futurum -visse.

1. constabilis, -e. *firmus, fidelis* – *fest, beständig*: DIPL. Karoli M. 130 p. 180,27 in consensu eorum nos ire . . . oportet atque -em permanere, qui *eqs.*

2. *constabilis v. **comestabulus*.

constabilitio, -onis f. *corroboratio, affirmatio* – *Bekräftigung, Zusicherung*: FUND. Sangeorg. 17 confirmationem et -em . . . sponponderunt (*sc. fundatores*). *Dinter*

***constabilia** v. **comestabulia*.

***constabularia** (connes-), -ae f. (**constabularius*) *vicus sive vicini sub constabulario constituti* – *unter einem Konstabler stehendes Stadtviertel oder dessen Einwohnerschaft*: PAX Valenc. 58 si aliqui de qualibet conne-a . . . remaneant *eqs.*

***constabularius** (connes-, -stamu-), -i m. (*cf. *comestabulus*) *vice tituli i. q. (summus) magister stabuli* – (*oberster*) *Stallmeister, 'Connetable', 'Konstabler'*: **1** *publ.*: **a** *spectat ad dignitatem aulicam*: **α** *de duce exercitus regalis*: ANNAL. Ianuens. I p. 106,4 constamularius eius (*Turchorum principis*) Vermilio Leo. CHART. ord. Teut. 10 Humfridus regius -us (OLIV. hist. reg. 73 p. 133,21. *al.*) ROB. TOR. chron. a. 1181 p. 529,23 -us regis *Angliae*. CHRON. Albr. a. 1230 p. 927,31 Almaricus comes Montisfortis, Francorum -us. **β** *de ministro domini feodalis (nom. propr.: l.62)*: ANNAL. Ianuens. I p. 115,17 Raynaldi filius, -i Antioeni principis. FUND. Niniv. (MGScript. XXV p. 552,24) Gerardus nomine C-us, filius Amelrici, -i Flandrensis. **b** *spectat ad gradus medios vel infimos*: **α** *de praefecto regionis, urbis, castelli*: ROB. TOR. chron. a. 1185 p. 535,17 quidam . . . -us domni regis Henrici . . . , qui castrum Cesarisburgi cum patria, que ad illud pertinet, custodiebat. GESTA Bert. 3,8 p. 671,45. LAMB. ARD. hist. 34 que (*Havidis*) nupsit Balduino . . . , Bolonie -o. **β** *de praefecto vici ut vid.*: PAX Valenc. 28 conne-i debent congregari ante capellam sancti Petri. **2** *eccl. de custode stabulorum monasterii*: CHART. Basil. A I 163 p. 240,4 (a. 1120) testes . . . fuerunt . . . Hugo -us, . . . Wilhelmus prior s. Albani.

‡*constabulum, -i n. *manipulus a comestabulo ductus – Abteilung unter einem Konstabler, 'Konstablerschaft': v. p. 919,6.*

*constabulus v. *comestabulus.

*constagia (cost-), -ae f. vel *constangia, -ae f. (*francog. vet. coustage et coustange, cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 1081*) *impensa, sumptus – Ausgabe, Kosten: GISLEB. MONT. chron. 250 debent comites . . . eas -as pro ipsa ecclesia persolvere. app. p. 338,20 si panem . . . propria cost-a sua seu per cost-am domini comitis . . . debeat facere portari Petrus. al. RICHER. SENON. gest. 1,17 contigit abbatem . . . -anguis . . . armatorum ita attritum, ut eqs.*

‡constagno, -avi, -are. *sistere – zum Stillstand bringen: RHYTHM. 12,17,3 sanguinis fluxum -asti (sc. Christus).*

*constamen, -inis n. (constare) *impendium, sumptus – Aufwand, Kosten: CHART. Rhen. med. II 83 (a. 1186) autumnali . . . tempore de colligendo vel quolibet -is gravamine liberi simus. 272 p. 310,29 tres modios siliginis . . . suo -e advectos pro censu . . . persolvant milites.*

*constamentum (cost-), -i n. *impensa, sumptus – Ausgabe, Kosten: ACTA imp. Böhmer 1072 p. 770,39 (a. 1210) si . . . restitueritis . . . omne cost-um et omnes expensas factas. CHART. Gelr. 989 p. 959,9 sub pena . . . restitutionis una cum dicta pecunia faciente omnium expensarum et -orum. al.*

*constamularius v. *constabularius.

*constangia v. *constagia.

1. constans v. consto. [2. constans v. costa.]

constanter v. consto.

constantia (-cia), -ae f. 1 gener.: a *firmitudo, fortitudo animi – Standhaftigkeit, Unerschrockenheit: LIBER diurn. 82 p. 89,7 hunc . . . virum pro eius . . . bone voluntatis -a . . . nobis elegimus pastorem. ALCUIN. epist. 132,10 debet . . . sapientia ministrare -am et -a perficere sapientiam, ut sit -a sapiens. THEOD. TREV. Liut. 77,3 virgo predicabilis . . . et infatigabunda animi -cia. EPIST. Hann. 74 p. 122,10 persone tuę administrationem et diligenti -a et constanti diligentia obeas. ALBERT. M. sacram. 259 p. 169,72 -a condicio fortitudinis est. saepe. v. et p. 1593,60. per prosop.: CARM. var. Walther 12,27,3 hunc (Christum) . . . ad sepulcrum fortis C-cia, ad infernum duxit Victoria. b *perseverantia, assiduitas – Ausdauer, Beharrlichkeit: FORM. Marculfi 1,2 l. 71 ut pro . . . felicitate patriae seu regis -ciam dilectit . . . monachis inmensam Domini pietate . . . implorare. DIPL. Arnulfi 92 p. 135,31 propositi . . . sui -am in divinis officiis indefessam fore cognoscentes. EPIST. Teg. 38^{tit}. vester servitor devotus sedule orationis -am. CHART. Heinr. Leon. 8 Wiboldus . . . in administratione . . . singulari -a usque ad mortem adhesit. INNOC. IV. registr. A 622 devotionis puritas et fidelitatis -a, quas dilecti filii . . . Romane ecclesie . . . servaverunt. saepe. *assidua persecutio – das beharrliche Verfolgen: ALBERT. AQUENS. hist. 1,2 Petrus . . . huius viae (sc. expeditionis in Hierusalem) -am . . . adhortatus est. 2 philos. et natur.: a continuatio – innerer Zusammenhalt: ALBERT. M. meteor. 4,2,11 p. 764^a,43 siccatio est coagulatio sive -a terrestrium per humidum sequestrationem. veget. 1,119 stringuntur pori arboris . . . propter -am et compactionem partium. 5,109 -a . . . secundum materiam partium . . . non est nisi siccitas in ipsis. in imag.: BRUNO MAGD. bell. 107 prius coelum stare . . . crediderant nostrates . . . quam cathedram Petri amittere -am Petri. b *qualitas, status – Beschaffenheit, Zustand: ALFAN. premn. phys. 1,52 p. 14 ad temperantiam reducere corporis -am (PG 40,520^B κατὰ-στυον). 1,87 p. 21 secundum modernam -am nostrae vitae. HERM. CARINTH. essent. 1 p. 76,7 que (sc. res) . . . subiecti quidem inconstantia . . . agitantur, nullam tamen . . . naturalis -e sue iniuriam patientia. 3 publ. et iur.: a auctoritas – Gültigkeit: FORM. Sangall. II 21 p. 408,21 subscripsi hanc traditionis firmitatem et -am. DIPL. Conr. II. 210 nullis umquam liceat . . . nostri precepti -am violare. CHART. Aquens. 39 l. 28 ut . . . conventio augmentum . . . -ę gloriatur se accepisse. al. b *constitutio – Grundlage, Bestimmung: DIPL. Conr. III. 123 p. 221,13 dedit . . . archiepiscopus . . . Hartwico . . . XL libras . . . denariorum in beneficio hac . . . c o n d i -*****

t i o n i s interiecta -a, ne eqs. (CHART. Merseb. 109).

[2. constantia v. inconstantia: TRAD. Ratisb. 1038 (c. 1210/17).]

constellatio, -onis f. *script. -still-: GLOSS. II 282,35 St.-S. 5 1 sidus, signum – Sternbild: ALBERT. M. Iob 9,9 p. 133,20 Orion -o est versus meridiem. 2 coniunctio stellarum – Konstellation: a proprie: GODESC. SAXO gramm. 2 p. 466,5 mathematici fatentur . . . unumquemque hominem sub -e seu constitutione siderum nasci. Ps. BEDA mund. const. 1,284 cum . . . bonum sua -e plurimum designet luna. HONOR. AUGUST. lib. arb. 1 (PL 172,1223^B) decepti homines . . . -es introduxerunt asserentes . . . sub bona stella natos bonos . . . futuros. ALBERT. M. cael. 2,3,5 p. 150,66 accidentia sicut sunt eventus unius hominis nati in hac -e vel illa. HEINR. WIRZ. cur. 813 que -o regnat, cum generatur homo prospera nulla videns? SALIMB. chron. p. 206,17 in . . . cuppa erat . . . ymago . . . non artificialiter . . . depicta, sed ex virtute -is ibi impressa. saepe. b *translate i. q. concursus (fortuitus) – das Zusammentreffen von (besonderen) Umständen: ALBERT. M. phys. 2,1,4 p. 82,7 caput hominis in corpore porci, quod fit per -es extraneas naturae seminis. metaph. 5,6,9 p. 289,89 hoc . . . quidam ponunt -em unam eqs.**

constellatus, -a, -um. *stella signatus – mit einem Stern bezeichnet (spectat ad fratres stellatos ord. b. Augustini vel crucigeros cum rubea stella; cf. W. Lorenz, Die Kreuzherren mit dem roten Stern. 1964): CHRON. rhythm. Austr. 391 veniunt et alii fratres -i (inde ANNAL. Mell. Vind. II a. 1214).*

*consteria v. *costarium.

1. consternatio, -onis f. *perturbatio – Bestürzung: RATHER. prael. 6,19 l. 661 'fructum nullum habent lamenta, quae cum lacrimis student querere peritura', quod et Esau approbat -o cassa (cf. Vulg. gen. 27,34).*

2. *consternatio, -onis f. (a consternere) *collapsus, prostratio – das Zusammenbrechen, Niederstürzen: ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 888 p. 117,12 tanta . . . in isto itinere -o equorum cadaverum fit, ut eqs.*

1. consterno, -avi, -atum, -are. 1 *usu originario i. q. perturbare – verwirren, bestürzt machen: HROTSV. Abr. 3,8 fueram -tus mente ex ostensae visionis terrore (GERH. AUGUST. Udalr. 1,27 l. 45. cf. HELM. chron. 25 p. 51,11 -tus animo. al.). HIST. de exp. Frid. imp. p. 61,16 turbabatur rex . . . et -batur super . . . regni Grecie vastatione. usu subst.: LAMB. HERSF. annal. a. 1065 p. 96,32 ut uno ictu -tum ad pavimentum usque precipitem daret episcopus. 2 per confusione c. consternere: a prosternere – niederwerfen: REIN. LEOD. triumph. 2 p. 587,9 mulier terrae -ta . . . Deo . . . gratias reddidit. v. et p. 1623,2. b destruere – zerstören: ACERB. MOR. hist. a. 1162 p. 157,15 tot de menibus civitatis -vere Cremonenses. c extendere – ausbreiten (usu adi.): GLOSS. I 92,10 St.-S. -tus ardanit.*

2. consterno, -stravi, -stratum, -ere. *form. perf. -nuit: p. 1623,2. partic. perf. usu adi.: l. 57,66.*

1 *usu originario: a (con)tegere, sternere – (be-, über)decken, be-, auslegen: α proprie: PAUL. DIAC. Lang. 2,19 constat . . . Aureliam . . . et Flamminiam (sc. provinciam) a -tis viis . . . et ab eorum vocabulis, a quibus sunt -tae . . . appellari. YSENGRIMUS 5,609 ganga . . . pro feno lanam -ta . . . accipiat. CHART. episc. Hild. I 323 p. 309,5 hospitale novum cum . . . ponte lapidibus -to . . . construxit praepositus. adde: POETA Saxo 5,443 Rheni -vit rex ponte fluenta. β in imag. (cf. Vulg. cant. 3,10): CHART. Mog. A I 451 p. 358,24 (dipl. Heinr. V.) Mogontinam sedem caritate sibi (cancellario) -vismus. WOLBERO cant. 3 p. 1140^D. al. c sensu uniendi: RUOTG. Brun. 2 p. 3,24 media caritate -ta sunt res dissimiles. b collocare, construere – (an)legen, errichten: GESTA Camer. 1,2 p. 403,43 parent . . . -tis aggeribus loca apud Mariolum, ubi eqs. METELL. exp. Hieros. 2,18 quatuor . . . viorum milia cura viarum -endarum tenuit dux. CHRON. reg. a. 1158 p. 98,12 -tis pontibus . . . exercitui transitum fecerunt Boemi. c deicere – niederwerfen: α proprie: EPIST. Bonif. 105 p. 231,9 quorum (falconum) ars . . . sit grues . . . arripiendo -ere solo. HROTSV. Mar. 805 cuncti praesentes opstupefacti in terram proni -untur.*

[Dinter]

β *in imag.*: EPIST. Bonif. 15 p. 27,11 inimicum catholicę ecclē-
siae Rathbodum coram te -nuit (consternavit *var. l.*) *Deus*. 2
per confusionem i. q. (defectione) consternari – von Ohn-
macht betroffen sein: HUGO HONAUG. div. 4,2 cum . . . hu-
mana mens -atur attingere filium Dei (*cf. Hil. trin. 2,75q.*).

adi. constriatus, -a, -um. *planus, quadratus – quadratisch,*
Quadrat- (t. t. math.): GERB. geom. 2,6 *pes* -us est sive plan-
nus, per quem superficies sive planities . . . mensuratur. 2,8 se-
decim palmos -os. *ibid. saepe*. *Dinter*
constibo v. 1. constipo.

1. **constillatio**, -onis f. *stillatio – das Tröpfeln*: GLOSS. II
309,30 St.-S. -bus troffianum.

2. **constillatio** v. constellatio.

constipatio, -onis f. *script.*: cost-: l.43.

1 *gener.*: *a spectat ad homines i. q. stipatio, conglobatio*
– Gedränge: **α proprie**: TRANSL. Alex. Frising. 1 (MG
Script. XV p. 287,27; c. 834) densabatur . . . -o catervarum. UF-
FING. Ida 1,11 fit virorum -o. OTTO FRISING. chron. 3,14 p.
152,21 de his, qui -e populi in foribus templi obprimerentur.
RAHEW. gest. 3,48 p. 225,5 erat . . . validissima -o. GESTA Ern.
duc. II 33 p. 237,7 ingens iuventutis -o circa ducem . . . facta
est. *al.* **β meton. i. q. turba, coetus – (dichte) Schar**: UF-
FING. Ida 1,17 quem (*daemoniacum*) mox non parva iuvenum
-o . . . detinuit. CONST. imp. I 31 p. 63,6 Henricus . . . -e epi-
scoporū . . . circumfultus undique. VITA Annon. I 3,16 p.
504^a,43 aderant . . . praeter . . . nobilitatis magnas -es episco-
palis familiae religiosorumque greges. **β spectat ad res i. q.**
spissatio, compressio – Verdichtung: HERM. CARINTH. es-
sent. 2 p.206,26 conclusus infra terre viscera spiritus quasi -e
quadam infervescit. 2 *medic.*: **α emphraxis, obstrusio,**
constrictio – Verstopfung (t. t.): α de -e intestini ('Kon-
stipation', 'Obstipation'): PRACT. puer. 42 si . . . puer patitur
nimiam -em, fiat suppositorium. CIRCA INSTANS p. 32b^r con-
tra -em ventris (IOH. IAMAT. chirurg. 1,15 v. fluxus et
eiusdem -o, utrumque malum. WALTH. AGIL. med. 97 p.
192,19. ALBERT. M. animal. 22,34. *al.*) MAURUS progn. 15 p.
32^a,56 ydropisis provenit vitio intestinorum vel ex retentione
fecum propter -em vel propter immoderatum fluxum in-
adi. conversus, -a, -um. **1** *contrarius* - *umgekehrt, entgegengesetzt*: THEODULF. carm. 35,24 vice -a gaudia dant lacrimas. BERNO epist. 13 p. 41,12 -o modo. FORTOLF. rhythmicum. 162 dupli . . . -o ordine positi. CHART. civ. Halb. 119 sicut idem mansus de manu in manum descenderat obligatus, sic usque ad nos a manu ad manum per viam -am rediit resignatus. *al.* **2** *in contrarium versus, inflexus* - *einwärts gewendet, nach innen gekrümmt*: ALBERT. M. animal. 3,81 quando ad non fertilia (*sc. pascuam*) mutatur *bos*, habebit pilos duos -os si ve crispas et grossos. *de spinis uncinatis in nomine herbae cuiusdam (Agrimonia eupatoria L.)*: GLOSS. III 475,11 St.-S. lappa -a clhetto (*cf. Oribas. eup. 2,1 A34 La p. 439* argimonia, quam rustici lappa inversa vocant). **3** *paenitens* - *reuig*: ALDH. virg. II 2819 qui (*Dominus*) solet . . . -is . . . reis noxarum solvere vincla. **4** *expertus, versatus* - *beschlagen, 'versiert'*: EPITAPH. var. I 1,3 artibus omnigenis -us, pectore largus.

subst. 1. convertens, -entis m. paenitens, contritus - *der Reuige*: RHYTHM. 12,22,2 ymnum dicant penitentes, laudes cantant -es. *spectat ad ingressum monasterii*: CAES. HEIST. hom. exc. 29 timendum, ne Ihesus, qui -i positus fuerat in resurrectionem divini amoris, morienti propter apostasiam fuerit in ruinam eterne dampnationis.

2. conversus, -i m. **1** *latius i. q. paenitens, contritus* - *der Reuige*: ARBEO Corb. 8 ad ignoscendum -is non piger. HRABAN. hom. II 52 p. 246^B qui propter inobedientiam perversorum descendit, propter obedientiam . . . -orum ascendit. THIETM. chron. 2,23 p. 66,17 -is quibusque paratus ad omnia Deus. BERNOLD. CONST. libell. IV 4 cum -os non reordinarent sancti patres. *al.* **2** *strictius de vitam monasticam profitentibus vel sine regulari professione cum monachis cohabitantibus* ('Konverse' [t. t. eccl.], de re v. *LexMA. V. p. 1423sq.*): *a monachus* - *Mönch* (*de eis, qui adulta iam aetate saeculum reliquerunt*): IOH. CANAP. Adalb. A 29 cuidam -o Iohanni

Canapario talia Dominus per visum ostendit *eqs.* THIETM. chron. 7,52 p. 462,28 Gunterius -us causa Liuticios predicandi ivit. AMARC. serm. 1,131 quid de -is, quos recto et nomine vero appellare volens perversos dicere debet, . . . feram? *al.* **b** *frater laicus* - *Laienbruder*: **a** *def.*: IDUNG. PRUF. argum. 830 ille est laicus, qui nullum ordinem clericalem habet, quem consuetudo vocat -um. EPIST. Hildeg. 84 de secularibus et idiotis ad spiritalem conversationem conversis, quos nos -os dicimus. CHRON. Reinh. a. 1215 p. 585,39 duo illitterati, quos -os vocant. **β** *exempla*: HAIMO (?) Wilh. 23 p. 219,34 religiosos monachos simul cum -is laicis. CHART. Wirt. I 302 aderant . . . de -is (conservis *cod.*): Adalbero *eqs. (item de testimonio)*: CHART. Tirol. 923. CHART. Welt. 19. *saepe*. CHART. Bund. 305 p. 226,26 servientes -i. CHART. Heinr. Leon. 31 rogatu Gelpardi fratris -i (CHART. Burgenl. II 157. *al.*). CHART. Mog. A II 671 p. 1095,4 que (*animalia*) per -os suos nutriunt (*sc. fratres*). CHART. Bund. 508 p. 23,35 Danio -sso ecclesie sancti Remidii. CAES. HEIST. hom. exc. 44 -us quidam simplex de grangia. CHART. Eberb. 472 p. 270,14 duos forestarios -os. *persaepe*.

3. conversa, -ae f. **1** *eccl.* ('Konverse', *cf. p. 1837,70*): **a** *monialis* - *Nonne* (*de eis, quae adulta iam aetate saeculum reliquerunt*): VITA Liutg. III 1,748 condidit aliqua . . . claustricula, istic conversorum, illic -arum. **b** *soror laica* - *Laienschwester*: GESTA Lob. 23 p. 326,8 tantam . . . noviciorum tam laycorum et mulierum . . . quam etiam clericorum multitudinem adiuravit, ut exceptis conversis et, ut ita dicam, -abus de solis monachis pene ad centum claustrum impleverit. CHART. Solod. I 331 p. 185,9 II scopoze, quas contulit Iudenta -a ecclesie. *TRAD. Patav. 1345* Diemudis . . . et Gerdrudis videlicet -a sunt conversales sancti Stephani ad V denarios. *al.* **2** *log. (ellipt.) i. q. conversio, propositio inversa* - *Umkehrung, umgekehrte Aussage*: ALBERT. M. anal. pr. 2,3,5 p. 735^a,36 omne C A, aliquod B non est A, ergo aliquod B non est C, quae non est opposita minoris, sed -a eius. *ibid. al.*

4. conversum, -i n. **1** *locut. adv.* e -o (econverso) *i. q. ex contrario, econtra, vice versa, rursus* - *umgekehrt, auf der anderen Seite, dagegen*: **a** *gener.*: ALFAN. premn. phys. 27,8 p. 108 creator . . . complexus est animalia naturalibus et e -o (*PG 40,708^A ἀνάπαλιν*). VITA Norb. II 74 p. 1307^A vir Dei e -o videns . . . principis cor nobile. URSO element. 4 p. 107,9 dum aliquid calidum et siccum fit frigidum et humidum . . . vel e -o (contra R). BURCH. URSB. chron. p. 84,4 recedentes quam plurimi a Philippo Ottoni adherentes, et e -o. ALBERT. M. veget. 1,187 'non . . . de facili fit, quod ex semine malo proveniat planta bona neque econverso (econtrario V)'. *saepe*. **b** *publ. et iur. de recompensatione*: *TRAD. Patav. 121 p. 97,39* (a. 1121/38) Manegoldus . . . predium . . . super altare sancti Stephani in proprium dedit; et e -o IIII hōbas . . . in suam proprietatem recepit. CHART. Raitenh. 209 p. 176,2 quod . . . unam libram denariorum . . . reciperem annuatim et econverso . . . fratres . . . predictas curias . . . possiderent. ACTA civ. Wism. A 107 Hinricus Niger . . . resignavit uxori suae bona sua . . . et ipsa econverso. *al.* **2** -o (*abl. pro adv.*) *i. q. ex contrario, econtra* - *umgekehrt, dagegen*: HERM. CARINTH. essent. 1 p. 124,17 aut celum . . . stare terramque moveri aut -o aut utrumque . . . necesse est. p. 140,11 aiunt . . . ex motu celestium intervalla eorum deprehensa . . . ; nos . . . -o et distantias intervallorum partim metiemur et inde motus ipsos longe inequales demonstrabimus. *ibid. al.*

adv. conversim. per conversionem, e converso, convertibiliter - *in der Umkehrung, umgekehrt, in umkehrbarer Weise*: **1** *gener.*: HEIRIC. Germ. I 6,553 verbum caro fit, carnem quod fecerat olim, ut caro -m fieret . . . verbum. YSENGRIMUS 1,1009 quod numerum serie -m diceret acta rusticus. *al. item* (*ex nostra parte*) - *ebenso (unsererseits)*: EPIST. Teg. 52 p. 62, 3 hec -m volumus, sed non possumus. **2** *log.*: CARM. var. III C 3,58 risibile est hominis proprium, quapropter idipsum -m (conversum *var. l.*) dici valet *eqs.* IDUNG. PRUF. dial. 1,377 lex nichil aliud est quam omnia illa (*sc. decem*) precepta, et -m nichil sunt aliud omnia illa precepta quam lex. ALBERT. M. praedicab. 6,2 p. 115^b,32 haec (*sc. praedicabilia*) . . . sic dicuntur proprie propria, quoniam etiam convertuntur et -m praedicant-

tur de specie universaliter. herm. 2,2,3 p. 446^a,28 sequuntur ista (sc. modales enuntiationes) -m, ita quod quaelibet earum et antecedit ad aliam et consequitur eam. *ibid.* al. 3 *math. et mus.*: SCHOL. enchir. 3,369 facies cordam ad cordam . . . sescuplo maiorem . . . ; rursus -m cordam ad cordam . . . metieris epitritam. MATHEM. var. Bubnov p. 254,4 si . . . multiplicatores et multiplicandos -m disponas *eqs.* al. v. et p. 1826,65. Antony

*convesaticum v. *conversaticum.

convescor, -i vel rarius convesco, -ere. script. cov-: GLOSS. I 88,33 St.-S. *partic. praes. usu subst.*: l.16.

(communiter) edere – (gemeinsam) speisen: 1 in univ.: VITA Filib. 30 (MGMer. V p. 600,5) cum . . . simul -rent (-rentur var. l.) *Filibertus et Ansoaldus.* HRABAN. hom. II 95 p. 325^D qui (paenitentes) . . . non solum ad colloquendum, sed etiam ad -endum recepti sunt. PETR. DAM. epist. 55 p. 152,16 lucium dapifer attulit et in se -entium oculos et ora convertit. VITA Ger. Bron. 22 p. 672,54 amoenum . . . ac herbidum descendentes in locum protinus discumbunt ad -endum. VITA Annon. I 1,8 p. 470^b,25 introducebantur ante eum ad -endum peregrini. ASINARIUS 205 hoc contentus ero, si -ar (converser var. l.) domicelle. al. v. et p. 1633,25. 2 de Christo et discipulis eius (exempla spectant ad Vulg. act. 1,4. al.): RHYTHM. 42,19,4 videndum se ipsum prębuit apostolis . . . favumque melis -ens. VITA Euch. Val. Mat. 12 per dies XL . . . apparuit Christus colloquens cum eis et -ens (sim. FLOR. LUGD. carm. 3,20. al.).

convessur v. confessor.

*convestigium, -i n. *vestigium* – *Fußspur*: ANNAL. Mell. Claustr. III a. 1178 p. 632,1 *dux Austriae* -a (cf. *Lucan.* 2,652 *vestigia*) premens fugientis (*ducis Bobemiae*) per loca aspera . . . exercitum duxit.

convestio, -itum, -ire. 1 *vestire, induere* – (*be*)*kleiden* (in *imag.*): HRABAN. univ. 19,6 p. 514^C cunctis . . . arboribus prior flore se -it *amygdala*. 2 *tegere* – *decken*: BREVIL. de inc. (MGScript. XX p. 620,23; c. 1187) flammae . . . monasterio incumbuere et tecta, quamvis -ta diligentissime plumbo, . . . deicere.

convexatio, -onis f. *molestia, vexatio* – *Belästigung, Behelligung*: DIPL. Merov. I 18 ab<sq>e< lite . . . convexacion (in loco corrupto).

[convexit v. conquinisco p. 1483,44.]

convexitas, -atis f. *curvamen, curvatura* – *Krümmung, Wölbung*: 1 *gener.*: ADALBOLD. Boeth. 165 aeris puritatem caelestis sperae -i substrinxit *creator*. BERTH. ENGELB. assert. 23 (Angelomontana. 1914. p. 163) in opaca vallis -e (connexitate *ed.*, *vix recte*) ad superiora evadere. ALBERT. M. cael. 2,2,1 p. 128,27 oportet, quod corpus locatum in concavo corporis rotundi sit -is rotundae necessario. caus. element. 1,2,6 p. 72,52 illa -s *litoris* potest esse duobus modis, versus mare . . . aut versus terram vel forte versus utrumque. al. *de declivitate*: ALBERT. M. veget. 7,54 agri . . . in -bus montium siti frequentissime patiuntur siccitatem. 7,55. 2 *spec.*: a *anat.*: ALBERT. M. animal. 1,214 quae (*pars*) interiacet inter oculum et aurem, vocatur *gybosum* sive -s *genarum*. 1,400 altera . . . *pars* (sc. *venae*) egreditur usque ad stomachi *gybositatem* sive -em. *ibid.* al. b *geom.*: ANON. circ. p. 537,3 circuli -es.

convexo, -avi, -atum, -are. *molestare, vexare* – *belästigen, behelligen, plagen*: 1 *gener.*: SISEB. Desid. 22 quacumque fuerit quispiam egritudine -tus *eqs.* LUP. FERR. Wigb. 24 ne . . . *populus* . . . *fratres* . . . *caeca* *seditione* -ret (*vexaret* var. l.). 2 *publ. et iur.*: LEG. Wisig. 2,1,18 nullus . . . quemcumque presumat per iussionem aut saionem vel distringere vel in aliquo molestius -are, si nec fuerit iudex. 5,7,17 si . . . *liberti* . . . *manumissores* . . . *extra iusta negotia* . . . *verint* aut *leserint*. *ibid.* al.

1. convexus, -a, -um. 1 *adi.*: *gibbus, arcuatus* – *gewölbt*: a in univ.: AETHICUS p. 107,1 ultra oceanum -um praemagnum. ARNOLD. SAXO fin. 4,9 p. 87,32 in -is speculis ydola -a apparent. ALBERT. M. caus. element. 1,2,6 p. 72,52 aliquando . . . *litus* est -um. 2,2,1 p. 95,32 'fecit Socrates speculum de chalybde' planum, non -um neque concavum. WILH. RUBRUQU. itin. p. 318,6 vidi duos *Tartaros* armatos tunicis de peccaciis (*i. pittaciis*) -is de corio rigido. al. b *de caelo, firmamento*:

CARM. Aldh. 1,16 *elementa inornia* . . . *quassantur* sub aetherea -i celi *camara*. BERNOW. carm. 1,1 (MGPoet. I p. 395) o Deus omnipotens, -ae *conditor* *arcis*. FLOR. LUGD. carm. 18,6 *patroni* -o varia *rutilant* ceu *sidera* caelo. al. v. et p. 724,43. 2

5 *subst. neutr.* (?*fem.*: l.20): a *de rebus -is i. q. superficies flexa, convexitas* – *gekrümmte Oberfläche, Wölbung*: a *de sphaeris mundi*: ALBERT. M. phys. 4,1,11 p. 222,56 erit motus ignis non solum super -um aeris tantum, sed *eqs.* 4,1,13 p. 225, 54 dicitur orbis primus esse in loco et moveri in loco, quia movetur circa -um illorum (*inferiorum*) orbium (ex *Averr.*). cael. 1,2,2 p. 38,15 caelum . . . 'perambulat' spatium 'infinitem', cuius -um est simile in quantitate *concano* caeli. 1,3, 10^{capit.} de perpetuitate vitae, quae est in exteriori -o caeli. caus. element. 1, 2,6 p. 71,42 radii eius (*lunae*) oblique sparguntur supra superficiem maris et secant -um maris. *ibid.* *saepe*. *poetice de caelo*

15 (*fere usu plur.*): SISEB. carm. 34 nam . . . *aspice* *Foebum*, quam *sublimis* eat -a (-*xsa* var. l.) per aurea mundi. THEODULF. carm. 15,40 quae (*virtus Dei*) -a poli, rura Thetimque tenet. 46, 113. PAUL. ALBAR. carm. 7,8 *Christe* . . . , quem *virtus* *omnis*, *concentus* *laudat* et *omnis*, *sidera* *vel* *quicquid* *centri* -a *tenetur*. 10,7 *ecce* *Christi* *signo* *centri* -a *refulgent*. MARB. RED. lap. 50 p. 1766^B quod si *celsa* *micent* (*miscent* *ed.*, *vix recte*) *tonitru* -a *corusco*. THEOD. carm. (NArch. 39. 1914. p. 162) *virtus* . . . -a poli *replet* et *ampla* *soli*. al. b *de partibus corporis*: ALBERT. M. animal. 1,179 dicit *Loxus* . . . *esse* *debere* *aures* *formatas* *semicirculariter* -o *lineae* *in* *medio* . . . *compresso* *versus* *centrum*. caus. univ. 1,4,7 p. 55,44 *figura* . . . *semicirculi* *in* *concavo* *perfic* *pyxidem*, et *figura* *semicirculi* *in* -o *perfic* *vertebrum*.

30 *de plantis*: ALBERT. M. veget. 2,72 duo *arcus*, qui *componunt* *figuram* *in* *exterioribus* *plantae*, -a *sua* *habent* *in* *exteriori* *superficie*. γ *de devexitate montis* *sim. i. q. declivitas, acclivitas* – *Abhang, Anstieg*: IOH. CANAP. Adalb. A 15 p. 22,4 *ivit* *deorsum* *per* *montis* -a. OTTO FRISING. gest. 2,22 ad *superioris* *arcis* -a *tendunt*, *castrum* *ingrediuntur*. ALBERT. M. veget. 4,62 quae (*claritas*) est *radiorum* *solis* et *stellarum* et *multa* *ad* -um *montis* *reverberatio*. al. δ *de linea circuli i. q. curvatura* (*exterior*) – (*äußere*) *Krümmung, Konvexität*: ALBERT. M. phys. 4,3,13 p. 285,87 *periphēria* 'circuli in eadem' *linea* *indivisibili* *secundum* *latitudinem* 'habet *ambitum*', hoc est 'conca-
40 *vum*, et *planum*', hoc est -um (cf. p. 222^b,3 τὸ κυρτὸν καὶ τὸ κοῖλον). 8,3,3 p. 625,8 *forma* . . . *circuli* *est* -um et *conca-
vum*, *metaph.* 5,2,11 p. 247,77 hoc . . . *principium* *dupliciter* *potest* *esse* *determinatum*, *ad* 'ultimum' *locum* . . . , qui *est* *caeli* *conca-
vum*, 'aut *medium*', quod est *terrae* -um. *ibid.* al. b *de qualitate i. q. curvitas* – *das Gekrümmtsein*: ALBERT. M. metaph. 7,3,2 p. 357,47 aliquando . . . *est* *designatio* *materiae* *imaginabilis*, *sicut* *conca-
vum* *vel* -um. *ibid.* al.

45 [2. convexus v. conquinisco. adde ad p. 1483,34sq.]: RICHER. REM. hist. 3,88 *comprehensum* (*hospitem*) *ligatis* *manibus* et *pedibus* *in* *ergastulum* *detruserunt*; qui *voce* *suppressa* *ibi* *usque* *crepusculum* -*quexus* (*cod.*; *convexus* *ed.*, *vix recte*) *iacuit*.]

*convians, *conviates v. *convio.

*conviato, -onis f. *comitatus, actio comitandi* – *Begleitung*: PETR. DAM. epist. 18 p. 170,7 *gaudendum* *est*, *si* *fraterna* *possim* *vestigia* *parili* -e *tenere*. 28 p. 275,2.

conviator, -oris m. *comes* – *Begleiter*: 1 *strictius*: a *socius itineris, commeans* – *Reise-, Wegbegleiter, Mitreisender* (*fere de hominibus; de Deo: l.65*): VISIO Baront. 18 *per-* *venerunt* *apud* *nos* *fratres* *nostr* . . . *simulque* *et* *alii* -es. WIL-
LIB. Bonif. 8 p. 47,1 *sumptis* *secum* -bus, *navem* *ascendit*. VITA
50 *Deic.* 15 p. 567^b,3 *in* *tam* *vasta* *eremo* *sine* *ductore* *vel* -e *in-* *cedere*. PETR. DAM. epist. 102 p. 130,19 *Adraldus*, *dum* *in* *Bur-* *gundiae* *regno* *michi* -r (*obviator* var. l.) *incederet*. ERKEN.
65 *URAUG.* Hieros. 15,7 *Deo* -e et *cooperatore*. SIGEBOTO *Paul-* *lin.* 14 -es *eius* (*Paulinae*) *ab* *urbe* *discedunt* *ipsamque* . . . *post* *se* *relinquunt*. *saepe*. *accedente* *notione* *periti, ducis*: VITA
70 *Magni* *Fauc.* II 5 *cum* *aprica* *cerneret* *Magnus* *loca*, . . . *sciolus* *rerum* -r *rem* *aperit* *sibi*. b *qui funus exsequitur* – *Teilnehmer am Leichenzug*: WETT. Gall. 31 *ad* *cuius* (*viri*) *exse-* *quium* *tam* *insolitus* *pedestris* *ordinis* -r *factus* *est* *episcopus*. *spectat* *ad* *translationem* *corporis* *sancti*: THEOD. AMORB.

Bened. II 1 p. 259,14 quocumque ire decreveris, devotissimos -es habebis (sc. *Benedictus*). 2 *latius i. q. collega, consors – Gefährte, (Schicksals-)Genosse*: VITA Deic. 9 eremi vastitate una cum paucis -bus inclusus *Columbanus*. PETR. DAM. serm. 25,187 hunc . . . virum (sc. *Iohannem*) ad currendam ut gigas mortalitatis nostrae viam quasi -em sibi Salvator adscivit. RUP. TUIT. Matth. 9,385 ut non posset *Iohannes* illa calciamenta portantium . . . socius aut -r existere (*spectat ad Vulg. Iob. 1,27*). VISIO Godesc. A 1,2 cum . . . ordo dispositionis parochianos nostros ad obsidionem castri evocaret, . . . iter cum -bus arripuit *Godescalcus. al.*

***conviatrrix**, -icis f. *quae comitatur – Begleiterin*: VITA Hildeg. Schon. 5 (ASBoll.³ Apr. II p. 780^F; c. 1200) filiam . . . secum ducere viaeque suae -em facere . . . cogitavit *pater*.

convicaneus, -a, -um. 1 *adi.*: *vicinus – benachbart, nahe gelegen*: PETR. DAM. epist. 89 p. 539,8 -a . . . tibi (sc. *pseudo-episcopo*) regio Placentia est. MIRAC. Donat. 3 (MGScript. XV p. 858,25) corpus . . . in plateam templo -am . . . delatum est. EKKEH. URAUG. Burch. 1,1 p. 7,30 sese . . . non tantum -is ei contribulibus, sed et universo regno prebuit famosissimam *parentela Burkardi*.

II *subst.*: A *masc.*: 1 *strictius i. q. concivis, convicanus – Dorfgenosse, Dorfnachbar*: MIRAC. Alex. 2 (MGScript. IV p. 619^A,30; s. XIⁱⁿ) e quorum (*fidelium*) numero extitit . . . -us et compater eius Franco. LAMB. TUIT. Herib. 2,19 p. 1254,39 confluerant vicini . . . laetum parentibus et -is spectaculum praebuit *paralyticus*. PETR. DAM. epist. 57 p. 179,4 cum -o meo . . . ad ligna cedenda pergebam. VITA Landel. Ettenh. 3,6 quod . . . damno non parvo suos -os contristabat. CHART. Bund. 714 Monasteriensses -i . . . quandam porcionem de communi pastu pecudum suorum contradiderunt. *saepe*. 2 *latius i. q. vicinus, habitator eiusdem regionis – Nachbar, Bewohner derselben Gegend*: a *in univ.*: HECEL. Clem. 1,2 (MGScript. XXX p. 900,7; s. XI^{ex}) -i et maxime, qui periculum incommodi evaserant, . . . sanctas reliquias salutiferi pulveris expetunt. ANNAL. Rod. a. 1104 p. 691,36 -i huius loci . . . asserebant sibi . . . visiones apparuisse. FUND. Mur. 14 p. 45,7 quam periculosos dominos et -os et quam instabiles habitatores . . . semper habuit *iste locus*. CHART. Mog. A II 695 p. 1139,11 quod -us noster . . . bona sancti Iohannis baptiste . . . invasit. *al.* b *de clientibus*: RYCCARD. chron. a. 1214 p. 56^B,33 (epist.) qui (*Sephedinus*) tenet terram cum omnibus -is, civitatibus, castris et villis. c *de convivantibus*: GESTA Ern. duc. II 9 p. 202,35 civitatis Spiriae capitanei et amici mensarum Gnathonici eorum adcurrunt, -i aulae irruunt. B *fem.*: *vicina – Nachbarin*: VITA Virg. Salisb. II 1 p. 88^B,52 quaedam . . . ipsius mulieris -a, cum . . . viscerum dolore torqueretur *eqs.* *de habitatrice eiusdem regionis*: SALIMB. chron. p. 267,16 vix potuit *Guilietta* habere aliquam -am, cum qua iret.

***conviciatio**, -onis f. *contumelia – Beschimpfung*: RAHEW. (?) dial. p. 536,20 si huic -i respondero, in vicio procacitatis similis tibi apparebo.

conviciator (-iti-), -oris m. *homo maledicus, detractor – Lästermaul, Ebrabschneider*: AGOB. 11,93 si aliquis homo . . . quempiam hominum senserit illi (*seniori*) esse inimicum, detractorem, -tiatorem et comminatore. FLOD. hist. 3,21 p. 515,14 refellens *Ludowicus* hos -es suos. LAMB. HERSE. Lull. 26 p. 339,23 tumidus ille Dei sanctorumque eius -tiator. RAHEW. (?) dial. p. 536,24 veniant venti -um, irruant flumina exprobrantium. *al.* *iron.*: EPIST. Worm. I 56^{tit} domino -i facitissimo A. nec ob hoc minus iocundo dulcique amico M. suus.

***conviciatrix** (-iti-), -icis f. *mulier iurgiosa, maledica – zänkische Frau, Lästerin*: CONR. MUR. summ. p. 160,3 mulier deridenda . . . poterit nominari: . . . captiosa, contagiosa, calumpniatrix, -tiatrix.

***convicinalis**, -e. 1 *adi.*: *vicinorum communis – den Nachbarn gemeinsam (de via)*: LEX Baiuv. 10,20 de via -e vel pastorale, qui eam . . . clauserit. 10,21 de semita -e. *ellipt.*: LEX Baiuv. 10,20 tit. p. 236 de -e. 2 *subst. masc.*: *vicinus, confinis – (Grenz-)Nachbar*: CONST. Melf. 3,55 p. 322,1 inter convicinos et -es statutum est, ut *eqs.*

convicinans, -antis. 1 *adi.*: *vicinus, adiacens – benach-*

bart, angrenzend: CHRON. Grad. p. 31,17 universa huius populi multitudo -cium (convitinarum *var. l.*) insularum loca invaserat. CHRON. Ven. Alt. p. 56,13 prope -em locum. *ibid. al.* 2 *subst. masc.*: *vicinus, habitator eiusdem regionis – Nachbar, Bewohner derselben Gegend*: CAPIT. reg. Franc. 54 p. 141,15 ministeria eorum -ium, qui in exercitu simul cum equivocho nostro (sc. *Karolo*) perrexerunt. CHRON. Ven. Alt. p. 68,24 cum -ium laude . . . episcopum eligere. p. 142,19 isti (*Vale-ressi et Pipini*) cum aliis -bus fecerunt ecclesiam. *ibid. al.*

10 ***convicinia**, -ae f. *vel* ***convicinium**, -i n. *vicinitas, loca vicina – Nachbarschaft, Umgebung*: LEX Sal. Merov. add. fragm. 11 p. 536 non potest homo migrare, nisi -a et herba et aquam et via (*de re v. R. Schmidt-Wiegand, Stammesrecht und Volksprache. 1991. p. 346*). PAUL. BERNR. Greg. 115 p. 542,39 in illa . . . -a (convicia *cod.*), hoc est in confinio Noricorum. CHART. Rhen. inf. I 520 solvit . . . -a de Duripvelde cum curia de Dune XV marcas. CHART. Mog. A II 695 p. 1140,8 convocatis . . . clericis et laicis in -o morantibus. ANNAL. Ven. a. 1106 (MGScript. XIV p. 70,30) ignis . . . combussit sex ecclesias . . . cum omnibus earum -is. a. 1167 p. 71,47.

***convicinus** (-iti-), -a, -um. 1 *adi.*: a *de rebus i. q. vicinus – benachbart*: LEG. Wisig. 6,2,4 malefici . . . decem -as possessiones circuire cogantur. DIPL. Karoli III. 88 p. 143,5 de rebus et familiis, quae -iores eidem cenobii videntur esse. CHART. Bern. I 4,8 p. 257,8 de -a ecclesia. Ps. HELIOD. chirurg. 58 incisuram rectam faciamus in caput, aures, in collum vel -a loca femorum. ACTA imp. Winkelm. I 1005 p. 779,11 adiuvere potest reparacioni ipsius castri tota terra . . . , que est sibi -a. *al. v. et l.2.* b *de hominibus*: a *strictius i. q. in vicinia habitans – in der Nachbarschaft wohnend*: TRAD. Frising. 477 p. 409,15 (a. 822) cum consensu . . . episcopi et omnium -orum in eodem loco bonorum virorum ibidem conmanentium. ACTA imp. Böhmer 163 iubemus, ut . . . exteri homines -i predictum forum et mercatum querant. CHART. Sil. D I 261 p. 191,18 (epist. papae) observant episcopi -i, quod *eqs.* b *latius i. q. finitimus, similis – nabestehend, ähnlich*: GODESC. AQUENS. seq. 7, 10^A,3 nos corde percipimus, qualis et quantus est (sc. *Iohannes baptista*), quam -us dignitate Christo sit et morte. 2 *subst. masc.*: a *gener. i. q. vicinus, qui in eodem pago habitat – Nachbar, einer der in der gleichen Gegend wohnt*: CHRON. Ven. Alt. p. 144,15 illi (*Pressi de Patua*) ecclesiam Sancti Gregorii fecerunt cum ceteris -is (*antea*: convicinantibus). THIETM. chron. 6,75 p. 364,15 sine omni iactantia -is plurima impendit *antistes*. DIPL. Frid. I. 405 p. 284,6 nullus . . . ex -is eorum (*burgensium*) in memoribus seu in silvis aliquid eis iniuste auferre presumat. 760 p. 313,25 tanquam ceteri -i debent se indagibus munire *homines ecclesiae*. CHART. Babenb. 249 p. 77,31 de quibus (*mansis*) praefati *homines* . . . compromiserunt in meliores -os. *al. v. et p. 1841,71.* b *publ. i. q. convillanus, comparrochianus, qui communitatis civium particeps est – Dorfgenosse, Angehöriger derselben Pfarrei (fere usu plur.)*: CAPIT. Saxon. 4 qui in patria iuxta quod sui -i iudicaverint seque pacificare noluerit *eqs.* LAND. MEDIOL. hist. cont. 37 -i mei cur . . . presumpserunt me exturbare ab ecclesia sancti Pauli *eqs.* DIPL. Frid. I. 935 p. 203,9 concedimus eis (*hominibus*) . . . potestatem in causis plenarie iudicandi et ordinandi -os suos. CHART. Neocell. Brixin. 20 quod (*allodium*) . . . ego (sc. *comes*) exemi ab omni iure comitiae atque communitatis -orum. *al.*

60 **convicior** (-iti-), -atus sum, -ari *vel varius convicio* (-iti-), -atum, -are. *struct. fere c. acc.; c. dat.*: l.63,65.

1 *offendere, maledicere – beleidigen, schmähen*: PAULIN. AQUIL. c. Fel. 1,11 -bantur rursus Iudaei Domino. RATHER. con. 7,221 ut duodecim nummos nuperrime cuidam dederit, qui ei tota die -retur. 11,328. EBERW. Magner. 19 mulier . . . et sacerdotem -tiare (*cf. Greg. Tur. Franc. 8,12 clamare sacerdoti*) ac dicere coepit: *eqs.* PETR. DAM. epist. 70 p. 317,12 ipsum . . . non leviter -tiatum (comminatus, vitiatum *var. l.*) sum. ALBERT. M. eth. I 372 p. 315,84 non -ari. 374 p. 318,30 'non mochari neque -ari' (p. 1129^B,22 ὀβριζέω), hoc pertinet ad eutrapeliam. *al.* *usu subst.*: PETR. DAM. epist. 153 p. 58,5 cum -ti mens sese in humilitate velut inclinata deponit. 2 (*ludendo*)

irridere – (*scherzend*) *verspotten* (*usu subst. l.2; usu adi. l.5*) ALBERT. M. eth. I 347 p. 295, 56 sq. bene -ans dicitur qui delectabiliter -atur (*cf. p. 1128^a, 7 σκωπόμενον*) et non ad contristationem. eth. II 4,3,4 p. 324^b, 475sq. in ludis propter iucunditatem hominum aliquando -ari oportet; . . . ludos autem -antes vocamus convicia hominum repraesentantes. *ibid. saepe.*

conviciosus (-iti-), -a, -um. *probrosus, maledicus, protervus – schmähend, beleidigend, unverschämt*: VITA Annon. I 1,13 p. 472^a, 23 quam plurimi . . . erga peccantes vel infirmiores . . . non compassione, sed -a dedignatione feruntur. ELIS. SCHON. viar. 19 p. 122,10 prohibite eos (*parvulos*) a verbis impudicis et -is et obscenu cantu (CONR. MUR. summ. p. 119, 10).

adv. conviciose. cum maledictionibus – mit Schmähungen: GESTA Trud. cont. I 83, de emendanda religione contenderet . . . ipse (*Rudolfus*) et sodalis suus, . . . fratribus eis -tiose multum atque iniuriose resistentibus.

convicium (-iti-), -i n. 1 *usu originario i. q. opprobrium, probrum – Vorwurf, Beschimpfung, Schmähung*: a in univ.: a gener.: IULIAN. TOLET. Wamb. 14 principem illum vestrum . . . alligatum vobis ostendam, -is addicam, insultatione inludam. EIGIL Sturm. 25 p. 162,10 ego cunctis ex intimo corde omnia -a et omnes contumelias meas ignosco. CAPIT. reg. Franc. 38,15 ut . . . doceantur abstinere a fornicatione . . . , ebrietate et -tio. GEBEH. SALISB. ad Herm. 23 -a pro accusatione recipienda non sunt. CHART. Rhen. med. I 582 p. 641,18 qui (*foris parrochiam commorantes*) de potentia sua presumentes pro decima solvebant -tia. ALBERT. M. metaph. 5,6,1 p. 281,29 est 'ex -o' (*p. 1023^a, 30 ἐκ λοιδορίας pugna*, eo quod -um 'principium est pugnae'. *persaepe. meton. i. q. conviciator – Lästermaul* (*de pica, v. adm. ed.*): MART. VALER. buc. 4,25 astupet omnis ager, reprimunt -tia cantus. β *publ. et iur.*: LEG. Wisig. add. 2 A p. 462,22 titulus de -is et verbis odiose dictis. CAPIT. reg. Franc. 224,9 si quis iudicibus nostris . . . minas aut etiam -a intulerit eosque verbis aut factis turpiter deonestaverit. DIPL. Frid. I. 447 p. 348,25 mulier inutilis si probam et honestam -is male tractaverit. al. b c. *colore quodam: a calumnia – Verleumdung*: AMARC. serm. 2,544 te . . . non dubium est, Discordia, . . . suaderet dolos, -a, sediciones. VITA Heinr. IV. 6 p. 22,5 iterum se -is armaverunt et eum apud apostolicum . . . criminati sunt *adversarii*. al. β *irrisus – Spott*: HROTSV. gest. praef. 8 unde . . . vereor me temeritatis argui tendiculasque multorum non devitare -i. ALBERT. M. eth. I 351 p. 298,53 non . . . per turpia ludit *eutrapelus*, quia '-um (*p. 1128^a, 30 σκώμιον*) est quaedam contumelia'. eth. II 4,3,4 p. 324^b, 39. *ibid. al. γ vituperatio – Tadel*: RATHER. Mar. 8,313 'increpa', id est, etiam -is, excommunicationibus, verberibus, . . . commissos fatiga. RUP. TUIT. Ioh. 9,481 refutato vanae gloriae -o, quo denotaverant eum (*Christum*) *adversarii*. δ *accusatio – Beschuldigung*: STEPH. LEOD. Lamb. 23 (ASBoll. Sept. V p. 585^F; s. XIⁱⁿ) Faramundus . . . plurimorum criminatus -is expulsus est a pontificali cathedra. MANEG. c. Wolfh. 23 p. 107,18 optimum amicus maluit domini et magistri sui ficta -a decantare, quam *eqs. usu iur. i. q. criminatio – Anklage*: FLOD. hist. 2,5 p. 453,15 Iudeorum vero -a (*cf. CONC. Merov. p. 199,11 convivia*) in Christianos penitus refutanda sunt. 2 *per confusionem i. q. vitium – Gebrechen*: SEDUL. SCOT. coll. 13,4,1 (CC Cont. Med. LXVII. 1988. p. 58) octo sunt principalia -tia (*cf. Cassian. conl. 5,2 vitia*), quae humanum genus invastant.

1. **convictio**, -onis f. 1 t. i. iur. i. q. *actio probatione coarguendi – Überführung durch Beweis*: CONC. Karol. B 31,1 p. 305,23 quod (*sc. remotio episcopi*) sine aperta -e vel manifesta confessione fieri non licet (*inde HINCM. divort. 5 p. 142,11*). RUP. TUIT. trin. 41,7 l. 269 de his, qui sive confessione sua sive -e legali aut regulari de criminibus detecti sunt. GERHOF. psalm. 31,3 p. 26,25 cum se peccasse confitebatur *Saul* . . . praecedente forti accusatione atque -e de mandati transgressione. Antichr. 1,57 p. 369,9 non . . . iudico, . . . nisi vel ex confessione seu -e (*convictione ed., vix recte*). 2 *persuasio – Überzeugung*: ALBERT. M. bon. 511 p. 267,15 instinctus . . . nihil est nisi obligatio ex -e conscientiae.

2. **convictio**, -onis f. *convictus, familiaritas – das Zusammenleben, (vertrauter) Umgang*: ALBERT. M. eth. II 9,3,2 p. 589^b, 46 ex -e amici ad amicum . . . et ex tali convivere bonis ad invicem ἀρχεως (*sic*) fit, id est coexercitatio ad bonum.

1. **convictor**, -oris m. 1 *strictius i. q. conviva, familiaris – Tisch-, Hausgenosse*: ARNULF. delic. 589 -r lepidus conviva vocere facetus: quin epulo pecces, raro convivia cures. VITA Ger. Bron. 22 p. 673,7 tandem convictus -r fit philochristus. 2 *latius i. q. aequalis – Zeitgenosse*: VITA Eberh. Salisb. I 14 p. 84,28 restat suspirare post tantum celibem et -es suos super eum iam minus velle hoc seculum.

2. ***convictor**, -oris m. *victor socius – siegreicher Mitstreiter*: ALBERT. AQUENS. hist. 3,49 p. 373^E plausu maiorum et minorum gloriosus iuvenis attollitur super adiutores et -es. GESTA Ern. duc. II 20 p. 217,25 rex Agrippae compos victoriae cum -bus suis urbem suam . . . ingreditur.

***convictrix**, -icis f. *contubernalis – Hausgenossin*: AMARC. serm. 2,327 que . . . hominum est -x, mitis hirundo.

1. **convictus**, -us m. 1 *strictius: a proprie i. q. actus convivendi, contubernium – Zusammenleben, Umgang, Gesellschaft*: AGOB. 12, 11 l. 19 fideles devote separare se debent et -u et societate infidelium. LUP. FERR. epist. 116 p. 111,24 publicum vestrum -um regio famulatu nobis penitus adimente. LAMB. HERSF. annal. a. 1076 p. 257,31 nihil eum (*regem*) . . . de pessimorum hominum -u ac familiaritate mutasse. BERTH. RATISB. serm. 19 p. 102,1 ex -u formantur mores. CARM. Bur. 33,5,8 sic trahitur presumptio a -u similitum. GESTA Ern. duc. II 2 p. 194,27 ista (*domina*) post aliquantulum -us cum imperatore . . . transcursum temporis spatium ab hoc saeculo . . . migravit. al. b *meton. i. q. comitatus – Begleitung, Gefolge*: LAMB. HERSF. annal. a. 1076 p. 281,24 omnes, quos ille (*papa*) excommunicavit, extemplo a -u contubernioque suo amoveat rex. CHART. select. Wäitz 15 p. 38,17 (dipl. Heinr. V.) si alicuius canonici serviens, qui in -u suo sit, aliquid in civitate peccaverit (*inde CHART. Lamb. Leod. 662 p. 239,4*).

2 *latius: a convivium – Tischgesellschaft, Gastmahl*: CONC. Karol. A 50^D, 21^{capit.} ut episcopi . . . eis (*clericis suis*) . . . in -u participes existant. CAPIT. reg. Franc. 228,3 removeantur ab eius (*episcopi*) -bus (-u *var. l.*) cuncta turpitudinis argumenta. DIPL. Heinr. IV. 466 p. 631,26 si quis illorum (*canonicorum*) serviens hospicio et -u alicuius eorum cotidiano participans. al. *hospitium – Bewirtung, Gastfreundschaft*: VITA Desid. Vienn. 5 cum . . . longo tempore universis venientibus fuisset -us (*convivus ed., vix recte*) praeparatus. EPIST. Hann. 65 p. 112,27 neque enim -u vestro, quo apud vos humanissime acceptus sum, quicquam potest esse liberalius. b *conversatio – Lebensweise, umstände*: CONC. Karol. A 37,52 talem . . . se debet abbatissa exhibere subditis in habitu, in veste, in omni -u, ut *eqs.* EPIST. Meginh. 1 p. 194,3 sic te age, ut qui hoc -u Coloniam . . . tibi despondeas. RAHEW. gest. 4,17 p. 256,23 quod longas manus mortis nec terra securior nec -us delicatior faciet declinare. al.

2. **convictus** v. *convinco*.

convideo, -ere. *videre, conspicerere – sehen, erblicken*: CHRON. Fred. cont. 35 -entes (quo, quod videntes *var. l.*) Saxones (*sc. excidium Saxoniae*) . . . cum solito timore clementia regis petunt, ut *eqs.*

convigilo, -are. *communiter vigilare (cum) – gemeinsam wachen (mit)*: CARM. de Iuda 2,130 expedit orare Christo quoque -are.

***conviguitas**, -atis f. *gravitas aequa (argumentorum) – gleiche Gewichtigkeit (der Argumente)*: GREG. CAT. chron. I p. 188,11 ea (*sc. iudicia*) tantum differantur, que propter -em (*an leg. ambiguitatem?*) diffiniri non possunt.

***convalesco**, -vilui, -ere. *vilesceere – gering, wertlos werden*: TRIUMPH. Remacli 2,20 nihil actum esse, quod eo iniuriarum expositum dicebatur magis -uisse.

***convillanus**, -i m. *convicanus, concivis – Dorfgenosse, Mitbürger*: STEPEL. Trud. 95 quidam . . . sensu omnimodis privatus -orum suorum ducatu ad nos usque pervenit. TRAD. Neocell. Frising. 65 Geroldo . . . in delegatione ipsius predii asterunt tres viri . . . et alii quam plures predicti viri -i. CHART. Austr. sup. II 82 p. 88,21 servicia communia, ad quae ceteri -i sui tenentur. al. *in chartis s. XIII.*

1. **convincio**, -nxi, -nctum, -ire. 1 *proprie*: a *constringere*, *colligare* – (*zusammen*)*binden*, –*schnüren*: RUODLIEB XVII 28 dum tam preclarum -tum viderat *domina* ostrum. MIRAC. Wigb. 5 (MGScript. VIII p. 521,10) quis enim -tis et immotis pedibus incedat? VISIO Godesc. B 7,1 *fluvius* diversorum armorum aciem acutam preferebat ita -tam et densatam, ut *eqs. in imag.*: BERTH. (?) annal. a. 1080 p. 324,46 Mogontinus archiepiscopus . . . Henricum . . . cum suis complicibus . . . dampnatos et excommunes anathematis strictura -erat. *fort. add.*: CARM. ad Agob. 6,2 (CC Cont. Med. LII. 1981. p. 372) vox pollinctoris -xit (covinxit *cod.*, co vinxit *ed.*) <me> inlex. **b** *vinculo coniungere* – *fesseln* (*anb.*): THEOD. AMOR. Mart. 21 erat . . . magister custodiae coniunctus (ANAST. BIBL. Mart. [PL 129 p. 596^C] -tus) beato episcopo, quia sic erat mos, ut futurus pati per gladium -retur magistro custodiae illa nocte. *usu subst.*: CHRON. Mont. Ser. a. 1128 p. 142,33 qui (*rusticus cum alio quodam compeditus*) cum se non solum vinculum, sed etiam -ti sui . . . impedimento detineri quereretur. 2 *translate i. q. commendare, delegare* – *anvertrauen, überantworten*: MANEG. ad Gebeh. 63 p. 416,3 Gratioso Numen-tano episcopo curam gubernationemque sancti Anathemii (*sc. ecclesiae*) . . . -xit *papa*.

2. **convincio** v. convincio.

convincio, -vici, -victum, -ere. *script.*: cumv-: l. 36. *adde* PIRMIN. scar. 17 p. 49,19. -nfi-: l. 39. -ven-: LEX Sal. Merov. 35,2 (*var. l.*). *form.*: *stirp. praes.*: -ic(o): CAPIT. reg. Franc. 9,4. -ci(o): l. 57 p. 1846,30. *stirp. perf.*: -icu(i)-: l. 42. -inc(i): l. 55. *adde* LEG. Wisig. 6,4,3 p. 265,5. -incu(i): l. 41 p. 1846,13. -inx(i): LEX Sal. Merov. 56,6a. 65c. *partic. perf.* -inct(us): l. 36 p. 1846,38. 53. *saep.* *depon.*: LEX Sal. Merov. 9,9. *struct. notabiliores*: ad: l. 41. 42. cum: l. 48. ob: l. 48. per: l. 38. pro: l. 44. 47. propter: l. 43. quia: p. 1846,3. *adde* CAPIT. reg. Franc. 271 p. 302,4.

I *de actione arguendi, probandi*: A *coarguere* – *überführen* (*ferre usu iur.*): 1 *in univ.*: LEX Sal. Merov. decr. Child. 2,5 si quis iudex comprehenso latrone -tus (cumvinctus *var. l.*) fuerit laxasse. LEG. Wisig. 6,1,2 p. 248,26 per probationem -tus qui accusatur. LEX Alam. 6 si quis res ecclesiae furaverit et -tus (confictus *var. l.*) fuerit. FORM. Sal. Bign. 13 ipso ill. omine, qui ipsa terra proprisit, ad ipso iudicio vel ad ipsa cruce eum -nctuit (*item de iudicio Dei*: DIPL. Karoli M. 102 p. 147,15 ad crucem . . . -icuit. CAPIT. reg. Franc. 134,1 qui [*campio*] -tus [victus *var. l.*] fuerit propter periurium. *al.*). CAPIT. reg. Franc. 273,15 quorumcumque coloni et servi pro hoc -ti fuerit. BERTH. (?) annal. a. 1067 p. 273,48 Petrus . . . a domno papa advocatus et pro heresis praedictae reatu huius iudicii argumento -tus. a. 1071 p. 275,17 ob praedictam heresim . . . synodaliter -tus. CHART. Babenb. 237 p. 62,24 si quis -tus fuerit cum VII viris honestis. *persaep.* *usu subst.*: CHART. Carniol. II 272 p. 212,6 (a. 1260) res -ti omnino ecclesie remaneant. CHART. Burgenl. I 496 ut . . . Ponith omnimode compareat contra filios Ebed . . . alioquin habebitur pro -to. 2 *c. colore quodam*: a *accusare, incusare* – *beschuldigen, bezichtigen*: FORM. Marculfi 2,19 si quis . . . contra hanc vindictionem venire timptaverit aut me male vindedissee -nctur (-erit *var. l.*). LAND. MEDIOL. hist. 3,19 p. 88,5 iusta dignaque res est, ut ille (*papa*) . . . simoniacus vocetur et -iatur. **b** *condemnare* – *verurteilen*: CONC. Karol. A app. 9 p. 839,31 (*spur.*) venire, ne -retur, noluit *abbas*, quia nullam iusticiam . . . se habere confidebat. GESTA Camer. cont. II F 442,4 legati civium, quod temere abstulerunt, iudicio pontificum restaurari -ti sunt. *al.* **B** (*com*)*probare, manifestare* – *glaubhaft machen, erweisen* (*als*), *beweisen*: 1 *strictius*: a *spectat ad homines*: RATHER. concl. 16 ne . . . nomen Dei in vanum -ar assumere. WALTHARIUS 702 si -ar, quod proelia primus temptarim. RUP. TUIT. Ioh. 5,2307 -icit *Filius Dei* illos Moysi non credere nec Iudaeos esse, sed esse in synagoga satanae. DIPL. Frid. I. 602 p. 87,8 coram quibus (*scabinis*) debitorem -at *mercator*. *usu* *ad. i. q. notus* – *ausgewiesen, bekannt*: ACTA civ. Wism. A 1097 ita quod, in quacunqve civitate inventus fuerit, per litteras de tali pecunia sit -tus *Simon*. *al.* **b** *spectat ad res*: **a** *in univ.*: FORM. Wisig. 40 p. 593,22 si . . . res illa esse patris tui ill.

iure fuisse debita affirmas, -ere te oportet. LEG. Wisig. 2,1,19 p. 66,7 si . . . hoc nullo potuerit teste -i. 6,5,7 cum aut sacramento aut testibus -tum fuerit, quia id . . . nocendi voluntate commissum non fuit. *al.* DIPL. Conr. II. 244 p. 336,43 ut nullus miles . . . sine certa et -ta culpa suum beneficium perdat. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 285,16 in dubiis . . . causis, licet veris, nondum autem publicatis vel sponte confessis seu aperte -tis. BRUNO MAGD. bell. 34 p. 36,22 plurima (*castella*) . . . de praedis et latrociniiis -ta . . . intacta manere praecipit *rex*. RUP. TUIT. Ioh. 10,331 totam vim argumenti ad -endum, quod *eqs. saepius*. **β** *de proprietate*: EDICT. Roth. 379 si quis . . . terram suam, sicut lex habet, -ere non potuerit. CHART. Tirol. 619 p. 92,27 (a. 1211) si dominus episcopus de iure -incuerit illas tres galeas, quod ille sint rectum feudum ipsius comitis *eqs.* (*sim.* p. 94,5). 2 *latius*: **a** *manifestum, notum facere* – *deutlich machen, kundtun*: **a** *in univ.*: LEG. Wisig. 2,5,17 p. 117,10 ad -endam dignitatem scripture. WENR. epist. 6 p. 294, 12 periuria eius (*Rodulfi*) facile -imus. MANEG. ad Gebeh. 10 p. 332,12 ut prius tot preclaros et illustres viros vituperacione dignos -ant. 24 p. 356,15 si . . . apostolici nostri statuta . . . verae religioni refragari -rent. RANGER. carm. 282 Christum docet *Stephanus* in sinagogis et -it eum per nova signa Deum. **β** *mediopass. i. q. apparere, probari* – *sich erweisen, sich herausstellen*: CONC. Merov. p. 102,16 si . . . saecularium servus esse -itur (cognoscitur *var. l.*). IULIAN. TOLET. insult. 9 quibus (*versibus*) quidam sapiens morti insultasse -itur. GODESC. SAXO theol. 23 p. 324,10 quisquis hoc negat esse, cognoscitur et -itur infidelis. RATHER. otios. serm. 3 l. 64 non scelus ille, sed illum scelus -itur reliquisse. THIETM. chron. 8,20 munera nostrimet in omnibus priora esse -untur (-ciuntur *var. l.*). EPIST. Ratisb. 13 p. 333,4 quod . . . in usu non profluit aliorum, nec tibi multum prodesse -itur. *saep.* **b** *redarguere, refellere* – *widerlegen, zurückweisen*: **a** *gener.*: GODESC. SAXO theol. 22 p. 295,15 Nestorium, qui putavit in Christo duas esse personas, apertissime -it scriptura divina. *al.* BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 285,43 contradictores et perversores earum (*scripturarum*) facillime possunt -i. PETR. DAM. epist. 89 p. 546,2 si dare (*sc. nomina*) non poteris, in hoc te -tum (-nctum *var. l.*) per omnia necesse est fatearis. WENR. epist. 4 p. 288,36 litteris istis . . . facile -imur. *al.* **β** *publ. et iur. i. q. iudicio repellere* – *gerichtlich abweisen* (*ferre usu pass.*): TRAD. Frising. 142 p. 147,11 (a. 791) legitime -ti reddiderunt ipsam ecclesiam in manus Eioni. 288 legitime -ti atque superati. *al.* TRAD. Ratisb. 8 quod si hoc (*sc. pactum*) quisquam derogaverit, a . . . defensoribus -atur. CHART. Sangall. A 437 quasdam res . . . a preposito et advocato -ti restitimus. *al.*

II *de actione suadendi i. q. persuadere* – *überreden, überzeugen*: AGNELL. lib. pont. 123 cum multa controversia et alterna verba inter eos essent, -tus est pontifex. CHRIST. STAB. Matth. 56 p. 1502^B vos omnes episcopi, non potestis -ere istos septem, qui dicunt verbi Dei et carnis naturam unam esse. p. 1503^A. LUDOW. II. ad Basil. (MGEpist. VII p. 386,30) ne . . . quasi ratione -ncti siluisse . . . videamur. DIPL. Otton. II. 93 p. 107,36 sancti Petri . . . iussu -ente . . . genitor <me> nostrum . . . exoravit *archiepiscopus*, ut *eqs.* TRACT. de ord. pont. (MG Lib. Lit. I p. 12,17) introducantur testes . . . qui eum (*imperatorum*) -ant, in sacerdotem eum non debuisset mittere manum. DIPL. Heinr. IV. 471 p. 641,3 Henricum . . . iudicio et testimonio principum, quod abbati predium . . . reddidit, -icimus. VITA Heinr. IV. 13 p. 41,10 quam (*dignitatem*) non ratione -tus, sed vi ferroque . . . coactus dimisisset. *al. v. et vol. I. p. 1519,5.*

III *de actione vincendi*: **A** (*e*)*vincere, superare* – *überwinden, überwältigen, besiegen*: 1 *strictius*: **a** *proprie*: ANNAL. Maxim. I a. 750 (MGScript. XIII p. 20,56; c. s. IX. ⁱⁿ) diu circumclusus a rege . . . cum exercitu valido tandem -tus dedit obsides XL *Haistolfus*. LEX fam. Worm. 20 si quis . . . duello -tus ceciderit, sexaginta solidos vadetur. MANEG. ad Gebeh. 29 p. 364,32 filium bello aggressus facile -icit *rex* et captum . . . oculis privavit. BERTH. ZWIF. chron. 22 p. 210,25 Witigou . . . turbatae pacis reus a quodam milite duello -tus est et occisus. CHART. Sil. D I 28 p. 21,4 (epist. papae) cum dux Mescio

-tos decimos Gedchenses vellet abducere. **b** in *imag. vel per compar.*: BONIF. carm. 1,262 viribus infestis alias -o (*sc. Superbia*) sorores. VITA Galli II 1337 esuries numquam Domini superabit amicos, quin potius -ta iacet. ΕΚΚΕΗ. IV. cas. 30 p. 72,1 ibat mulier vigiliis -ta dormitum. PETR. DAM. serm. 68,19 per eos (*simplices ac ignaros*) versuta mundanae sapientiae argumenta -it *Deus*. RUP. TUIT. trin. capit. l. 2104 p. 61 quod . . . totiens Philistiim vincat David, quotiens catholicus haereticum -it. *al. absol. i. q. triumphare – den Sieg davontragen*: GESTA Apoll. 58 pugnavit . . . dolor, pariter -erat ardor. MANEG. ad Gebeh. 49 p. 412,27 si . . . studia ceperint esse diversa eorum, de quibus certamen emerit, -at (*cf. Epist. pontif. Thiel Symm. 1,5 vincat*) sententia plurimorum. **2** *latius i. q. commovere – beeindrucken*: BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 288,9 si . . . papam metu, minis et blanditiis Romanorum -tum morigerum sibi rex per omnia efficeret. **B** *antedecere, anteire – übertreffen*: ALDH. virg. II 182 lustrat dum terras obliquo tramite Titan cuncta supernorum -ens astra polorum. VITA Radbodi p. 163,5 quos (*sodales*) ambos meritis -bat. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 303,42 omnes suos tam ultra modum diu noctuque laborando -erat *imperatrix*.

[**convinctim** v. coniungo p. 1461,63.]

[**convinctio** v. 1. convinctio p. 1843,69.]

[**convinctiva** v. convinctivus.]

convinculo, -are. *coniungere – verbinden*: ARIBO mus. p. 53,14sq. ille (*motus commixtus*) . . . duabus diapente diateseronve potest -ari susum et iusum et ditono et semiditono, sed ita ut semiditonus iambicus ascendat, non descendat, nisi si duo semiditoni -entur (*inde COMM. microl. p. 168,24sqq.*). p. 57,30 interdum per commixtum motum . . . sibimet -etur *diapente*.

convinio v. convenio.

***convio**, -are. (*francog. vet. convoier; cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 1135*). *partic. praes. usu subst.*: l.36.

1 *intrans. i. q. (simul) viare – (zusammen) reisen*: MIRAC. Heinr. II. 15 mulier . . . corporis miserabili specie deformis et distorta a -antibus (*conviatibus ed.*) vehicule (*sic*) trahebatur. CAES. HEIST. mirac. I 9,29 p. 186,33 in quali (*fodro*) scyphi a -antibus (*convivantibus, communicantibus var. l.*) portari solent argentei. **2** *trans. i. q. (secure) conducere – (sicher) geleiten*: ALBERT. M. Matth. 8,22 p. 293,10 sic . . . determinatum est, a quo recedendum et cui adhaerendum his, qui -ari quaerunt a Christo in temptationibus, eo quod 'temptatio est vita hominis super terram'.

convio, -avi, -are. *violare, profanare – verletzen, entweihen*: WARN. paracl. 412 mors venit ei quoque, tempus qui requieci -vit (*inviolavit, convolvavit, cum violavit var. l.*) egens, paucula ligna legens.

***conviolus**, -i m. (*cf. *convius, ni subest conviva vel conivolus*) *comes, prosector – Begleiter, Geleiter*: THEOD. AMORB. Bened. II 1 p. 258,12 quatinus . . . beatissimum monachem Benedictum . . . per praesentes suos (*sc. Sigeberti*) -os cum digno honore transmitteret *Karlomannus*.

convirginalis, -is f. *virgo socia – jungfräuliche Gefährtin*: HARIULF. chron. 3,29 p. 169,29 hae . . . beatissimae virgines (*sc. Elevara et Sponsara*) . . . beatae Macrae martyris sociae et -es exstiterunt et . . . martyrizatae sunt. VITA Salomae 15 quae (*regalis filia*) patria bona cum ipsa patria sponte reliquerat -ium suarum votivo . . . adiutorio. 21 -is . . . eius, filia regis . . . exulantis cognatae urgeri affectu coepit.

convirgo, -inis f. *virgo socia – jungfräuliche Gefährtin*: NOTKER. BALB. martyr. non. Mai. p. 1079^D cum . . . Euphrosynam et Theodoram, collactaneas et -es suas, . . . ad fidem Domini convertisset *Flavia Domitilla*. VITA Theog. 1,26 p. 461,3 sorores ad id idoneas in eius (*Beatrix*) obsequium deputavit, ut cum dissolutionem corporis ipsius imminere sentirent, ei ac ceteris -bus nuntiarent. VITA Herm. Ios. 18 p. 691^A beata virgo Maria cum quibusdam aliis -bus suis.

***conviscatio**, -onis f. *coniunctio, unio – Verbindung, Vereinigung*: ALBERT. M. euch. 3,19,3 p. 277^b,17 haec -o mutui amoris vocatur adhaesio. p. 277^b,27 per -em amoris vita a fonte vitae influitur Christo conviscatis.

***convisceralis**, -e. **1** *strictius i. q. penitus coniunctus – in-*

nigst verbunden, vereinigt: TRACT. Garsiae 351 ecce apostolicae sedis lateralis effectus est *archiepiscopus*, ecce filius unicus et -is (*cervicalis, convicalis var. l.*) tibi (*sc. papae*) est. **2** *latius i. q. profundus, intimus – tief, innig*: GESTA Autis. 39 (MG Script. XIII p. 398,35; s. IX./X.) fuit . . . huic viro (*sc. episcopo*) sincera et -is affectio.

***convisceratio**, -onis f. *coniunctio – Verbindung*: RADBERT. fid. 3,261 quoniam amor et dilectio -o est patris in filium et filiorum refugio in patres fraterna quoque germanitas.

conviscero, -atum, -are. *penitus coniungere, commiscere – innigst verbinden, vereinigen, vermischen*: RADBERT. corp. Dom. 19,13 carni . . . nostrae caro Christi spiritualiter -ta transformatur. 19,58 cibo potuque (*i. corpore et sanguine Domini*) pascamur et potemur, ut ex ipso per ipsum refecti -remur in Christo. HERIG. gest. 55 p. 188,13 fratres karissimi, praecordiorum meorum -ti compage.

1. convisco, -atum, -are. *medial. (?intrans. l.20) i. q. (ad-, in)haerere – (an)haften, sich festsetzen*: **1** *proprie*: CIRCA INSTANS p. 16b^r ex frigiditate . . . aquae potest medicina scamoeneata -are (*an leg. -ari ?*) villis stomachi. p. 25a^r manna . . . est . . . ros, qui super herbas diureticas cadit . . . et -atur circa herbam. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 382^D signum . . . decoctionis est, quando tota illa substantia lateribus stagnati non -atur, sed *eqs. fort. add.*: ANTIDOT. Bamb. app. p. 36,32 callus et epatis et splenis et renis et -tus (*cf. Alex. Trall. 2,270 callos -tos*) in articulis humidis satis bone solvet *antidotum*. *subst. neutr. i. quod cohaeret – Zusammenhängendes*: v. p. 1407, 11. **2** *translate i. q. constringi – verhaftet sein (mit)*: ALBERT. M. euch. 3,1,9,3 p. 278^a,4 animam et cor transponit *amor* extra amantem in amatum, sicut mors transponit animam, quae -ta in amatum redire non potest ad seipsum. *usu subst v. p. 1847,71.*

2. convisco v. confisco.

***convisitor**, -oris m. *qui una (cum alio) visitor est – Mitvisitor, -inspektor (usu canon.; de re v. LThK. 2X. p. 813sq.)*: CASUS Geng. p. 105,19 (epist.) Bertoldus . . . episcopus . . . -bus suis . . . sinceram charitatis affectum. p. 105,36 irrationabilia -um suorum facta . . . cassando penitus retractavit *episcopus*.

***convitaneus**, -i m. *vitae socius – Lebensgefährte*: ALBERT. M. eth. II 4,3,4 p. 323^b,26 magis coniectant *bomolochi* risum facere quam quod subtrahendo contristent convitentem sive -um (*an leg. convitaneus?*).

convitiator *sim. v. convici-*.

1. convitio, -are. *script. -tit: l. 50. (vitiis suis) inficere, corrumpere, depravare – (mit seinen Fehlern) anstecken, verderben*: FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 36,16 si de duobus (*sc. falconibus*), qui se comprehendunt super praedam, unus solus sit viciosus in hoc et non consentiens, -bit omnes illos, cum quibus volabit. ALBERT. M. Matth. 7,3 p. 245,12 peccatum . . . iudicum -tit (*sic A, ?an legendum -tiat*) urbes et terras et redundat in nocentia multorum.

2. convitio(r) v. convicio(r). **convitiosus** *sim. v. convici-*.

convito, -avi, -are. (*francog. vet. convier; cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 1136*) *invitare – einladen*: GREG. VII. registr. 4,22 p. 333,11 ut . . . abbatem tecum synodo interesse ex nostra parte -are rogando et multum instando procures. MARCUS chron. (MGScript. XIV p. 54,39) ubi (*sc. in palatio*) dux et Veneti -verunt imperatorem suamque miliciam tam egregie quam tanto principi decens erat.

-es. a. 820 p. 154,1 litoris. DIPL. Otton. II. 237 pontis. BALDER. Alber. 21 turris (REGISTR. Mog. p. 48,24). ACTA imp. Stumpf 161 p. 223,4 passuum. HEINR. LETT. chron. 14,8 p. 79,13 exploratores et -es exercitus. 14,10 p. 82,6 viarum. ACTA civ. Wism. A 165 porte. ALBERT. M. pol. 7,5^{capit.} quales debeant esse natura ... urbis -es. *saep.* *per compar.*: ALBERT. M. animal. 1,247 ipsa (*uva*) ... est sicut -s portae cannae super exitum vocis. *meton. de servitio vigillum praestandorum ('Wachdienst')*: CHART. Wirt. IV 959 (a. 1241) domus libera a tallis sive collectis et a vigiliarum -bus. **2 de rebus personatis (in imag.)**: **a de figuris tegetibus in ludo scaccorum**: CARM. var. III C 8,91 cuique (sc. *figurarum*) datur -s. *de latrunculo q. d.*: CARM. Bur. 210,5,1 alficus -s regalis habetur. **b de chorda media ('Zentralton')**: ALIA MUSICA 143 p. 202 ille (*octavus tropus*) habet m. mediam chordam suae qualitatis -em, hic (*primus*) vero eqs. **c usu vario**: HERACLII I 12,6 ipsi (sc. *clavi*) -es laminae sint exteriores. CARM. libr. 16 (MG Stud. XVIII. 1997. p. 154) sit -s hilari, sit consolatio tristi *libellus*. OTLOH. prov. C 50 -s castitatis est virtus humilitatis. *usu attrib. i. q. protegens – Schutz* - : SERMO nat. virg. 5 post incensam sanctorum corporum -em ecclesiam eqs. **3 de sanctis, angelis, Christo**: **a de angelis praesidiariis**: WALAHFR. Wett. 695 caelicolas hominum -es esse sacra scripta ferunt. exord. 13 p. 487,23 auditam fuisse -um invisibilium vocem. HROTSV. Mar. 511 astans ... -s semper ... fidus angelus. *al.* **b usu vario**: SYLL. Elnon. 3,11 omnipotens Christe, iudex -usque tuorum. HRABAN. carm. 51,2,1 si tu, lector, amas -em noscere templi, ... ipse Iohannes adest. THIETM. chron. 6,39 tueatur me -s hominum, Christus (*item de Christo [cf. Greg. M. in euang. 18,2]*): HINCM. ord. pal. 211 Sa m a r i t a n u s, verus ... -s humani generis [HONOR. AUGUST. spec. p. 1060^B]. *al.* **4 de animalibus (usu attrib. i. q. vigilans – Wach** - : l. 33, 35): LEX Sal. Karol. 6,3 si quis ... canem -em domus sive curtis ... furatus fuerit (sim. LEX Frision. 4,7 canem -em pecoris). ALBERT. M. animal. 1,58 noctibus -em habent vigiliarum noctis *grues*. 8,211 cum sint plurimi parvi (sc. *delphini*), plures accipiunt -es de magnis. *al.* **B praevalente sensu curae gerendae (spectat ad munera diversissima)**: **1 de praeposito (-a) maioris dignitatis (de rege: l. 58)**: **a de castrensi, burggravio ('Burggraf'; de re v. Waitz, Verf.-Gesch. VIII. p. 207 n. 5)**: THIETM. chron. 4,5 Ricdagus, eiusdem civitatis -s et inclitus miles. CARM. de Frid. I. imp. 2834 -s Rodecherius arcis. CHART. Carinth. V 174 per castellanos et -es municionum nostrarum ... ecclesie ... nulla dampna ... inferemus. *al.* **b de praeside provinciae Ordinis Fratrum Minorum ('Kustos')**: CHART. ord. Teut. (Thur.) 166 (a. 1262) ego ... minister fratrum minorum provincie Saxonie una cum fratre Th. -e Thuringie ... precavere nitimur, ne eqs. SALIMB. chron. p. 101,17 faciebat (sc. *frater Helyas*) ... laicos guardianos, -es et ministros, quod absurdum erat valde. *al.* **c -s regni i. qui imperatoris vice regit – Reichsverweser (de re v. LexMA. s. v.)**: EPIST. Heinr. (VI.) 9 p. 529,26 quod Moguntinus archiepiscopus ex antiquo suae ecclesiae et dignitatis privilegio sub absentia principis -s regni et procurator esse dinoscitur. **d usu vario**: DIPL. Merov. I 51 p. 46,27 ubi (sc. *in monasterio*) ... Charadericus abba -us praeesse videtur. TRAD. Weiss. 228 p. 455,36 abba seu -us. CHART. Epternac. 114 ubi ... ipse dompnus rex Karolus -s et **rektor** esse videtur (CAPIT. reg. Franc. 74,10. 293, 22). CAPIT. reg. Franc. 210,5 archipresbyteri vel aliorum titulorum -es. HINCM. ord. pal. 270 apocrisiarius ... , quem nostrates capellanum vel palatii -em appellat. CHART. episc. Hild. I 746 actum ... sub Gerdrude priorissa, Goda -e. CHART. Heist. 62 Bia -s. TRAD. Frising. 1580^c Ortwinus co-s. CHART. Westph. VII 392 Conradus ... et Sifridus -es sive provisoires. *saep.* *v. et vol. I. p. 752,18.* **? nom. propr.**: TRAD. Frising. 1815 (a. 1275) dominus Vlricus dictus -s. **2 de officiali, ministro sim. i. q. praefectus, magister, rector, administrator, curator – Aufseher, Besorger, Pfleger, Sachwalter, Wart**: **a de procuratore animalium sustentandorum**: **α in univ.**: IONAS BOB. Columb. 1,20 p. 197,4 equorum. FORMA mon. Sangall. p. 14^b mansio pullorum -is; item -is aucarum. p. 15^b domus equaritia: ... stabula, cubi-

l-ia) -um (*item de agasone, magistro stabuli*: ECBASIS capt. 84 ut -s stabuli solvat . . . vincula colli. *al.*). GISLEB. MONT. chron. 228 ius . . . de ursis pascendis et ipsorum ursorum -bus. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 135,10 cum manus -is eis (*fal-conibus*) porrigitur *eqs.* MIRAC. Gunth. erem. 7 quidam -s apum monasterii (*item de apiario*: ALBERT. M. animal. 8,173 venit -s examinum et interfecit apes extraneas praedatrices). *al.* **β** *pastor* – *Hirte*: FROUM. carm. 11,18 -s pecudis. *al.* in *imag.*: REGINO chron. a. 885 p. 125,9 eram . . . in eodem loco dominici ovilis, quamvis non idoneus, tamen -s. *al.* **b** *de -e ecclesiae, altaris*: **α** in *univ.*: CHART. Worm. 37 (c. 1000) que omnia . . . ad altare sancti Petri . . . et eiusdem altaris -i . . . restituumus. CHART. Aquens. 26 Conradus -s ecclesie . . . ceterique canonici in capitulo. CHART. Alsat. B 662 (spur.) -s altaris et procurator. *al.* **β** *de mansionario, sacrista* (*'Mes-ner'*, *'Küster'*): ORD. Rom. 10,3 processionem . . . acturis a -e . . . in sacratio ornamenta praebenda sunt. PONTIF. Rom.-Germ. 99,197 dantur a -bus palmae. 99,220. CONSUET. Trev. 10 abbate in medio stante offertur candela, stola et liber a -e. CHART. Eichst. 3 p. 12,2 ecclesie -bus (*sc. pars praebendae tribuatur*), quatenus . . . pavimenta purgentur et mundentur. REGISTR. abb. Werd. 8,6 cellerarius accipiet a -e quinquaginta et I candelam integram. CHART. Traiect. 493 p. 439,43 -s matricis ecclesie, quem vulgo campanarium dicunt. CHART. Merseb. 367 p. 299,18 carbones sufficientes conparet -s noster. *saepe*. *expressius de vigile sepulchrali*: MIRAC. Martial. 2,2 (MGScript. XV p. 280,35; s. VIII./IX.) ut mathorarium (*i. martyrium, ut vid.*), qui et -s sepulture eiusdem erat, ipsum ad regem dirigerent *conciues*. **c** *de thesaurario (-a)*: PASS. Leod. 21 (MGMer. V p. 303,4) iussit -i discos argenteos . . . foras eiecere. WALTHARIUS 113 -s thesauris provida cunctis efficitur *virgo*. 261. CATAL. thes. Germ. 87,1 thesaurus ecclesiae tempore, quo Eberhardus -s adeptus est custodiam. 29,1 sub custodia domine Gertrudis . . . , que fuit decana et -s. ALBERT. STAD. quadr. 62 thesauri -s et depositarius. *al.* **d** *de praefecto (-a) bibliothecae, tabulario*: CONC. Merov. p. 143, 14 -es cartarum. WALA brev. memor. (Corp. Consuet. Monast. I. 1963. p. 421,38) -s cartarum omnia provideat monasterii monumenta. HIST. mart. Trev. 16 p. 377^E quae (*soror*) -s erat librarii. ACTA imp. Winkelm. I 994 p. 748,27 habebunt secum rationales . . . -em unum archivi, cursores duos. *al.* **e** *de officialibus asservante*: LAMB. WAT. annal. a. 1167 p. 541, 23 domnus Alardus sigilli -s erat. ACTA imp. Winkelm. I 988,3 p. 738,38 -es sigillorum iurabunt omnia . . . supradicta. *al.* **adde**: CHART. Brixin. 171 (a. 1273) quod sigillum capituli actenus reservatum per -em contra consuetudinem ecclesie *eqs.* **f** *usu vario*: LEG. Burgund. const. I 27,8 vineae. WILH. HIRS. const. 2,45^{capit.} vini. 2,51 p. 1111^C hospitii. CHART. Hans. add. 601 p. 388,5 ponderis. CHART. Stir. II 55 p. 94,9 ne -es f o d i n e habeant facultatem libere intrandi (119 p. 180,8. 142 p. 214,14). CHART. Alsat. A 5 p. 9,11 -s agrorum . . . , qui vocatur b a n -w a r t (CHART. Bern. III 250). HIST. Augiens. III p. 658,24 -bus . . . silvae, qui vulgo dicuntur v o r s t a r e (CHART. Turg. III 307. CHART. Turic. 1023 p. 107,18). CHART. Hans. 663 p. 231,18 -s, qui dicitur biriz. REGISTR. Xant. p. 59,33 -s granarii sive spikerambt. CHART. Eberb. 437 p. 218,17 -es, qui s c u -z e n dicuntur (505 p. 322,20). *persaepe*. **adde**: CONST. imp. I 299 (a. 1184) quod episcopus officiatum suum et -em rerum suarum pro sua voluntate remove potest.

II translate: **A** *de hominibus*: **1** in *univ.*: WALAHFR. Blaithm. 58 linguae -s (*item de cautione*: VITA Mathild. II 11 p. 168,3 *Mathildis* -s oris sui, ne *eqs.*; *cf. Vulg. psalm. 140,3*). **2** *qui (quae) observat, obtemperat* – *Wahrer(in), Befolger(in)*: RUD. FULD. Leob. 11 p. 126,47 pedes omnibus manibus suis lavit dominicae institutionis -s et ministra. CHART. Sangall. A 733 p. 336,29 qui . . . verus -s et o b s e r v a t o r (*sc. privilegii*) extiterit (CHART. archiep. Magd. 142 p. 202,34 [epist. papae]. *al.*). IOH. CANAP. Adalb. A 1 fidus -s divine legis. *al.* **3** *qui (quae) conservat, sustentat* – *Bewahrer(in), Erhalter(in)*: ARBEO Corb. 1 suae continentiae . . . -s. 16 p. 206,13 vir sanctissimus, suae p a t i e n t i a e gustus (*m. al. corr. -s 2, gustas 1*) *eqs.* (BERTH. [?] annal. praef. p. 267,19).

HRABAN. carm. 84,7 iustitiae -s (*sc. Haistulfus*) rectus patiens-que, benignus. WALAHFR. Wett. 159 virtutum -s. *al.* **4** *defensor* – *Verteidiger*: SYLL. Elnon. 1,9 nobilitatis apex . . . , amatur iustitiae, -s fidei *eqs.* STATUT. ord. Teut. p. 25,10 quod . . . caput ecclesie, Christus, -es foret habiturus. *iron. i. q. patronus* – *Schirmer*: PAUL. BERNR. Greg. 45 p. 498,19 fuit . . . vir . . . perditionis filius . . . , galea homicidarum et scutum traditionis, . . . -s susurrationis. **B** *de herba* -s horti *i. q. quin-quefolium, pentadactylos* – *Fünffingerkraut* (*Euphorbia helioscopia* L., *ut vid.*; *cf. André, Plantes. p. 191*): GLOSS. Salern. p. 5^b,45 custosarci (*leg. -s orti, ut vid.*), miracul. BERNH. PROV. comm. 3,2 p. 281,41 pentadactylus, -s orti, gira solis idem est. ALPHITA I p. 286,41 -s hortorum, pentadactylos idem. ALPHITA II p. 47,3 (*cf. R. Creutz, QuellStudGesch-Nat. 7. 1940 p. 461. 492*). **C** *de sidere*: ARNOLD. SAXO fin. 1,2,2 p. 17,39 Ykaros, id est -s palustris (*leg. plaustris, ut vid.*; *cf. Mythogr. Vatic. 2,79,20*).
[**custosarci** v. **custos** l.11.]
***custria** v. ***custoria**.
custrix** (constris), -icis f. (custor**) **1** *custos* – *Küsterin*: WOLFHARD. Waldb. 3,6 p. 272,24 a Diotilda, -e ecclesiae, . . . aliquid operis accipe (*sc. muliercula*). CHART. Gelr. 806 p. 787,13 in quolibet anniversario predictorum habeat . . . -x XII denarios . . . ad candelas. *al.* **2** *de abbatissa i. q. praeposita* – *Vorsteherin, Leiterin*: FORM. Senon. I 31 Deo sacra illa abbatissa . . . -x preesse videtur. 32 inluster abbatissa illa inhibi constris preesse videtur. *Konstanciak*
construs v. **costrus**. **custudia** v. **custodia**.
custudio v. **custodio**. ***custum(i)a** v. ***costum(i)a**.
***custura**, ae f. (*francog. vet. costure*) **actio** (*con*)suendi, *opus* (*con*)sutum – *Näherei, Näharbeit*: REGISTR. Prum. 10 -am faciunt ad cameram. 23 p. 180,10 -am faciunt ad cameram he femine, qui linum solvunt. *Konstanciak*
1. custus v. **gustus**. **2. custus** v. **custos**.
3. *custus v. **2. *costus**.
cutanus v. **cydonius**.
1. *cutel(l)a, -ae f. (*cutis*) **pellicula** – *Häutchen*: GLOSS. IV 51,61 St.-S. -ela pellicula hutili a cute.
[2. cutella v. **scutella**: CHART. Laus. 47 p. 91,27 (a. 1238).]
cutellarius, cutellus v. **cult-**. **cuter** *sim. v. caut-*.
***cuterus** (ku-), -i m. (*theod. inf. vet. kutere*; v. *T. Erb, Philologus 130. 1986. p. 264*) **lanius, macellarius** – *Metzger*: CHART. Lub. I 269^a p. 250,21 (a. 1262) domus k-orum super Wokenitz solvit annuatim X marcas denariorum. ACTA civ. 45 Wism. B 528 in . . . platea k-orum.
***cutica**, -ae f. (*cutis*; *cf. Meyer - Lübke, REW³ nr. 2429*) **cutis** – *Haut*: EDICT. Roth. 46 si quis alii plagam in caput fecerit, ut -a (-am, co-am, co-a, codica *var. l.*) tantum rumpatur, quod *eqs.* 103.
cuticellus v. **codicillus**.
cuticula, -ae f. **1** *cutis, membranula* – *Haut, Häutchen*: WALTH. SPIR. Christoph. II 5,201 ne peste rogali exilaret tristem contracta -a regem. EPIST. Hann. 27 p. 62,7 moverent te ad miserationem . . . costę interlucentes . . . , tenuis uteri -a dorso adiacens. HILDEG. phys. 5,6 (ed. pr.) si homo . . . in oculis caligat, . . . -am fellis piscis huius (*i. welcae*) . . . ad solem exsiccet. ROGER. SALERN. chirurg. 2,84 potest . . . -a, que supra nervum est, sui. NOTULAE Wilh. Cong. 797 cum -a (*sc. pustulae*) remota fuerit, superponatur corrosivum. *al.* **2** **pellicula, pellis** – *Pelzchen, Fell*: CHART. Sil. D I 281 p. 207,35 (a. 1227) de Zagan . . . nomine decime melle . . . contenta erit ecclesia, de Wlen -is asperiolinis.
***cutina** v. ***cudina**.
***cutineus**, -a, -um. (*cutis*) **ex corio factus** – *ledern*: VITA Galli I 7 habit vir Dei capsellam unam -am sub suam custo<diam>. **cutinus** v. **cydonius**.
1. cutis, -is f. *form. acc. sg. -im*: p. 2177,30. 44. **adde** MAURUS progn. 10 p. 28^b,23. *al. metr. cüt-*: ALDH. carm. 70 eccl. 4,7,8.
I strictius i. q. pellis – *Haut*: **A spectat ad homines**: **1** *proprie* (*in imag.*: p. 2177,6): **a gener.**: **α** in *univ.*: LEG. [Pömbacher]

Wisig. 6,4,1 si ingenuus ingenuum . . . in capite percusserit, . . . det . . . pro -e rupta solidos X (item de -e capitis: HROTSV. Pel. 397. MAURUS (?) anat. II p. 11,10. *saepius. v. et l. 23. p. 1240,12*). WALAHFR. carm. 75,4,3 pedibus retracta stat -is. GODESC. SAXO theol. 3 p. 96,28 o misella potentiola, inflata vesica, -is tumida turgida elata, pellis morticina. LAMB. HERSF. annal. a. 1074 p. 185,10 qui (*dolor*) necdum in cicatricem -em obduxisset. FUND. Consecr. Petri p. 180,11 Christus . . . sanguineis guttis -em rubricavit. *persaepe. adde: NICOL. BIBER. carm. 2368 Bartholomee, -is tua det michi dona salutis. β proverb.: OTLOH. prov. N 40 nitens -is sordidum demonstrat animum (cf. Ps. Hier. ad mon. [PL 30 p. 315A]). CARM. in Sim. 1,1,45 (MG Lib. Lit. III p. 698) presul procurande -i plus intendit quam salutem (cf. Hor. epist. 1,2,29. v. et p. 2122,57). b iur. (spectat ad poenam; de re v. Dt. Rechtswb. V. p. 489sq.; HRG II. p. 1788): DIPL. Heintr. II. 501^a p. 640,46 eius (*invasionis ducis*) sequaces -e et capillis pri-ventur. LEX fam. Worm. 20 advocato XX solidos tribuat aut -em et capillos amittat (sim. CHART. Babenb. 183 p. 251,24 crines et -em). HERM. SANGALL. Wibor. 1,26 p. 176,4 plebs fidelium . . . decrevit eam (*moecham*) ad stipitem ligatam -e privari. CHART. Bern. II 281 p. 299,13 si . . . advena aliquem civium percusserit, ligatur ad truncum abstracta sibi -e capitis. al. v. et p. 214,35q. 901,48. 2046,21. 2 meton. de ventre: CARM. Bur. 197,5,6 simplex erit gaudium, si -is non sit plena. 211,3,1 -is eius (*Epicuri*) semper plena velut uter et lagena. B spectat ad animalia: 1 in univ.: ALFAN. premn. phys. 4,10 p. 60 homiomera (sc. membra in animalibus) . . . sunt ut cerebrum, . . . axungia, -is (PG 40,609^B δέγμα; sim. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 63,30). URSO element. 6 p. 207,6 -im animalis humoribus emundat *vis attractiva* ut aloe. ALBERT. M. animal. 3,2 in animalibus inveniuntur . . . membra similia -is et tela; -is . . . totum involvit corpus exterius. al. 2 *exuviae* - Balg, Fell: CARM. Paul. Diac. app. I 6,1,60 a sociis propriis destrahitur . . . -is (sc. ursi). CARM. Cantabr. A 15,3^a,8 caput avulsum *lepusculi* cum -e cedo. RUODLIEB 2,40 abstrahendo -em *caprae*. HERBORD. Ott. 1,27 cetera pars (sc. pellicii) -e leporina constabat. 3 *corium* (*depstum*) - (gegerbte) Haut: MAPPAE CLAVIC. 95 accipias . . . de -e tonsuram (sim. CYMBALA VIII 1). FUND. Mur. 27 p. 81,4 educat *praepositus* res, quae dantur . . . id est . . . filtros, -es, coria. TRAD. Salisb. I 479^a p. 512,27 que (*curiae*) servitium plenum dant, id est . . . duo modii rapule, -em pro oleo (sim. REGISTR. Salisb. 1,2). REGISTR. Eins. 1 p. 40,23sq. de Stege -im; de Banholz I; . . . viginti et III -es. REGISTR. Baiuv. A p. 264,3 de qualibet swaiga solvuntur XXXVI denarii vel -is bovina eqs. *saepius. membrana* - Pergament: AETHICUS p. 152,2 testis est ignavia meae cogitationi fuisse conscientiae, unde corruptibilibus ictibus propria -is capessit.*

II *latus de tegumento vel superficie fructuum vel aliarum rerum: A putamen* - Schale: RECEPT. Lauresh. 4,76 -e rugosa et horrida habet *piper*. RHYTHM. 146,47,1 aspera, dum nascor (sc. *castanea*), -e producitur. al. v. et p. 601,61. B *pellicula, tunica* - Überzug, Film, 'Haut': THEOPH. sched. 1,38 coque, donec videas, quod in supremo quasi -em trahat *aqua*. 3,45 p. 96,2 in percutiendo ab igne et malleo -em ex se trahit *argentum spissum*. 3,74 p. 135,11.

2. *cutis* v. cos. **cutum* v. *cotum.
cuturnus v. cothurnus. *cuva* v. cupa.
cuvella v. cupella. *cuvrum* v. cuprum.
**cuza*(ba), -ae f. (arab. kūz; v. Siggel, Arab.-dt. Wb. d. Stoffe. p. 99) *cantharus collo angusto praeditus* - Krug mit engem Hals: Ps. GERH. CREM. sal. I 30 solutio roritatis est, ut facias foveam et ponas in eam *cuzam* (cf. II 20 vitreatum). 37. sept. p. 324,34 mitte eam (*terram*) in -bas. *ibid. al. cf. *alcuza*.

**cuzunbrum* v. *cozumbrum.
**cyaminus* (cia-), -a, -um (-on). (κυάμινος) *fabaceus* - aus Bohnen, Bohnen-: PAUL. AEGIN. cur. 164 purgatoria . . . ut est [ci-on etnos] (3,28,3 κυάμινον ἔρνος). 266 [lectios ci-a, (3,80 λέκιδος κυάμινη) cum aceto cocta.

cyamus (kymi, coia-), -i m. (κύαμος) *faba* - Bohne:

RECEPT. Lauresh. 5,1,11 dabis *antidotum* ad magnitudinem coiami Egyptii maioris (sim. 5,1,23 p. 336). GLOSS. III 559,33 St.-S. kymi (kinu var. l.) bone.

5 *cyaneus* (ky-, kia-, chia-, cia-, -nos), -a, -um vel **zan(n)us*, -a, -um. (κυάνεος) ?*indecl. l. 17. 19. 1 (sub)caeruleus, glaucus, viridis* - (dunkel-, grau-, grün)blau, bläulich: AETHICUS p. 176,19 chi-us lapis (ex Isid. orig. 14,3,32). GLOSS. II 441,14 St.-S. c-us (latex), viridis vel glasa, blauaruer. 484,51 c-us (latex) grönaz. GLOSS. 5,87 K. ci-us glas faruer.

10 SUMM. Heintr. C p. 243 ci-us blavaruwer, blaulwer. al. 2 *purpureus, fuscus, lividus* - (braun)violett, bräunlich, schwarzgelb: ALBERT. M. animal. 1,147 in glaucis oculis guttae quaedam rubeae aut coloris k-i, hoc est corrupti sanguinis fetulenti, . . . circa pupillam ordinatae videntur. MOSES PANORM. infirm. 16 p. 116,1 refrica locum, donec exierit sanguis vel aqua zanna. marisc. 1 p. 146,7 dentes eius (equi) . . . per aliquos annos stabunt zanos. MAURUS urin. II p. 6,19 kianos est (sc. color urinae) sicut color pulvere, qui fit ex albo et nigro colore. WALTH. AGIL. med. 35 p. 136,13 regula: urina . . . kianos in colore, spissa in substantia eqs. 131. al.

**cyanica* (cia-), -ae f. (cyanus) *de planta quadam fort. i. q. cyanus* - *viell. Kornblume*: ANTIDOT. Glasg. p. 101,18 recipit hec: ci-e dr. XXVIII, appii semen dr. XVIII.

25 *cyanus* (quia-, cia-, -os), -i m. vel **cyanum* (ky-, quia-, -on), -i n. (κύανος) 1 *caeruleum* - (Kupfer-)Blau: COMPOS. Luc. H 8 cyanus compositum (compositus var. l.). O 25 quianus nascitur sic: eqs. al. MAPPAE CLAVIC. 151 alia (*pandii compositio*): . . . quiani partem I, lulacin partem I. 152 quianon. 192 p. 224,41 quianus compositus est. al. COMPOS. Matr. 62,3 succendes . . . quianis et restringe sanguine anseris. ALBERT. M. animal. 23,27 p. 1443,34 alciones sunt aves . . . colore k-i purpureis pennis. al. *meton. i. q. vitrum* - Glas: GLOSS. 5,86 K. cianum glas. 2 *purpura violacea* - Purpur-, Braunviolett: ALBERT. M. animal. 1,163 nigredo . . . oculi . . . declinabit ad rubedinem non veram, sed ad colorem, qui vocatur k-on (cf. p. 492^a,3 αἰωπόν), qui est inter rufum et indicum. *meton. sensu plur.:* ALBERT. M. animal. 8,205 qui (*homines*) a colore corporis dicuntur k-on, eo quod iuxta Ethiopiam habitant.

40 **cyat(h)iscus* (quia-, cia-, -astic-, -os), -i m. (κυάθισκος) *cyathus parvus, cucurbitula* - kleiner Becher, Schröpfkopf: ARS med. 6 p. 31 necesse est . . . ferramentorum nomina dicere ita: . . . quiatiscos (ciasticos K; ciaticos G; κυάθισκος B) eqs.

45 *cyathus* (scia-, quia-, sia-, chy-, cia-, -tus, -os), -i m. (κύαθος) *script. cicothus: l. 53. form.: acc. sg. -on: l. 72. decl. IV.: l. 69. p. 2179,8.*

scyphus (parvus) - (kleiner) Becher: 1 *de poculo: a proprie*: VITA Desid. Cad. 19 p. 577,24 cum . . . aqua fuisset allata, . . . ciato (ciatum, -um var. l.) praeripiens glutivit homo.

50 CONSUEV. Trev. 31 qui (*pueri*) accipientes ab eo (*cellerario*) perlucidus -tos vitri . . . veniunt in medium refectorii eqs. WILH. HIRS. const. 1,15 p. 946^B de signis loquendi: . . . pro signo cicothi (-i cod. Vat. Pal. lat. 564, f. 17^r) eqs. al. b *alleg. de scientia* (cf. Vulg. exod. 25,29; loci fere pendente de Greg. M. in euang. 6,6): DONAT. Trud. 1 (MGMer. VI p. 275,30) quod in domo Domini ch-i (-i, ci-i, -ti var. l.) mensura . . . fabricata est; cuius . . . vasculi normam intra sanctam aecclesiam minime contingisse me fateor eqs. THEOD. AMORB. Bened. I praef. p. 23,9 quatenus . . . pro modulo -ti (ingenii *Maillon*) mei palificare . . . non differam. al. c *meton.: a de potu*: CONC. Karol. A 50^D,51 p. 644,12 ut ex vineolis suis . . . nihil residui sibi (sc. *miseris*) . . . nec ciatius nec uva . . . remaneat. CHART. Sangall. A III app. 86 p. 824,8 in II feria in nona abbas ciatum et oblatas (sc. *debet fratribus*). β *de mensura* (fere rerum liquidarum, rarius solidarum, e. g. l. 68): def.: CATAL. mensur. 4 ciatius habet dragmas X. ALPHITA I p. 284,9 ci-us est pondus unciae duae et semis. al. *exempla*: MAPPAE CLAVIC. 11 sumes argenti ciatos III. BOTAN. Sangall. 27,1 aceto ciatius II . . . in panno inlinis. RECEPT. Sangall. I 23 croco cum mel quiatum vinum temperas. PAUL. AEGIN. cur. 214 p. 155,15 sucus cicorie ciati (siati B; 3,50,2 κύαθος) II. 252 p. 196,14 caciros ci-on (ciaton A) I. ODO MAGD. herb. 237

iangito . . . vini tres -os (ciatos, sciatos *codd.*). CHART. Bund. 705 p. 181,20 dabuntur presentibus . . . II ciati de bono vino ad hanc mensuram estimati, ut *eqs. al.* 2 *de parte lycnuchi pensilis*: ARDO Bened. 17 p. 206,19 in choro dependunt lampade . . . in modum coronae, quae in se insertis circulis -tos recipiunt per girum, morisque est . . . oleo repleto (repletos *var. l.*) accendi. LIBER tram. 13,1 sint accense omnes coronae cum -tibus. 18 sustollant . . . -tos. *cf.* *cratus.

[*cyaticus v. ischiadicus.*]

cybarius, ***cyboriolum**, **cyborium** *v. cib-*.

***cybrio** *v. chibrio.* **cyburium** *v. 1. ciborium.*

1. cybus *v. 1. cibus.* **2. cybus** *v. cubus.*

cycada *sim. v. cicada.* **cycatrux** *v. cicatrix.*

***cycellus**, -i *m. (theod. vet. zisel, zitzel) Citellus citellus* – *Ziesel(maus)*: ALBERT. M. animal. 22,47 de antro . . . non extrahitur *cricetus* . . . nisi aqua ferventi . . . in antrum infusa, et in hoc convenit cum cuniculo et -o.

cyceon (cic-), -onis *n. (κυκεών) cinnus* – *Mischtrank*: GLOSS. med. p. 67,18 -n (ciceon *var. l.*), de quo Circe dicitur fecisse panem cum polentis *eqs. (inde DYNAMID. Hippocr. 1,5 ciccon [ed., vix recte].)*

cycer *v. cicer.*

cychromus (-craunius), -i *m. (κύχραμος, -νος) de ave peregrina fort. i. q. Emberiza hortulana* – *viell.: Ortolan*: ALBERT. M. animal. 23,115 est . . . alia *avis*, quam cycaunium vocant, ita ad recedendum sollicita, quod *eqs. (ex Thom. Cantimpr.: cf. Plin. nat. 10,665qq.)*

cyclada, **cycladis** *v. cyclas.*

***cyclamaticos** (cic-) *adi. (cyclaminus) aristolochia -os i. q. aristolochia (rotunda) – (Rundblätterige) Osterluzei (cf. Hegi, Flora III. p. 164): ANTIDOT. Bamb. 23 aristologia ci-os (clematicis ci. J. Andre, ALMA 23. 1953. p. 105, vix recte) – unu, amigdolas amaras – IIII.*

cyclaminus (cic-), -i *f. vel m. et cyclamen (sic-, cic-), -inis n. (κυκλάμινος, -ον, κυκλαμίνος) nom. sg. -midis: l.45. gen. sg. -e: l.40. -os: l.39.*

*tuber terrae – Alpenveilchen (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1282sq.): AESCULAPIUS 2 p. 4,3 naribus infundi iubemus mente succum . . . aut -os. TRACT. de caus. mul. 65 ex cortice ci-e. ANTIDOT. Glasg. p. 158,16 purgatorium recipit elaterium – I S, ci-us (cidarcinus *ed., vix recte*) – III. PAUL. AEGIN. cur. 33 ci-is (3,5,1 τῆς κυκλαμίνου) succus. al. CONSTANT. AFRIC. grad. p. 379,30 -us calidus et siccus. GLOSS. III 527,21 St.-S. ci-n cassamus, malum terre, panis porcinus, erdphil. IV 183,63 -dis nux, que crescit in terra idest ertnuz. GLOSS. Roger. II 543 ad pustulas faciei . . . accipe radicem . . . si-is. *saepe. v. et p. 2185,11.**

cyclas (cic-), -adis *f. (κυκλάς) form.: nom. sg. -dis: l.56. 61. nom. pl. -de:l.64. metr. -clād-: l.56.*

1 vestis, vestimentum, amiculum – Kleid, Gewand, Überrock: VITA Sadalb. 26 (MGMer. V p. 65,4) vidit . . . infantum agmina . . . niveis ci-bus et laureatis capitibus ovantes. *NOTA de unct. Pipp. (MGScript. XV p. 1,30) Berteradam, . . . regis coniugem, . . . pontifex regalibus indutam ci-bus . . . benedixit (inde REGINO chron. a. 753 p. 45,26. al.). CARM. cod. Paris. (8812) 1,42 quos (sacerdotes) operit depicta ci-is murice tincta. GOZECH. epist. 15 l. 362 cum . . . fulgeat nutrix Legia . . . auro textis insignium gestorum ci-bus et tota sit desiderabilis (sim. GESTA Ern. duc. II p. 291,6. al.). GLOSS. III 175,5 St.-S. de feminalibus vestimentis: ci-es vezstuchelen vel ciclat. 660,5 ci-es mantil. 693,37 ci-is churzebolt. al. tunica – Hemd: GLOSS. II 724,31 St.-S. ci-um untarwanth liuroch. IV 113,14 ci-e chemis. *v. et l.64. 2 textile (pretiosum) – (kostbares) Gewebe*: SUMM. Heinr. C p. 207 -es, -e goteweppe, hemade. CHRON. Ottenb. p. 627,6 de ci-e auro texta casulam unam et dalmaticam emit *custos* (HIST. Augiens. III p. 657,41. al.). al. *v. et l.60.**

1. cyclicus (cic-), -a, -um. (κυκλικός) **1 adi.:** **a strictius i. q. circularis, rotundus – kreisförmig, rund**: SEDUL. SCOT. *carm. II 13,1 sum (sc. cingulum) cingens castos -o (ci-o B) moderamine lumbos. GERB. geom. 4,2 hae (figurae planae) . . . aut rectis . . . aut curvis seu circumferentibus lineis, quas*

Graeci -as . . . vocant, includuntur (*cf. Mart. Cap. 6,709*). **b latius:** **a de tempore i. q. regulariter rediens – regelmässig wiederkehrend, 'zyklisch'**: SEDUL. SCOT. *carm. II 54,10 vivens valetio -is (ci-is B) per aeva giris. 76,33. 81,1. adde:*

5 SEDUL. SCOT. *carm. II 70,1 tempora iam volitant -is (ci-is B) fugientia pennis, ceu scit plaustrigeri concava sphaera poli. β de numero i. q. quadratus – Quadrat- (cf. Boeth. arithm. 2,30): HECEL. Clem. 2,10 (MGScript. XXX p. 907,37; s. XI.ex) ci-a species numeri appellatur, que . . . non solum a senario, 10 verum etiam a quinario proficiscitur. γ de disciplina i. q. encyclicus – enzyklopädisch (cf. Mart. Cap. 9, 998): GUNZO epist. 17 p. 55,4 ci-ε . . . dicuntur artes atque ita in se recurrunt, ut modo trium sonorum nexē reperiantur. v. et p. 596,16. 2 subst. masc. i. q. poeta -us – zyklischer Dichter (cf. Hor. ars 136): VITA Mahum. 7 hoc, quod stili offitio commendare . . . disposui, quasi unus de curiosis -is collegi.*

[2. cyclicus (leg. Cilicius [de Normannis]): TRANSL. Gudw. et Bert. 29 (Sacris erudiri 24. 1980. p. 92; c. 1132/8) gens totius Britanniae a ci-is (Ciliciis *ci.*), qui et pirate, undecumque infestata. *cf. ThLL. Onomasticon. II. p. 435,305qq.]*

cyclon *v. cyclus.*

cyclopeus, -a, -um. **giganteus – Riesen-:** CONR. EBERB. *exord. 5,13 p. 312,15 cuius (Iudae proditoris) instinctu -am voracitatem sectari non timuit frater.*

5 cyclops (cic-), -opis *m. (f.: l.34) (κύκλωψ) 1 gygas – Riese*: GLOSS. II 364,22 St.-S. ci-s risi. 695,52 -um duriso. *al. TRACT. Garsiae 387 Iohannes . . . vidit eum (archiepiscopum) pinguem, . . . rigidum -em corpore giganteo. v. et vol. I. p. 190,69. expressius de Goliath (spectat ad Vulg. I reg. 17, 405qq.): RADBOD. Bonif. 10 p. 70,2 fortissimum . . . prelium cum spurio -e committens et gladio verbi triumphans castra Israelitica a depredatione Phylistinorum . . . eripuit. 2 per confusionem i. q. cyclas – Gewand: GODEFR. VIT. (?) Heinr. 144 cruces et turibula massa sunt confracta, pallia samita, ci-s auro facta.*

35 cyclus (cic-), -i *m. (-um, -i n.: l.60) (κύκλος) script. -cul-: p.2181,1. form. nom. sg.: -on:l.53. -os:l.59.*

1 circulus – Kreis, Ring: a strictius i. q. gyrus, linea circularis – Kreis(linie, -bahn): a gener.: RADBERT. Matth. 9,1895 quae (corona) quasi -us in gyro volvitur. CARM. libr. II 18,9 geminos . . . libellos picturis, numeris, titulis ciclisque rotundis egregia forma discentibus ipse (Cassiodorus) reliquit. METELL. buc. 10,31 que (pars templi) medio compar -o circumtegit altar. SUMM. Heinr. C p. 108 circus vel -us rinc. al. β astron.: CARM. Aldh. 1,84 zodiacus . . . -us. circulus tropicus – Wendekreis: BENZO ad Heinr. IV. 5 praef. quos (sacerdotes et levitas) episcopos faciens elevat ultra -um senis Abderite (cf. notam *ed.*). b latius de rebus rotundis: a discus, rota – Scheibe, Rad: ALDH. virg. II 228 quamquam . . . pavonis . . . teretes rutilent plus rubro m u r i c e -i (cicli *var. l.*; PAUL. ALBAR. *carm. 4,8. 9,86*). β *exedra, apsis – Rundbau, Apsis*: WALAHFR. *exord. 6 p. 480,11 exedra est absida quaedam separata . . . a templo vel palatio . . . , grece . . . -on vocatur. γ corona, diadema – (Kron-)Reif, Diadem*: WALTH.

55 SPIR. Christoph. II 1,28 nostro nitidos figamus vertice ciclos. LIGURINUS 3,203 fulva . . . gemmatis incincte tempora ciclis . . . dominum . . . saluent puellae. δ convexio, arcus – Wölbung, Gewölbe, Bogen (fere de caelo): ALDH. virg. II 1658 post mundum, cum cesset -os (-us, ciclus *var. l.*) Olimpi. HRABAN. *carm. 6,19 ante solum terrae caelique volubile -um praetereant, . . . quam eqs. adde de sphaeris caelestibus*: IOH. SCOT. *carm. 2,3,15 aetherios -os ambient stelliger orbis (THIOFR. Willibr. II 1,29). al. 2 cursus per vicissitudines rediens, periodus – zyklisch wiederkehrende Abfolge, Kreislauf, 'Zyklus': a proprie: a comput.: BEDA temp. 11*

65 -um de c e m n o v e n a l e m propter XIII lunas paschales Nicaena synodus instituit (ALCUIN. epist. 126 p. 186,30. al.). temp. rat. 56,1 de -o (circulo *var. l.*) lunari (sim. AGIUS comput. 4,3. *saepius. cf. 8,11 solares ciclos. al.*). SEDUL. SCOT. *carm. II 6,55 suasit amor Domini tam l o n g o s volvere -os (ciclos B; 30,95). al. AGIUS comput. tit. (Mittellat]b. 14. 1979. p. 70) versus de ciclo p a s c h e m a g n o (comput. 8 capit. al. v.*

[Pömbacher]

et p. 1133,21. *sim.* MARIAN. chron. a. Chr. 22 -ulus magnus pascalis. *al.*) EKKEH. IV. pict. Mog. 376 sol stetit . . . sub Esaia vate secundo; queritur his damnis -orum quid cadat annis (*cf. notam ed.*). SALIMB. chron. p. 38,18 que tria lustra complement -um indictionum. *saepe. in designatione temporis:* LEG. Wisig. chron. p. 460,15 obiit *Reccesvintus* . . . anni -i de cem no val is octavo (THEOD. TREV. mirac. Celsi 15 p. 410,3. CHART. Raitenh. 142. *al.*). TRAD. Frising. 91 indictione I in anno ciclo inchoante. ANNALISTA Saxo a. 1071 p. 698,29 anno cicli lunaris V. *al.* **β** t. t. *medic.* -o curare i. q. περι-οδεύειν - *zyklisch behandeln:* AESCULAPIUS 4 p. 8,7 curentur *maniaci* -i cursu . . . ita ut bis ordine innovent tempus cure. **β** meton.: **α** *tabula calculatoria, kalendarium - Tabelle, Schema, Kalender:* REGINO chron. a. 655 p. 40,12 nec antistitum numerus annorum ciclis Dionisii concordat. HONOR. AUGUST. imag. 3,26 p. 143⁵⁴ hic (*Caesar*) bissectum . . . -um magnum composuit (*sim.* ALBERT. STAD. chron. p. 292,20. *al.*). **β** *ars computandi - Komputistik:* COMPUT. cod. Bern. praef. apud Ebreus conpotus mina vocatur, apud Grecus ciclus dicitur. *v. et p. 1133,44.* *Pörnbacher* *cycna v. cycnus.*

cynarium (cignor-), -i n. (κυκνάριον) *unguentum oculorum, collyrium - Augensalbe:* PAUL. AEGIN. cur. 88 colliris . . . utendum, eo, quod de vino . . . , et armation cum paucis cignorio (3,22,12 κυκνάριον) aut diacrocu.

cycneus (cic-, cign-, cygn-), -a, -um. (κύκνειος) *1 strictius i. qui oloris est, oloris proprius - zum Schwan gehörig, dem Schwan eigen, Schwänen-:* EPIST. Ratisb. 7 p. 300,16 hec nostra verba minus rhetoricis coloribus colorata cum legatis, pavonis pulchritudinem, cignei cantus dulcedinem . . . non expectetis. *2 latius i. q. olori similis - schwänen-ähnlich, -artig (spectat ad albedinem):* **a** *in univ.:* ALDH. virg. I 23 p. 255,10 in castitate florens usque cicneam vetulae senectutis canit em . . . permansit *Iohannes* (LAMB. HERSF. Lull. 25 p. 338,30). HIST. Walc. cont. 11 erat vir iste . . . pro-cere magnitudinis statura valde decorus cigneoque decorus candore. **b c.** *colore quodam:* **α** *canus - weißhaarig:* IOH. NEAP. Sever. 2 (1) inter quos (*homines latitantes*) etiam cygneo capite ipsum episcopum rubore decorum . . . abduxerunt *hostes* (ITIN. Petr. Dam. 5. ORTL. chron. 1,14 p. 66,23. *al.*). **β** *candidus, splendidus - (weiß) glänzend, strahlend:* TIT. metr. I 1,4,22 Columba, tuus . . . , domina, servus, cignea, mauxillum Barionas marmore stravi. AUDRAD. carm. 1,56 cignea . . . sibi cortinis atria girat *iuvenis*. SEDUL. SCOT. carm. II 7,8 indoluit . . . nefas . . . Camena et cygneos vultus abdidit . . . suos. 25,11 cygnea turba stetit Francorum belligerantum, contra corvigenas cygnea turba stetit. *ibid. al.* NOTKER. BALB. hymn. p. 20 in octava Domini: Cignea (*pro epitheto Mariae, cf. notam ed.*).

***cynifer** (cign-), -era, -erum. (cycnus) *qui olores fert - Schwäne tragend:* PAUL. DIAC. carm. 26,18 cum . . . vir arripotens sceptris iunxisset avitis cigniferumque (civiferumque, liniferumque *edd. priores*) Padum Romuleumque Tibrim.

cycnus (ci(n)c-, ci(n)gn-, cin(n)-, cy(n)gn-), -i m. (-a, -ae f.: p. 2182, 1) *vel* **cicinus** (-cen-, -con- *sim.*), -i m. (κύκνος) *script.* cizn-: GLOSS. I 220,36 St.-S. *form. nom. sg. cignos:* p. 2182,14.

1 olor - Schwan: **a** *de ave:* **α** *proprie:* LEX Sal. Merov. 7,7 si quis grugem aut cicenum domesticum furaverit (EDICT. Roth. 317 cicino [cicono, cecinum, acenum, cygnum *var. l.*]. LEX Sal. Karol. 7,6 cignum [cicenum, cicinum *var. l.*]. ALBERT. M. animal. 5,43). ALDH. ad Acirc. 57 in summis cicos (cincnos *var. l.*) agitato (*sc. aquila*) fugaces. HILDEG. phys. 6,5 cygnus . . . frigidus est et humidus. ABSAL. serm. 21 p. 129^B quandoquidem haec (*patientia*) rara avis est . . . nigroque simillima cycno. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 74,6 aves aquaticae natantes . . . habent longum collum, ut modi cinnorum et pellicani. *persaepe. in nom. propr. vel pro cognomine:* CHART. Udalr. August. I 8 p. 180,7 (a. 1169) hii . . . testes sunt: . . . Kuonrat Coppia, Oddo Cingnus. CHART. scriin. Col. A II 1 p. 189,13 suprema pars domus et aree, que fuit Theoderici Cingni. p. 194,7 Thomas et uxor eius . . . dimiserunt Godescal-

co . . . et Gerdrudi Cigne murum in domo sua totum. ACTA civ. Rost. C 828 p. 172 que (*hereditas*) dicitur ad Cignum. CHRON. Reinh. a. 1074 qui (*runcinus*) Cignus, id est swane, dicebatur. **β** *per compar. vel alleg. (in lusu verborum: l. 6):* 5 ALCUIN. epist. 59^{tit.} p. 102,23 Aquilae antistiti transmarinus cignus in sanctae caritatis pennis perpetuam salutem. THEODULF. carm. 27,1 quid cygni faciunt, resonant dum talia corvi? TRACT. Garsiae 299 ecce Urbanus . . . corvos in candorem vertit, ecce cignos in Ethiopas mutat. BERTH. RATISB. serm. 12 p. 64,10 immunda erat aquila, quae signat superbos in religione, immundus . . . cygnus, qui hypocritas. CARM. Bur. 91,12,3 dum amoris tantum pignus corvus tractas (*sc. sacerdos*) et non cygnus (cinus *var. l.*). *al.* **γ** *meton. de collyrio:* PAUL. AEGIN. cur. 99 talia . . . sunt colliria libanium et cignos (3,22, 21 ó κύκνος) et pilaria appellata et aster et similia. *ibid. iterum. cf. cynarium. b* *de sidere:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,215 inde lira et niveus tardantem Cephea cignus impulit. GERB. (?) astrolab. 17 p. 137,4 in cygno. p. 137,11. *2 per confusionem i. q. ciconia - Storch:* GLOSS. III 714,23 St.-S. cignus storhe.

cyconia v. 1. ciconia. cyculus v. cyclus.

[**cycraunius v. cychramus.**]

[**cycuris v. curculio.**] **cycuta v. 1. cicuta.**

cydaris v. cidaris.

25 ***cydeus** (cid-), -a, -um. (*cf. cydonius*) *1 adi. i. q. cydonius, cotoneus - Quitten- (loci spectant ad Verg. ecl. 2,51):* GLOSS. II 723,10 St.-S. mala cidea genus pome, quod teutonici dicunt quodana seve persici. 724,7 mala cydea i. cottana. *ibid. al.* *2 subst.:* **a** *neutr. i. q. malum cydoneum - Quitte:* GLOSS. III 720,28 St.-S. cideum vel coctana quidene. IV 199,14 cideum quitina. **b** *fem. vel masc. i. q. arbor cydonia - Quittenbaum:* GLOSS. III 720,27 St.-S. cideus quidenbom. IV 199,13 cideus quitinboum.

35 ***cydon(i)arius** (gudun-, coto-), -i f. *vel m. arbor cydonia - Quittenbaum:* CAPIT. reg. Franc. 32,70 de arboribus volumus, quod habent pomarios diversi generis, . . . cotonarios, avellanarios. 128,29 de arboribus: . . . nucarios, morarios, cotonarios (*sim.* 128,38). FORMA mon. Sangall. p. 14^a ficus, gudunarius, persicus. PS. AVIC. anim. 7,2 p. 408 fecit *natura* pomarium pomis, cotonarium cotoneis; et natura pomi et cotonarii non fecit carnem pomorum et cotoneorum propter necessitatem carnis, sed eqs.

40 ***cydoni(a)tum** (cito-, -nat-), -i n. (?m.: l. 47,48) (κυδωνί-της) *vinum suco malorum cydoniorum mixtum - Quittenwein:* ANTIDOT. Bamb. 51^{capit.} citonati confectio hec est: eqs. 52^{capit.} item aliud citonatum. ANTIDOT. Glasg. p. 134, 5 confectio citoniti, qui facit ad dilectacionem sthomaci. p. 149,11 citoniatum, qui facit epaticis, stomaticis et ad nausea sthomachi.

50 ***cydonicus** (kyto-, kito-, hito-, cito-, cico-), -a, -um. *nom. sg. n. -on: l. 54,55. 1 adi. i. q. cydonius, cotoneus - Quitten-:* ALBERT. M. veget. 6,90 est . . . huius (*cydonii*) arboris genus duplex; quaedam . . . vocantur pira coctana vel cit-a (cic-a, citonia, siconia *var. l.*) eqs. *2 subst. neutr. i. q. malum cydoneum - Quitte:* GLOSS. III 474,20 St.-S. hit-on chutina. 474,41 kit-on chutina. IV 148,3 kyt-on kurino.

55 ***cydoninus** (cid-, cotan-), -a, -um. *ex malis cydoniis confectus - aus Quitten hergestellt:* PAUL. AEGIN. cur. 189 p. 112,9 oportet . . . , sive oleum sit . . . sive cataplasma, continere aliquid stipticorum, velut . . . nardinum ungentum aut milinum aut ci-um (3,37,1 Κυδώνιον [κυδώνιον Hal]) simul cocta. THADD. FLORENT. cons. 127,224 unguatur stomachos ex oleo cota-o vel masticino (THEOD. CERV. chirurg. 3,22 p. 166^C).

60 **cydonius** (cid-, ced-, cito-, ceto-, cyt(i)o-, -neus *sim.*) *et cotoneus* (codo-, -n(i)us) *vel* ***coctanus** (quot-, cet-, cut-, cot(t)-, cocc-a-, -tinus *sim.*), -a, -um. (κυδώνιος) *form. gen. sg. -is: p. 2183,17.*

70 *1 adi. i. q. κυδώνιος - Quitten-:* RECEPT. Lauresh. 5,31 p. 384 super haec (*sc. calamos*) conponis mela cidonia et coperies diebus aliquis (ANTIDOT. Glasg. p. 149,16 m. cotonia. *al.*). ANTIDOT. Sangall. p. 97,16 conficitur *oleum melinum* . . . de malis citonis sic: eqs. (PAUL. AEGIN. cur. 107 p. 66,3 m. cidoniis. ALPHITA II p. 108,9 mala citonia, coccana. *saepe.*)

COMPOS. Voss. I 4 ad quidinum colorem tingendum. *al. v. et p. 2182, 52.* 2 *subst.*: a *neutr. (fem.: l. 14) i. q.* μήλον κυδώνιον, χουσόμηλον – *Quitte (Cydonia vulgaris Persoon; cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1289): AETHICUS p. 165, 11 sucum . . . cetoniorum. RECEP. Lauresh. 1, 9 cetoniorum ÷ X. 2, 62 cytionia (cytionia var. l.). PAUL. AEGIN. cur. 237 p. 174, 13 cidoniorum (codoniorum B; 3, 62, 2 Κυδωνίων) cataplasmata. ECBASIS capt. 179 cydonia. 1025 quectonia. WILH. HIRS. const. 1, 10 pro signo cotani. DIAETA Theod. 450 cidonea. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 379^B cotoneis contusis. TRACT. de aegr. cur. p. 314, 7 cum siropo coctinorum. THADD. FLORENT. cons. 5, 42 sicut pira, cotona, nespula. WALTH. AGIL. med. 44 p. 154, 51 olei cythoniorum ana libr. semis. GLOSS. III 386, 61 St.-S. cottane quiddem. *persaepe.* ?*per confusionem c.* *citronus: PETR. MUSAND. summ. p. 267, 13 cum succo citonii. BERNH. PROV. comm. 10, 2 p. 317, 1 semen citonis. *v. et p. 654, 26.* b *fem. vel masc. i. q.* μηλέα κυδωνία – *Quittenbaum:* SUMM. Heinr. A 4, 104 cotanus (cotanus, cetanus var. l.) vel cidonia (cydonia var. l.) kutinböm, quitenböm. HILDEG. phys. 3, 4 quittenbaum (quotanus ed. pr.) plus frigida est. ALBERT. M. veget. 6, 89 coctanus . . . sive citonius (ciconius, cottanus var. l.) arbor est apud nos . . . nota. GLOSS. III 56, 53 St.-S. cutanus chuttenbaim. IV 356, 24 cutino chute. *al. cf. *cydeus.**

**cydonomeli* (cinodomel) *subst.* (κυδωνόμελι) *mel suco malorum cydoniorum mixtum – Quittenbonig:* ALPHITA II p. 109, 15 malomeli, que multi cinodomel dicunt, virtutem habent similem inomelli in omnibus.

[*cyduta v. 1. cicuta.*] *cyffus v. scyphus.*

**cyfre v. *cifra. cyfus v. scyphus.*

cygneus, cygnus v. cycin-. cygonia v. 1. ciconia.

cyliacus v. coeliacus. cyliarchus v. chiliarchus.

cylias v. chilias. cyliasis v. coeliasis.

?**cylicion* (cil-) *subst.* (κυλίκιον) *caccabus – Tiegel:* COMPOS. Luc. δ 19 crisos cataris [s]laname<mi>gminos meta ydrosargiros etchete <e>s cili<ci>on (cinion cod.).

cylicium v. cilicium.

cyliindroides, -is. (κυλινδροειδής) *formam cylindri exhibens – zylinderförmig:* ALBERT. M. nat. bon. 188 tres umbrarum species . . . distinguuntur, scilicet -s, calathoides et conoides; . . . umbra generata dicitur -s, eo quod . . . distenditur per aequales lineas. 189 p. 77, 45 caro deitatis lumen recipiens umbram, quae -s dicebatur, super nos proiecit.

cylindrus vel -um (kil-, c(h)il-, c(h)el-), -i *m. vel n. form.* *nom. sg. -der: l. 62. κύλινδρος – Zylinder:* 1 *in univ.:* ALDH. ad Acirc. 121 p. 167, 13 neutralia: macellum, metallum, ci-um. TRACT. de fist. org. p. 13 cuprum . . . complicatur ferro . . . in modum chi-i bene rotundo. 2 *c. colore quodam:* a *phalanga, scutula – (Transport-)Rolle, Walze:* RICHER. REM. hist. 3, 106 chi-is suppositis, quibus facilius motum acciperet, machina hostibus . . . nullo laeso appulsa est. b *lapis volubilis (ad agrum coaequandum aptus) – (zur Glättung des Ackers dienender) Walzstein, Ackerwalze:* NOTKER. BALB. Gall. 1¹, 3 non aratro, non ce-o, non honos est horreo. SUMM. Heinr. C p. 238 -um id est welleblech. GLOSS. II 688, 1 St.-S. -o wellistain vel welliboum. III 447, 33 chi-us vel tophus duchestein. *ibid. al. in imag.:* PETR. Pis. carm. 40, 3 (MGPoet. I p. 73) plurima, quae procerum tribuit Petrus purganda ci-o, . . . sunt forsitan non bene dicta. LIBRI Karol. 3, 9 p. 373, 17 quae omnia (sc. *syllogismorum conclusiones*) . . . culta sunt, utpote quae sophistico poliuntur ci-o. c *flagellum, festuca – Flegel, Schlegel:* GLOSS. III 681, 38 St.-S. ki-der slegil. *cf. *celendra.*

cylipsidra v. clepsydra.

cylix (cul-), -icis *m.* (κύλιξ) 1 *calix, scyphus – Becher, Kelch:* WALAHFR. exord. 25 p. 503, 29 calix dicitur a Greco, quod est -x. ALBERT. M. metaph. 5, 6, 8 p. 289, 33 si dicamus, quod '-x' (p. 1024^a, 24 κύλιξ) sive arca 'perforetur' in fundo. 2 ?*patera (usum speculi concavi praebens) – (?als) Hohlspiegel dienende) Schale:* AETHICUS p. 127, 7 Meopari . . . confectionem (sc. *colymbarum*) . . . a parte solis speculo electrino et vitrio valde lucidissimo spissoque connectentes accerimo cu-e ponunt.

cylyoliticus v. coeliolyticus.

cyma (sima, chima, cim(m)a, cyna), -ae *f.* (κῦμα) ?*form. nom. sg. -as: l. 7.* 1 *germen, surculus, pullulatio – Schößling, Sproß, (junger) Trieb:* a *in univ.:* ANTIDOT. Lond. p. 20, 14 recipit: . . . cime r u b i sucus ana semis uncia (ROGER. SALERN. chirurg. 3, 215. TRACT. de chirurg. 315. *al.*). RECEP. Sangall. I 15 abrotano cimas cum aqua . . . bibatur. 68 sime bulbi . . . colligis. ALFAN. premn. phys. 23, 11 p. 144 ramis . . . et cimis (PG 40, 696^A ἀκρόμοισιν) venae (sc. *assimilantur*). DIAETA Theod. 168 cima (cyma var. l.) eius (*rapae*) . . . diuretica est. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 387^H cimmae et cortices (sc. *ebuli*) competunt medicinae. TRACT. de aegr. cur. p. 104, 42 accipe . . . cunas (*leg. cimas; cf. H. Antony, MittellatJb. 16. 1981. p. 317*) rute. *saepe.* b *summitas, extrema pars – Spitze, oberster Teil:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1, 7 hedulus ut . . . depulsus ab ubere matris gaudebam summam herbarum vellere cimas. GLOSS. III 554, 25 St.-S. cyna wepen. V 29, 25 cimas uuiophilun. c *gemma, oculus – Knospe, 'Auge':* GLOSS. III 497, 19 St.-S. cime chime cugelin (*leg. ougelin*). 2 *per confusionem i. q. cuminum – Kümmel:* GLOSS. IV 183, 68 St.-S. -a cymium chumich.

**cymarum* (cim-, -ax), -i *n.* (?-a, -ae *f.*: l. 26) (cyma) *gemma – Knospe:* GLOSS. III 527, 18 St.-S. cimax (*cf. notam ed.*) holunder knoth. 538, 56 ci-um rubi hagendorneroph. 539, 14 ci-um sambuci holunderknoph. *fort. huc spectat:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 387^H cunare (*leg. ci-e*) ebuli . . . dissolvunt, attrahunt et purgant phlegma.

cymatium (cim-), -i *n.* t. t. *archit. i. q.* κυμάτιον – *Sims:* THEOD. loc. sanct. 222sq. ci-um inferius, quod per totam ecclesiam circulariter tractatum est, Grecis literis descriptum est . . . ; spatium vero muri, quod medio atque superno ci-o interiacet, musivo opere . . . prefulget.

cymba (ky-, kim-, c(h)im-) *vel rarius cumba*, -ae *f.* (κύμβα) ?*script. comma: p. 2102, 11.* 1 *navicula – kleines Schiff,*

Boot: a strictius i. q. scapha, linter – Kahn, Nachen: a *in univ.:* DONAT. Trud. 1 (MGMer. VI p. 275, 1) inbecillitas ingenii mei . . . velut . . . gracilis cymbae (chimbe var. l.) prora fluctibus . . . inliditur. RUODLIEB II 12 ille (*venator*) . . . in cimba percurrit remige stagna post pisces. THIOFR. Willibr. II 1, 178 qui casu precipitatur ponte vel ex kymba. 1, 228 impositum pondus (sc. *Willibrordum*) . . . pontus portat in optatum sine kimba, remige portum. *al. in imag.:* ALDH. virg. I 10 p. 238, 20 dum illi . . . ad portum coenubialis vitae festinantes, licet . . . quassatis cymbae compagibus, . . . feliciter pervenerunt. VITA Cuneg. B 24 plura . . . dicenda tacet *libellus*, dum flumine mergi cymba timet. b *de lintre navi mercatoriae adiuncta ('Beiboot'):* HEINR. LETT. chron. 14, 1 peregrini de coggonibus exeunt . . . ; venientes . . . cum . . . cymbis vel navibus minoribus eqs. CHART. Hans. 538 p. 189, 34 ubicunque mercator . . . conduceret navim et cymbam, quae dicitur both eqs. *al. γ de lintre oneraria vel frumentaria:* METELL. exp. Hieros. 3, 146 trieri quasi cimba biremis . . . onus efferret . . . , sic legio . . . prodit . . . , que . . . deportet in agmina victum. CHART. Hans. 573 p. 201^a, 11sq. de cymba venienti de Stadis . . . hospes habens in ipsa unum scippunt ponderis . . . dabit de cymba VIII δ (*sc. pro teloneo*). *v. et p. 2186, 14.* δ *de lintre Charonis:* ALBERT. STAD. Troil. 4, 577 nec ferruginea subvectat corpora cimba . . . Charon. b *latius i. q. navis – Schiff (fere usu poet.):* STEPH. Wilfr. 13 p. 208, 14 elevata . . . cymba (*antea:* navis) processit in altum. MILO carm. 1, 6, 2, 235 quanquam . . . prora suis et quassae impendere cymbae auxilium nequeat. METELL. exp. Hieros. 5, 1 anchora tollatur, qua cimba fluens religatur. ASINARIUS 118 carbasa tenduntur . . . cimbaque (cumbaque, turbaque var. l.; *antea:* navis) ventorum prosperitate volat. *al. in imag.:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1, 264 respice virtutum pelagus, pie nauta, tuarum rectorum modicam . . . cymbam. 6, 264 per cuius (*Christi*) veniam stabilis tenet anchora cymbam. GOSW. carm. 16 tu (*sc. Suerius*) . . . fave, . . . cui petre Petri cimba regenda datur. 2 ?*alveus – ?Trog: v. p. 2102, 11.*

cymbalaria (cim-, ci(n)b-, -alla-), -ae *f.* (-rum, -i *n.*: p. 2185, 2) *de herba quadam:* 1 *umbilicus Veneris – Zymbelkraut,*

[Wellhausen]

Venusnabel (cf. Marzell, *Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 1314*): TRACT. de chirurg. 301 accipe sucum sempervive, ci-e (ci-rum var. l.) . . . et bene commisce. BERNH. PROV. comm. 9,3 p. 313,19 crassula, vermicularis, cimball-a, semperviva, iste quatuor sunt sorores. URSO element. 4 p. 127,2 aliquando fit *motus* compositus . . . in latum, rotundum et spissum, ut in cin-a est videri. gloss. 57 p. 93,6 in latum defluit *humiditas*, ut in cib-a ostenditur. ALPHITA I p. 286,42 -a, cotilidos vel scolidos, umbilicus veneris idem, vulgari nomine catuncelli. *al. 2 cyclamen – Alpenveilchen, Saubrot* (cf. André, *Plantes. p. 83*): DYNAMID. Hippocr. 2,79 cyclamini, id est -ae, sucus cum melle mixtus naribus iniectus caput purgat. cf. *cymbalion.

cymbalaris (cim-, -alla-), -e. 1 *adi. i. q. ad cymbalum pertinens – das (Schall-)Becken betreffend, Becken-*: ALBERT. M. pol. 1,3^d p. 26^b,36 orta est contentio, quae musicarum principaretur, Minerva dicente, quod fistularis, . . . aliis vero, quod -is. 2 *subst. fem. (m. vel n.: l.21) i. q. cartilago coopertorialis, aryaenoidea – Stell-, Gießbeckenknorpel* (t. t. anat., de re v. p. 1861,65): PS. GALEN. anat. 4 p. 179^D super quem (*pulmonem*) elevatur canna cum -i et cannales. ALBERT. M. sens. 2,12 p. 69^a,12 sic pertingeret *odor* in humido -llari et sic praestaret nocumentum. animal. 1,317 contractione sua trahit (*sc. musculus epiglotidis*) ci-em ad interiora et anteriora gutturis *eqs. 1,367 ipsi (musculi) sunt, qui ad ci-em aperiendam et claudendam sunt necessarii. saepe. v. et p. 1862,62.*

***cymbalion** (cim-) *subst.* (κυμβάλλον) *umbilicus Veneris – Zymbelkraut*: ALPHITA II p. 41,2 cymbalaria, cotilidos vel cotilidon vel scolidos, statimcelli, ci-on . . . idem. cf. cymbalaria.

***cymbalistris** (cim-), -a, -um. (cymbalum) (*more cymbalorum*) *clangens, strepens – (nach Art von Zimbelen) dröhnend, lärmend, ‘Zimbel-’ (c. notione ridiculi)*: AETHICUS p. 143,15 non solum facta rusticola aut puerorum tracoedia scribunt *scriptores* vel ci-ia bella, sed et *eqs. (spectat ad Vergilii Aeneida)*.

cymbalum (sym-, sim-, zim-, cim-, cin-, -bol-, -bul-), -i n. vel *rarius* ***cymbala**, -ae f. (κυμβάλον) *aes (tinniens) – (Schall-)Becken*: 1 *latius*: ALDH. ad Acirc. 120 p. 164,21 neutra ut . . . simbolium, . . . simpulum, ci-um (cimbulum var. l.). ERMOLD. Ludow. 1,93 vinitor infelix nequicquam -a . . . quatit (cf. Verg. georg. 4,64). BERNO ton. prol. 2 p. 64^a quae (*humana vox*) novem constat officii, id est . . . repercussione duorum labiorum in modum -orum *eqs. in imag.*: SALOM. III. carm. 1,1,6 -a laborum concede, ut recta loquantur. 2 *strictius*: a κύμβalon – ‘Zimbel’ (*de parte instrumenti musici malleolo pulsandi*; cf. Die Musik in Gesch. u. Gegenwart. II. 1952. p. 1831sqq.): VITA Desid. Vienn. 17 sancti hominis corpusculus . . . cum . . . spiritalibus -is et organis . . . ducitur . . . sepulchro (VITA Elig. 2,48 p. 728,12). RUOTG. Brun. 13 laudem Deo . . . universi . . . in organis . . . et -is . . . personuerunt (VITA Mathild. I 2 p. 116,4 ci-is seu o.). GUIDO ARET. reg. rhythm. 77 si -a (si-a, ci-a, cin-a var. l.) formentur musicorum opere, hae mensurae sunt cavendae . . . in pondere. THEOPH. sched. 3,86 p. 158,13 quicumque vult facere -a ad cantandum recte sonantia (*sim. CYMBALA VIII 1*). HONOR. AUGUST. anim. 6 organa fistulis, citharae fidibus concrepant, -a pulsu tinnunt. *persaepe. in imag.*: EPIST. Hann. 37 p. 79,24 ubi . . . promissa, ubi servitia, ubi ci-a (cimbula cod.) . . . in meo adventu consonitura? ALBERT. STAD. Troil. 5,4 hanc (*Penthesileam*) laudat *princeps Troianus*, laudum ci-a virgo probat. *b campanella, tintinnabulum – (kleine) Glocke, Schelle, Gong*: *a in univ.*: ANNAL. regni Franc. a. 807 p. 123,33 horologium . . . cum . . . pilulis, quae . . . decidebant et casu suo subiecto sibi ci-um tinnire faciebant. PURCH. Witig. 410 has (*sc. turrim geminam*) inter . . . -a signorum suspendit dulce sonantum. ELIS. SCHON. vis. 1,4 -um in collo gestare videbatur (*sc. satanas in speciem tauri mutatus*). ALBERT. M. animal. 4,79 piscis . . . cum grege venit ad sonitum nolarum aut ci-orum aut campanarum parvarum. *al. β de nola, scilla in monasterio adhibita (in imag.: p. 2186,7)*: MEMORIALE qual. 11 (Corp. Consuet. Monast. I. 1963 p. 254,2; s. VIII.^{ex}) cum . . . audierint -um (sy-um, signum var.

l.), . . . festinent . . . introire refectorium *eqs. CONSUET. Trev. 49 sub -e percussione lavati refectorium se conferentes. 50 p. 308,6 ad vocationem -e. 56 ad -e percussionem. 73 p. 321,18 cum sonitu -e. WILH. HIRS. const. 1,99 p. 1034^B* 5 percussionem tabulae ad mandatum sive -i ad bibendum . . . exspectant. YSENGRIMUS 7,63 tam meus iracunda movet michi ci-a venter, . . . ut *eqs. FUND. Consecr. Petri 216,16 beatus Marianus . . . pulsavit simbolium (zi-um, zimbolum, cimbolum, -olum var. l.). persaepe. iron.: YSENGRIMUS 5,1090 hęc . . . fratres invitatura comesum infirmos media ci-a pende domo.*

***cymbarius**, -i m. (cymba) *scapharius, lintrarius – Boots-, Kahnführer*: CHART. Salisb. IV 94 p. 101,17 (a. 1278) confirmamus . . . , quod -is Salzburgensibus . . . exceptis, qui . . . nudum sal ministerio et usu cymbarum Salzburgam deducunt libere, nullus . . . sales in navibus debeat . . . evehere.

cymbium (cim-, cinb-), -i n. vel ***cymbia**, -ae f. (κυμβίον) *poculum, phiala, scaphium – Trinkgefäß, -schale, ‘Trinkschiff’*: AETHICUS p. 186,11 ci-a (-a var. l.) onix. VITA Germ. 2 (MGMer. VII p. 420,3) dum tradidit *puella* cimbria (-a var. l.), miscendo mutavit. PAUL. DIAC. carm. 7,6,2 fregit *Benedictus* veneni baiulam . . . -am (fialam var. l.). 20,14 pandenti abstrusum -a munus erit. SUMM. Heinr. A 9,428 ci-a pocula ex similitudine cimbę navis sciffilin (*sim. B 6,139*). GLOSS. II 708,16 St.-S. -a drancscif. *ibid. al.*

cymbulum v. cymbalum.

***cymbus** (cimpus), -i m. (κύμβος) *fort. i. q. cymbium, vas – viell.: (Trink-)Gefäß*: GLOSS. III 694,9 St.-S. cimpus chumph (*an intellegenda mensura quaedam capax? cf. Graff, Sprachsch. IV. p. 407sq.*).

cymelium v. cimelium.

***cymella** (cim-), -ae f. (cyma) (*parvus*) *surculus, pullulatio – (kleiner) Trieb, (junger) Zweig*: RECEPT. Sangall. I 2 ci-as de prunellario salvatico teneras superiores in aqua cocatas.

cymen v. cimex. **cymentrum** v. caementum.

cymeterium v. coemeterium. **cymex** v. cimex.

cymiarcha, cymiliarcha v. cimeliarcha.

cymilium v. cimelium.

***cymindis**, -is f. vel m. (κύμινδς) ? ‘*accipiter nocturnus*’ – ? ‘*Nachthabicht*’: ALBERT. M. animal. 8,73 avis . . . , quam conydem (p. 615^b,6 κύμινδς) vocant, raro . . . videtur; . . . aliqui . . . vocant inanidem eam, quam nos conydem vocavimus; . . . vulgariter tamen vocatur conydes.

***cyminoipristes**, -ae m. (κυμνοπίστης) *de homine nimis tenaci i. qui cuminum secat, findit – einer der Kümmel spaltet, ‘Kümmelspalter’*: v. p. 2103,18.

cyminum v. cuminum.

***cymio** (cim-), -onis f. (cyma) *surculus, pullulatio – Trieb, junger Zweig*: ANTIDOT. Cantabr. p. 161,3,8 prunellas de grossellario virid<es> ovo pleno, ci-e de rumica ovo.

cymiterium v. coemeterium. **cymminum** v. cuminum.

cymolea v. cimolia. **cyna** v. cyma.

cynaedus v. cinaedus. **cynamomum** v. cinnamomum.

cynamulgos v. cinnamolgus.

cynanche v. *quinantia, *squinantia, synanche.

[**cyncis** v. cecis.] ***cyndarum** v. *cendalum.

cynenula v. cicindela. **cyngnus** v. cynsus.

cynicus (cin-), -a, -um. (κυνικός) *script. acinocus (fort. contam. c. ἀκίνητος): l.67.*

1 *adi. i. q. cani similis, caninus – hundeähnlich, -artig, Hunds-*: *a proprie: a gener. i. q. caniceps – hundsköpfig*: WALTH. SPIR. Christoph. II 6,65 ci-ę suboles foedissima gentis. *β medic. -us spasmus i. q. adductio faciei – Gesichtskrampf* (cf. Galen. ed. Kühn XVIII/2. p. 930,2): AURELIUS praef. p. 482,30 stecropathiae, hae sunt strictae valitudines, sicut . . . epilepsia, mania, ci-us spasmus. *usu subst.*: ARS med. 7 p. 425,16 acinocus est spasmus, qui faciem contrahit in partem quamlibet. *b translate i. q. malignus, invidiosus – mißgünstig, gebässig, ‘zynisch’*: HEIRIC. Germ. I alloc. 66 sputis . . . parcent (*sc. multitudines*) et -o (schol.: canino) incrudescere d e n t e (GOZECH. Alban. prol. p. 986,38). GOZECH. epist. 9 commoda nostra obliquo invidiae oculo limare et ci-o de-

tractionis morsu venenare contendis. ANSELM. MOG. Adalb. 410 nec fuerat *Albertus* -us nec corrosoris amicus. 2 *subst. masc.*: a *strictius* i. q. *philosophus -ae sectae* – *Anhänger der kynischen Philosophie, 'Kyniker'*: EGBERT. fec. rat. 1,304 parci sunt ci-i mollesque in carne cinedi. CARM. Bur. 189,4^b, 3sq. nil est opus -o; si vis esse -us, dicas vale curiis. b *latius* i. q. *haereticus, peccator* – *Häretiker, Sünder*: HUMB. Sim. 2,37 p. 186,3 sic post Auxentium Arrianum Ambrosius catholicus sibi relictum repperit Mediolanensis ecclesiae stipendium . . . , sic post Maximum ci-um Nectarius. AMARC. serm. 1,185 virgo Deum peperit *mater* (i. *Maria*), non Patrem, sed Patre natum, ut quidam ci-i voluere. 3,771 capsas de thuris acerra quid suffire iuvat, putens cum tu (sc. *monachus incontinens*) ci-us sis? WARN. paracl. 194 hanc heresim duram . . . Paulus censet fugiendam, nam ci-us talis nescit abesse malis.

cynifes, -fex v. *sciniphes*. *cyniflo* v. *ciniflo*.

cynipes, -phes v. *sciniphes*.

cynamomum v. *cinnamomum*.

cynobium v. *coenobium*.

**cynocephalus* (cin-, -a, -um. (cynocephalus) 1 *strictius* i. q. *canino capite instructus* – *mit einem Hundekopf versehen, hundsköpfig*: WALTH. SPIR. Christoph. II 2,19 quem ci-ε pudeat reverentia formē? 2 *latius* i. q. *caninus* – *Hunde-*: WALTH. SPIR. Christoph. I 3 -i vultus in aliis horrenda severitas per sacri chrismatis inunctionem candidior lacte resplenduit.

cynocephalus (zin-, zen-, cin-, cen-, coen-, -oze-, -efa-, -phol- *sim.*), -i m. (κυνοκέφαλος) *form. acc. pl. -es: l.32. usu adi.: l.39sq.*

1 *homo caniceps* – *hundsköpfiger Mensch, 'Hundskopf'*: PAUL. DIAC. Lang. 1,11 simulat *Langobardi* se in castris suis habere -os (cenophales, -es *var. l.*), id est canini capitis homines. NOTKER. BALB. gest. 2,13 videre non merui, quomodo christiana manus mea (sc. *Karoli*) cum -is (ce-is, ci-olis, ci-is *var. l.*) illis (sc. *Normannis*) luserit. ADAM gest. 4,19 p. 247,6 cum . . . pervenerint *Amazones* ad partum, si quid masculini generis est, fiunt ci-i (cinocephagi *var. l.*) *eqs.* ANNAL. Plac. a. 1284 p. 580,13 (epist.) in terra nostra oriuntur . . . homines agrestes, . . . zenofali, gigantes. *al. usu adi.: AETHICUS* p. 114,18 homines ce-falus (ce-falos *var. l.*) . . . capite canino habere similitudinem, reliqua membra humana specie. EUPOLEMIUS 2,528 formidat . . . meum Romana potentia nomen . . . gensque cenoz-is quondam vicina Suevis. 2 *simia canino capite instructa* – *mit hundeähnlichem Kopf versehener Affe* (de *papionibus*): GLOSS. 17,12 K. coe-us hunt hoiuido. GLOSS. III 443,47 St.-S. zeno zefano hunthoubito. 674,28 zi-us hunt hobite. IV 135,35 ce-sali hunthöbete. *ibid. al.*

cynoglossa (quin-, gin-, cin-, -neg-, -ocl-, -laus-), -ae f. (κυνόγλωσσον) *de herba quadam* i. q. *lingua canina, Cynoglossum officinale* (L.) – *Hundszunge* (cf. *André, Plantés. p. 146*): GLOSS. med. p. 69,6 qui-a (quinoc-a, quino-clausa *codd.*): lingua canina, id est lapella. ANTIDOT. Augiens. p. 56, 13 recipit hec: . . . -e herbe de radicibus cortices ad solem siccata dragm. IIII. SUMM. Heinr. A 4,257 ci-a (gi-a, -a *var. l.*) vel canis lingua vel caballion hundszunga (*sim. B 2,315*). MATTH. PLATEAR. gloss. p. 389^E est -a herba dicta lingua canis, similis arnoglossae. GLOSS. III 719,32 St.-S. cine-a hundestunge. *al.*

**cynoglossicus* (cin-, -a, -um. *ex lingua canina* q. d. *connectus* – *aus sog. Hundszunge hergestellt*: TRACT. de aegr. cur. p. 209,34 valent (sc. *ad tussim*) pillule ci-e.

**cynomusculus* (cin-, -i m. (κύων et musculus) *species concharum* – *eine Muschelart* ('*Hundsmuschel*'): AESCULAPIUS 5 p. 10,9 pisces maritimos, . . . ostreas et ci-os et alios his similes (sc. *accipiant melancholici*).

cynomyia (cin-, cen-, caen-, coen-, -mia), -ae f. (κυνόμυια) *metr. -nōm-*: CONR. MUR. nat. animal. 2374.

1 *strictius*: a *sensu originario* i. q. *musca canina* – *Hundsflye*: ECBASIS capt. 231 *cynifes*, *cenomia* multa me circumvolitabant. SUMM. Heinr. A 3,776 *cinomia* (-mia *var. l.*) est musca canina hundesfliega (*sim. B 3,284*). GLOSS. IV 136,22 St.-S. *coenomia* huntessfliuga. ALBERT. M. animal. 1,96 habent *quaedam volatiliū* . . . rostrum longum, . . . cum quo pungunt

perforando pelles animalium . . . , sicut . . . *cinifes* et *cinomiarum* genera. *al. in imag.*: EGBERT. fec. rat. 1,672 pro pudor! ante viros immunda -mia crevit. b *per originationem vulgarem* i. q. *musca (mordax)* – (*Stech-*)*Fliege* (de *quolibet genere, quasi nomen a κοινός et μύια ductum sit*): GLOSS. I 94,36 St.-S. *caenomia* . . . non musca canina, sed musca omnimordax. 519,41 -mia fliuga. SUMM. Heinr. A 3,775 *cenomia* communis musca fliega (*sim. B 3,283*). HONOR. AUGUST. plag. (PL 172, 265^D) quarta (*plaga*) -a, id est canina musca, vel potius coe-a, id est omne genus muscarum terram et aerem replentium. 2 *latius* i. q. *eruca* – *Raupe*: GLOSS. I 521,48 St.-S. -mia huntessatel.

**cynopodi(c)on* (sin-, cin-, -ped-) *subst.* (κύων et πόδιον) *nomen herbae* ('*Hundsfuß*') i. q. *Coronopus* (L.), *pes corvinus* – *Krähenfuß*: ALPHITA I p. 284,32 ci-edicon, *pes caninus* (cervinus *var. l.*) idem. II p. 34,4 *carnopodium* vel si-ion, *pes cervinus* idem (*sim. p. 36,1. 141,34*). *v. et p. 1907,56sq.*

**cynorodoxa* (cin-, -odoroxa) *subst.* (κύων et δόξα) *voracitas canis propria* – *dem Hund eigene Freßgier, 'Hundsappetit'*: ALPHITA I p. 284,33 *cinodoroxa*, id est canina gula (gloria *var. l.*) vel caninus appetitus; . . . gloriatur enim canis in multo appetitu. II p. 41,5 ci-a.

cynorrhoda (quinoroda), -ae f. (κυνόροδο) *Rosa canina* (L.), *rosa silvestris* – *Hundsrose, Heckenrose* (cf. *André, Plantés. p. 84*): GLOSS. med. p. 69,7 *quinoroda*: *rosa canina*.

cynos v. *cyon*.

cynosbatus (cin-, -ob-), -i f. *vel m. et cynosbatum* (ky-, qui(s)n-, -nas-, -bit-, -aru-, -trum), -i n. (κυνόσβατος et -ov) *form. nom. sg.*: -u: l.33. -on: l.41. 1 *strictius* i. q. *Rosa canina* (L.), *rosa silvestris* – *Hundsrose, Heckenrose*: GLOSS. med. p. 69,8 *quinosbatrum* (quinosbarum *var. l.*): *saccupaleae* (cf. *André, Lex. bot. p. 278*). MAPPAE CLAVIC. 276 *robaticis*, alii *exmilax*, alii *telacion*, alii *quisnasbatu*, alii *cucudera*: nascitur sicut *rubus eqs.* PAUL. AEGIN. cur. 4 accipe tertium mirti summitatum, acacie fructus et suci, ci-i (3,1,4 *κυνόσβάτου*) equaliter. ALPHITA I p. 284,30 ci-us, *rubus caninus* idem. 2 *latius vel per confusionem* (cf. *André, Plantés. p. 84*): a ?*rubus* – ?*Brombeerstrauch*: GLOSS. V 40,4 St.-S. -obatus huntessberi. SUMM. Heinr. C p. 249 *cinobatus* hoc huntessberi. b *capparis* – *Kapernstrauch*: ALPHITA II p. 33,24 *cappara*, *ky-iton*, *caprion* idem; *frutex* est *spinosa* et *sparsa* super terram.

cynosura (scin-, cin-, -ser-), -ae f. (κυνόσουρα) *de sidere* i. q. *arctos minor* – *Kleiner Bär*: CONSTANT. AFRIC. theor. 5,7 p. 19a^v ci-e ortus autumnus est initium. HONOR. AUGUST. imag. 1,114 deinde est *arcturus*, scilicet *plaustrum*, quod et ci-a (sci-a *var. l.*) dicitur. CARM. anon. 1,127 (SBMünch. 1873. p. 699) *signa tibi* (*Phaethonti*) *curae* sint *elycis* et ci-ae (ci-ere *var. l.*) ODO MAGDEB. Ern. 2,303 *tempus* erat, quo . . . *tardos* -a *triones* flectere tentabat.

**cynotaurus* (quin-), -i m. (κύων et ταῦρος; *per analogiam* ad *centaurus* et *Minotaurus formatum*, ut *vid.*) *monstrum e cane et tauro formatum* – *'Hundstier'*: CHRON. Fred. 3,9 fertur . . . *uxor* (sc. *Chlodei*) ad mare labandum vadens *bistea* *Neptuni* qui-i similis eam adpetisset.

cynovium v. *coenobium*.

cynthia (quin-, cin-, -tia), -ae f. (Κύνθιος) *script. tindia*: GLOSS. III 606,8 St.-S. *luna*, *σελήνη* – *Mond*: RHYTHM. 97,4 *foebi* *radii* fuscantur nec splendescit *quintia*. CARM. de temp. rat. 233 *anno primo mense eodem* . . . ci-a est *nona*. PAUL. ALBAR. *carm.* 9,117 *cintia* *dum noctes comit* et *tetra* *refugat*. CARM. cod. Vat. (5330) 8,1 *lucifer exoriens* *umbras ceu* ci-a *format*. BONIZO ad amic. 4 p. 582,24 *priusquam* ci-a *ter exactum conderet orbem*. SUMM. Heinr. B 4,13 *luna* *mano* vel ci-a. *al.*

cynubium *sim. v. coenob-*. **cynum* v. 1. **cinum*.

?**cynurinum*, -i n. (κύων et οὐρά) *de herba quadam* ('*Hundeschwanz*') *fort. i. q. Cynosurus cristatus* (L.) – *viell.: Kammgras*: ARNOLD. SAXO fin. 4,7 p. 84,23 *dum comederit* *homo* -um *tostum* *aut anisum*, *exsanguine* erit *corpus eius*.

cynus v. 1. *cinus*.

cyon (schyon, chyon) et *cynos* (cinos) *subst. masc.* κύων – *Hund*: 1 *de animalī*: SUMM. Heinr. A 3,472 *canis* a *canore*

[Wellhausen]

latratus dicitur vel cinos (-os *var. l.*) hunt (*sim. B 3,83*). ALBERT. M. animal. 26,12 -os graece est canis. ALPHITA I p. 284, 31 cinos . . . canis dicitur. p. 284,34 cinorodoxa . . . a cinos, quod est canis, et doxa gloria. 2 *de sidere*: ARNOLD. SAXO fin. 2,2 p. 17,32 in quarto gradu leonis aquarius et chyon oritur. p. 18,8 <in> duodevicesimo gradu (*sc. sagittarii*) schyon, id est canis, oritur.

cyparissinus *v.* cypressinus. **cyparissus** *v.* cypressus.

cyperus *vel cyperum* (quip-, cip(p)-, cep-, cap(p)-, cibar-, -pir-, -par-, -rium, -reum), -i *m. vel n. et cyperis* (quip-, cip-, cap-, -par-), -is *f.* (κύπερος) *form. sing.: ?nom. vel acc.: -os: l.25. -o: l.20,22,25,33. al. -u: l.23. al. -i: l.33. -r: l.26. gen.: -o: l.20. -u: l.24. -ei: l.21. -eos: l.25. confunditur c.: cyprus: l.37. cypressus: l.39.*

1 *sensu originario i. q. galanga – Zypergras, (Wildler) Galgant (Cyperus esculentus L., Acorus calamus L., Curcuma longa L. vel sim.; cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1300sq.; spectat ad herbam eiusve radicem):* ANTIDOT. Lond. p. 17,27 confectio sua (*sc. hadriani*) hec est: . . . murra - I, ci-o <VI, piper albo - II S. RECEPT. Lauresh. 2,42 ci-i (ci-o *var. l.*) unctiae III. 2,147 ci-ei ~ III. 5,31 p. 374 -is ~ VI. FRAGM. mul. II 30 cipro ana manip. I (*sim. III 60 ceperio*). ANTIDOT. Sangall. p. 95,3 oleo ci-u - I. ANTIDOT. Augiens. p. 39,39 -u dragm. VI. ANTIDOT. Glasg. p. 102,3 qui-is - I. p. 103,18 ci-os dr. II. p. 123,28 -iro - VI. p. 130,18 ci-eos - III. p. 153,40 ciper S. PAUL. AEGIN. cur. 236 p. 172,19 iris illirica . . . et ci-is (3,61,5 κύπερις) et aru radix. CONSTANT. AFRIC. grad. p. 362,23 -um calidum et siccum in secundo gradu. CONR. HIRS. (?) epithal. 18^a,2 (AnalHymn. 50 p. 501) quae constant sanctis typica, mastix et gutta cibara. ALBERT. M. veget. 6,114 est . . . involutio ligni eius (*galangae*) radices . . . similibus involuioni ciparis (capparis *var. l.*) eqs. 6,308 ciparus (cipparo, cipari, caparo, capari *sim. var. l.*). ALPHITA I p. 286, 44sq. -us, iuncus triangularis idem; -us babilonicus, galanga idem. *persaepe*. 2 *per confusionem: a cyprus – Henna:* PAUL. AEGIN. cur. 13 ad capillos nigros rubeos faciendos . . . ci-i (3,2,5 κυπέρου) folia infundens in succo strucii et utere infusione. **b cypressus – Zypresse:** GLOSS. I p. 263,198 Th. -us cypressen.

cyphi (kyfi, ciphi, cisi, cyfi, cysi), -eos *n. de medicamine Aegyptio i. q. κύφι – ‘Kypfi’:* RECEPT. Lauresh. 4 p. 319 confectio ciphi. PAUL. AEGIN. cur. 163 cyfi (cysi, cisi *codd.*) lunare, (3,28,2 τὸ κύφι τὸ σεληνιακόν) odorentur (*sc. caput dolentes*) et in fronte illinant eqs. 192 quidam et cyfeos (cyseos, ciseos *codd.*; 3,37,7 κύφως [κύφωον, κύφως *var. l.*]) et rosarum ana ÷ II. 203 p. 137,1sq. ‘sanare . . . potest’, dicit *Archigenes*, ‘in vesica ulcerationes kyfi (rysi *codd.*; 3,45,6 κύφι) et kyfoides (kysoides, kisooides *codd.*; κύφοειδέες) antidoti.’

***cyphoides** (kyfo-, kyso-, kiso-, kufo-, quifo-), -is. (κυφοειδής) *decl. II.: l.52. medicamini Aegyptio q. d. ‘cyphi’ similis – ‘kyphiähnlich’:* 1 *adi.: v. l.48. 2 subst.:* PAUL. AEGIN. cur. 209 p. 144,6 kuf-i (quif-i A; 3,46,4 αἱ . . . κύφοειδέες) . . . ad calidas distemperantias non omnino conveniunt, nisi eqs.

cyphus *v.* scyphus. ***cypparius** *v.* *cipparius.

cyppus *v.* cippus.

cypresseus, -a, -um. *ex ligno cypressi factus – aus Zypressenholz (gefertigt):* METELL. Quir. 12,23 nec trabes -e bonos mea casa ferunt odores.

cypressinus (cip-, -paris(s)i-, -imus), -a, -um. (κυπαρίσσι-νος) *ad cypressum pertinens – die Zypresse betreffend:* 1 *in univ.:* GODESC. SAXO gramm. 56 cum producantur . . . cetera possessiva ut ‘cedrinus’, ‘-us’ (-mus *cod.*). 2 *c. colore quodam:* a *cypressi proprius, a cypresso sumptus – zur Zypresse gehörig, von der Zypresse stammend, Zypressen-:* COMPOS. Luc. P 13 picis ci-i sol. I (MAPPAE CLAVIC. 274 p. ci-ae). SUMM. Heindr. A 4,201 -um (*sc. lignum*) ciperbömin, ciperböim (*sim. B 2,268*). LEO MARS. chron. 1,18 p. 59,5 tectum . . . ipsius (*ecclesiae*) universum ci-is contignatum lignis plumbo cooperiens abbas (THEOD. loc. sanct. 103. *al.*). ALBERT. M. veget. 6,59 grana . . . pomi-i (cypressi *var. l.*) illam partem sui . . . semper convertunt ad domesticum pomi sui. **b ex ligno**

cypressi fabrefactus – aus Zypressenholz (gefertigt): AGNELL. lib. pont. 26 p. 291,13 invenimus infra ipsam arcam capsam ci-am. PAUL. AEGIN. cur. 186 p. 110,24 coquentur (*sc. substantiae*) comota -arissina (-arissima, ciparisina *codd.*; 3,35, 2 κυπαρίσσινη) spata. THEOD. loc. sanct. 189 cancellis ci-is varia pictura decoratis. ANNAL. Disib. a. 1160 p. 29,49 patibulum (*sc. crucis*) erat -um. *al.*

cypressus (cip-, -paris-, -peris-, -ras-) *vel raro cupressus* (co(o)p-, cuppr-), -i (-us) *f. (vel m.?)* (κυπαρίσσος) *form.:* 10 *nom. sg. ciperison:* DYASC. p. 96^a. *gen. pl. -um:* ALBERT. M. veget. 6,56 (*var. l.*). *decl. I.: l.15.*

κυπαρίσσος – Zypresse: 1 *proprie:* AESCULAPIUS 24 p. 40,23 cataplasma adhibeant ex . . . aqua, ubi coxerint cy-i comae. RECEPT. Lauresh. 2,165 quae (*herba savina*) habet folia quasi cu-a (co-a *var. l.*). ANTIDOT. Sangall. p. 87,3 diacissimum recipit hec: . . . pelas co-i XXV, frundes co-i sine furculis lib. I. ANTIDOT. Glasg. p. 111,23 folia de ci-u ÷ I. p. 124,35 coo-i pilas XXV. PAUL. AEGIN. cur. 217 p. 158,10 manente in lecto eo, qui curatur, . . . et bibente ciparissi (ciperissi B; 3,53,1 κυπαρίσσοι) elixaturam cum vino. CHART. Tirol. 1194 de uno manso . . . iacente de Tremeno ad ciprassum ad Puteam. ALBERT. M. veget. 5,3 quando ex seminibus . . . pullulant cy-i (cy-us *var. l.*) vel ficus. *persaepe. v. et p. 1199,32. de iunipero:* ALBERT. M. veget. 6,121 iuniperus cum cy-o multam habet similitudinem; propter quod etiam cy-us silvestris vocatur. 2 *in imag. vel per compar.:* PAUL. DIAC. carm. 18,24 vale . . . tu (*sc. coniuix Karoli*) quoque cum fructu, felix cyparisse. THIEHM. chron. 1,28 p. 36,9 tu, Merseburg inclita, . . . more ci-us pre caeteris comprovincialibus tuis exaltata (*cf. Vulg. Sirach 24,17*). 3 *alleg.:* HILDEG. phys. 3,20 cy-us valde calida est et secretum Dei significat. WOLBERO cant. 1 p. 1092^D cy-us . . . duas . . . habet gratias, videlicet odoris et incorruptionis eqs. *al. pro cognomento Mariae:* MILO carm. 3,4,2,9 alithroni genitrix, . . . caedrus, cy-us, platanus. CARM. cod. Vindob. (806) 6,2 te rosa, . . . lilia, stella, cy-us . . . signant obscuris, pia virgo Maria, figuris.

cyprinos *subst.* (κυπρίνος) 1 *de pisce i. q. carpa – Karpfen:* ALBERT. M. animal. 4,105 piscium . . . fluvialium orientalium, qui dicuntur kyroz (p. 538^a, 15 κυπρίνος) et halagorez, sunt quidam modi. 6,77 animal . . . aquaticum, quod komoz dicitur, quinquies . . . in anno ovat. 6,79 eadem . . . est quantitas ovi kokoz. 7,102 kokomos. 12,207 qui (piscis) graece kohery vocatur. 2 *per errorem de ave quadam:* ALBERT. M. 23,124 komer avis est, quae in anno quinquies . . . pullificat.

1. **cyprinus** (ep-, cip-, cibr-, -ren-, -ian-), -a, -um. (κύπρινος) *form. sing.: ?nom. vel acc.: -o: l.53,55,63. -u: l.54. gen. -o: l.62.*

1 *adi. i. q. ad cyprum pertinens – zum Hennastrauch gehörig, Henna-:* a *in univ.:* RECEPT. Lauresh. 5,31 p. 376 floris -i ~ VIII. **b c. colore quodam:** a *ex flore cyprae extractus – aus der Hennaabläute gewonnen (de oleo):* AESCULAPIUS 23 p. 38,8 utantur (*sc. coeliaci*) cerotario ex o l e o -o aut rosaceo (RECEPT. Lauresh. 5,31^{tit} p. 376 olei -i [cypriani *var. l.*]). ANTIDOT. Sangall. p. 95,32 o. ci-o conficitur sic: eqs. ANTIDOT. Augiens. p. 62,37 oleu -u. ANTIDOT. Glasg. p. 119,3 cib-o. p. 148,7 ep-o. p. 158,5 cipreno. *saepe*. **β ex oleo cyprae confectus – aus Hennaöl hergestellt:** PAUL. AEGIN. cur. 174 p. 98,12 superponere oportet pectori . . . ci-um (3,30 κυπρίνην) c e r o t u m (239 p. 178,3. 252 p. 198,17). 244 nardini ungenti ana ÷ III, . . . ci-i (3,68,2 κυπρίνου) ana ÷ II. 2 *subst. neutr. i. q. oleum cyprae – Hennaöl:* PAUL. AEGIN. cur. 117 p. 72,7 instillandum . . . medicamentum cum roseo aut ci-o (3,23,1 κυπρίνω). 179 ad cerota transeundum dia butirū et ci-o. 212 p. 152,9 calefacientem ci-o cum paucō aceto utendum malagmatibus. *ibid. al.*

2. **cyprinus** *v.* cuprinus. **cyprum** *v.* cuprum.

cyprus (cip-, cup-), -i *f.* 1 *strictius i. q. κύπρος – Henna(strauch):* a *proprie:* a *de planta:* RECEPT. Lauresh. 5,31 p. 376 mittis ibi (*sc. in oleo*) f l o r e s -i et . . . colas eqs. (ANTIDOT. Sangall. p. 95,35. ANTIDOT. Augiens. p. 65,17). 70 HILDEG. caus. 2 p. 130,13sq. cortex de cupro super cocturam non valet, quia succus cupri contrarius est carni hominis. HONOR. AUGUST. cant. 1,13 p. 378^A -us est arbor Aegyptia

similis salici. ALBERT. M. veget. 6,324 ciprus . . . invenitur nominata a theologis. *al.* β *de suco ex semine extracto:* HONOR. AUGUST. cant. 4,13/14 p. 425^C inde (*sc. ex semine*) succus exprimitur, qui -us dicitur, unde regium unguentum conficitur. *b alleg.:* HONOR. AUGUST. cant. 4,13/14 p. 425^C -us . . . est spiritualium conversatio, quae primitus florebat in Aegypto. 2 *latius vel per confusionem:* a *cypressus* – Zypresse: GLOSS. I 552,12 St.-S. potrus cipri drubo cipres. III 487,15 ciprus piper boum, (*leg. ciperboum*). 496,32 -us cipri-boū. *b laurus* – Lorbeer: GLOSS. III 467,46 St.-S. cipro . . . lorbōm. *c prunus* – Pflaumenbaum: GLOSS. III 469,3 St.-S. cipro frumboot.

?**cypsarum* (cip-), -i m. (*an -um, -i n.?*) (*orig. inc., ni subest κυπέλη*) *genus quoddam vasorum alch. – ein alchymistisches Gefäß:* PS. PLATO quart. 3 p. 146,18 'illud (*instrumentum sublimitatis*) . . . , quod est inter aliud, oportet esse perforatum ad formam ci-'.
5

cypsele (ky-li) *subst.* (κυπέλις) *de cerumine q. d. i. q. aurium sordes – Ohrenschnal:* ALFAN. premn. phys. 23,4 p. 143 per aures . . . egeritur, quod graece dicitur k-i (*PG 40,693^B κυπέλη [κυπέλις var. l.]*), hoc est sordes aurium.

cypselos (ciprēlus) *subst.* (κύπελος) *de ave hirundini simili fort. i. q. Apus apus – viell.: Mauersegler, Turmschwabe:* ALBERT. M. animal. 8,94 est . . . quaedam . . . avis, quae actorōs graece, latine autem ciprēlus (*p. 618^a, 31 κυπέλους*) vocatur, et est species quaedam hyrundinis.

cypus v. scyphus. **cyra* v. *chir.
cyragricus v. chiragricus. *cyras* v. choeras.

**cyrateca* v. *chirotheca. *cyrc-* v. circ-.

**cyrieleizo* v. *kyrieleizo.

**cyriona* *subst.* (*orig. inc., ni subest syr. qeryānā; cf. LThK. ³VI. p. 369*) *explanator, interpres (scripturae) – (Schrift-)Forscher, Ausleger:* NADDA Cyriac. I 10,7 ille (*Marcellinus*) . . . respondit in Syra lingua unum verbum -a fuisse, quod Latinis 'scrutator' vel 'investigator rerum' interpretari congruum foret (*per pravam interpr. nominis Cyriacus*).

cyrius v. kyrius.

?**cyrogaleum*, -i n. (*ital. vet. ciriegiuoli; cf. Penzig, Flora popolare italiana. I. p. 143. cf. et p. 382 s. v. Prunus avium L. ciriegiole, ciriegiole sim.*) *spina alba – Weißdorn:* MARC. GRAEC. ign. 18 de radice herbae, quae -o (ti-o *var. l.*) nomine et nocte lucet, pabulum factum.

cyrogra- v. chirogra-. 1. *cyros* v. scirrhos.

2. **cyros* v. *chir. **cyrostring(u)a* v. *chirostringa.

**cyrotheca* *sim.* v. *chir-. *cyrpus* v. scirpus.

cyrrus v. cirrus.

**cyrta* (zirca, cir(p)ta, curta), -ae f. (κυρτός) *curvatura, convexitas, sinus – Krümmung, Wölbung, Bogen:* ALFAN. premn. phys. 23,11 p. 144 cili vena oriente -a -is, (*PG 40,696^A ἐκ τῶν κυρτῶν*), hoc est a gibbis, hepatis. ARS med. 5 p. 423,11 cuius (*hepatis*) superiorem gibbatam Graeci curtam vocant. RICHARD. ANGL. anat. I 394 versus dorsum dirigit *hepar* gibbum, quem auctores dicunt *cirtam* (curtam sive *cirptam*, *criptam var. l.*). ALPHITA I p. 314,16 eius (*hepatis*) gibbositas dicitur galbet vel gilbet vel zirca.

?**cyrufa* (-uffa) *subst.* (*orig. inc., ni subest rufus*) *papaver – Mohn:* GLOSS. V 40,3 St.-S. codion vel -ffa maho.

cyruud-, *cyrurg-* v. chirurg-.

cys v. cis. *Cysalpinus* v. Cisalpinus.

cysma v. schisma. **cysmos* v. *seismos.

cysta v. 1. cista. *cysterna* v. cisterna.

cystis (ky-, ki-, qui-, ci-, -tys), -is f. (κύστις) *form. sing.:* *gen. -eos: p.2192,3.5. acc.: -im, -ym: l.71.p.2192,8.10.14.23. al. -in: p.2192,1.20.22. al.*

vas, theca, receptaculum – Gefäß, Hülle, Behälter: 1 *strictius i. q. sacculus, folliculus (membranaceus), capsula – (Haut-)Säckchen, Beutel, Blase (t. t. anat.): a in univ.:* ALBERT. M. animal. 1,447 non ambo (*sc. globi mulierum*) simul in una -i colliguntur, sicut colliguntur virorum testes in oceo. 1,475 figura . . . zirbi . . . est sicut sit cistis quaedam. 1,606 antiqui . . . fel k-im minorem vocaverunt et vesicam k-im maiorem. *al.* WILH. SALIC. chirurg. 1,19 p. 310^B nodus habet quan-

doque sacculum seu -in, in quo locatur et volvitur nodus. *b de receptaculo bilis:* PAUL. AEGIN. cur. 214 p. 154,15 si . . . fiat *icterus* albis existentibus egestionibus, *colerice* quis-teos, (3,50,1 τῆς χοληδόχου κύστεως) declaratur passio (*p. 155,7 c. -eos [-eas var. l.], ni spectat ad l.155qq.*). PS. COPHO anat. 44 in cuius (*hepatis*) substantia est quasi quaedam vesica, quae cistis fellis appellatur (WALTH. AGIL. med. 140 p. 223,15. ALBERT. M. animal. 15,95 k-ym. *saepe*). RICHARD. ANGL. anat. I 408 unus (*porus*) . . . deportat felleum humorem . . . ad cistim felleam. ALBERT. M. animal. 1,606 causa . . . , quare *colerae* k-is est in epate, est, ut *eqs.* (1,611). *expressus i. q. fel – Galle(nblase):* URSO anat. 256 cistis gippo epatis fixa duos habet poros. RICHARD. ANGL. anat. I 407 quorum (*pororum*) unus dirigitur primo ad cistim. ALBERT. M. animal. 1,611 non habet k-is virtutem attrahendi. *al. c de receptaculo urinae i. q. vesica – (Harn-)Blase:* GLOSS. med. cod. Leninopol. p. 272,3 omnia dic, . . . verbi quae sillaba signet; . . . quid flebs, . . . cistis (gloss.: vesica, in qua humor colligitur et per virgam egeritur). PAUL. AEGIN. cur. 240 p. 179,24 rupto . . . apostemate si . . . ad cistin (3,65,2 κύστιν) feratur putredo. *per errorem:* PAUL. AEGIN. cur. 239 p. 177,2 flegmon matricis . . . fit . . . et ex aborsu et ex partu propter malam cistin (cistim B; 3,64,1 κύστιν [κένωσιν, κύσων var. l.]). 2 *latius i. q. loculus, arca – Aufbewahrungsort, Kiste:* ALBERT. M. animal. 1,565 est *monoculum* sicut kistis quaedam, in qua cum quis voluerit, accipit, quod repositur.

cytarista v. citharista. *adde ad p. 647,62: psalmista – Psalmendichter, -sänger:* MANEG. c. Wolffh. 12 p. 71,7 hoc verbum bonum, . . . hoc 'canticum novum' cyta-a . . . spirituali iubilo praecinebat: 'eqs.' (*spectat ad Vulg. psalm. 47,10*).

cytera v. citra. *cythara* v. cithara.

cythare(d)a v. citharoedus.

cytharis v. cidaris. *adde ad p. 573,27:* GLOSS. I 337,45 St.-S. cytharim huat.

cytharista v. citharista. *cytharizo* v. citharizo.

cythera v. cithara. *cythisum* v. cytissus.

[*cythosicus* v. cercopithecus.]

**cytismus* (cit-), -a, -um. (?κύδιμος) 1 *illustris, artificiosus – ruhmreich, kunstvoll:* AETHICUS p. 127,5 Meopari . . . ci-am (-am *var. l.*) confectionem (*sc. colymbarum*) . . . a parte solis speculo electrico et vitrio . . . lucidissimo . . . ponunt (*v. notam ed.*). 2 *excellens, pretiosus – hochwertig, kostbar:* AETHICUS p. 186,12 cimbria onix . . . , ci-um (-um *var. l.*) nitrum, lomentum quippe commodum.

cytinus (cit-, co(i)t-, cort-, cici-), -i m. (κύτινος) *script. cucius (ni leg. cucinus): l.52. form. acc. pl. -us: l.50.*

flos mali granati – Granatapfelblüte: PAUL. AEGIN. cur. 155 sicca (*sc. remedia*) . . . apposita ios ferri, co-i (3,26,11 κύτινοι); . . . sicca . . . calcanthu assi aut coi-i (cor-i B). 237 p. 174,21 appone . . . [ci-us (cicinus B) aut mala granata dulcia, (3,62,2 κύτινους ὀσθς γλυκείας). TRACT. de aegr. cur. p. 149,6 pulvis factus ex . . . camphora et cucio . . . imponatur. *remissius i. q. flos – Blüte:* PAUL. AEGIN. cur. 249 p. 192,5 quibus . . . apertum est orificium, . . . pharmaca sicciora et stiptica, [ci-i roon, (3,74,10 κύτινοι ὀσθς)] . . . et radices rubi.

cytissus vel cytissum (scit-, chit-, cit-, -thi-, -thys-), -i m. *vel n. (κύτισος) form. nom. sg. -is: l.59. 1 strictius de herba ex genere trifolii fere i. q. medica, melilotum – etwa: (Geiß-, Schnecken-)Klee, Luzerne:* SUMM. Heinr. C p. 241 cithisis zepfo vel gebroz. AMARC. serm. 1,521 quando petunt *apes* thyma convolitantque gregatim ad cithisum. HILDEG. phys. 1,108 cle (cithysus *ed. pr.*) . . . ad pasqua pecorum utile est. ANNAL. Egm. a. 1137 p. 149,21 ut estus nimius sci-um in multis locis exusserit. GLOSS. II 676,32 St.-S. -um cepphin. III 582,36 chi-us cle. *al.* GLOSS. p. 24,26 M. cithisum pinesuge. 2 *latius vel per confusionem de aliis plantis:* a *caprifolium – Geißblatt, -bart* (cf. André, *Plantes. p. 85*): GLOSS. IV 349,66 St.-S. cithisum miteurz. *b vicia – Wicke:* ALBERT. M. animal. 3,177 quaedam (*pasca*) . . . lac multiplicat sicut . . . herba, quae graece coctimez (*p. 522^b, 27 κύτισος*) vocatur, quam nos viciam vocamus. Wellhausen

cyvis *sim. v. civ-*